ter, vſq; ad §. debet, & poſtea ſequebatᷓ hoc, Hunc igi-
tur &c. de quibuſdā hic no. ꝑ Ho. dixi. j̄. e. qualiter, ſu-
per prima gl. [*Debitum*] q habetᷓ. j̄. e. qualiter (*Ordinem*)
2 habet † ergo inquiſitio ſuū ordinē: nec mirū, q̄a & no
toria hn̄t ſuū, de iureiur. ad noſtrā. 3. (*Obſeruaſtis*) in ꝓ-
ceſſu: quia nōdū lata erat ſn̄ia. Inn. (*Occaſione*) forte ꝑꝑ
nimiā infamiā epiſcopi, uel ex zelo iuſticiæ: ſecus, ſi
ex odio: quia tunc papa non remiſiſſet ad eos. 3. q. 5.
quia ſuſpecti. Innocē. niſi uolente illo, contra quem
proceſſum eſt, de ap. iuterpoſita. §. ille. Hoſtien. (*Obſer
3 uari*) no. ſ̄m Hoſt. ꝙ † ſi ordo peruertitur, & inquiritᷓ
de ueritate criminis prius, q̄ cōſtet de infamia, nō va-
let proceſſus. Deficiente enim infamia, deficit inqui
ſitionis accuſator, ſine quo nullus dānatur. ſ̄. ut ec. be
ne. c. uno. & ex tali iudicio inordinabiliter cæpto nil
ordinabiliter pōt ſequi, ut infra, & 2. q. 1. in primis, &
infra e. inquiſitionis. §. tertiæ. ſuperſeditᷓ ergo tali pro
ceſſui, & de nouo fiet inquiſitio infamiæ. & ſic intel-
ligitur hoc c. nec etiam poſtea reperta infamia uale-
bunt dicta teſtium ſuper veritate criminum recepto-
rum: quia cōtra inquiſitionis ordinē ſunt recepti. Pu
tat tñ Hoſti. ꝙ inquirēdus huic ordini renūciare poſ-
ſit, ar. C. de fideicō. l. fi. ff. de no. oper. nun. l. 1. §. & poſt
operis, Cum huic fauori introducto pro ſe renūcia-
re poſſit, de regul. ſtatuimus. non tamen eſt præſumē
dū, qđ de facili illi renūciet. ſ̄. de renun. ſuper hoc. Nō
putat ēt Hoſ. huic ordini tacitè renūciari, ut ſi illo nō
excipiēte inquirat iudex de veritate omiſſa infamia,
a qđ eſt falſum[a], ut patet hodie. j̄. e. c. 2. li. 6. ¶ Quærit ēt,
4 quid ſi mandato † ſuperioris ſuper certis criminibus
inquiſitū eſt ꝯ prælatū remiſſa inq̄ſitione ad ſuperio-
rē, cōparet prælatus, & incipit impugnare ꝓceſſum,
Dicit ſuperior, Tu quæris fugā. Dicit prælatus, domi-
ne ut ſciatis, ꝙ de innocētia mea cōfido, ſi vultis omi
tere hunc proceſſum, offerro me paratū ſuper dictis
criminibus ſubire inquiſitionē corā inq̄ſitoribus da-
tis à uobis. cōmittitᷓ inquiſitio ſub dicta forma, quā
obtulit. inq̄ſitores aſſignāt diē ad inquiſitionē, ꝓlatus
cōparens, & negās ſe infamatum petit primò inquiri
de infamia. quęritᷓ, an ſit audiendus? Vr̄ ꝙ nō: quia ve-
nit in hoc ꝯ oblationē: quia hoc nō eſt ſubire inquiſi-
tionē, ſed potius declinare. Itē quid dediſſet eo caſu
ſuperiori, qui hoc poterat ſine ſua oblatione? & uer-
ba oblationis dn̄t aliq̄d ōpari, de priuilegijs ex ore, & 
c. ſi papa, li. 6. ad id facit, qđ dixit ſe uelle ſubire ſuꝑ di-
ctis criminibus, per qđ vr̄ noluiſſe inquiri de uerita-
te. Contrariū credit Hoſti. ſicut enim ius ſaluum re-
manet, qđ expreſsè nō reuocatᷓ, ſic & iſte iuris ordo,
niſi expreſsè illi renunciauetit. Non ob. ꝙ vr̄ ꝯ obla-
tio. venire, nec inquiſitionē ſubire. Quid. n. ſi accuſa-
tus offerret ſe paratū ſubire accuſationē, vel ſubire iu-
diciū propoſitæ accuſationis ꝯ ipſum: die aduenien-
te dicat nō eſſe procedendū ſine inſcriptione? uel cū
renunciaretᷓ, dixit ſe paratū denunciationem ſubire,
uel denuntiationis iudicium: poſtea negat monitio-
nem præceſſiſſe, nunquid audiretur? & tamen utro
bique potius uidetur declinare, quàm ſubire. utique
diſcretus iudex illum admittet, ſupra eo. ſuper his, cū
per illa uerba non intelligatur præambula, uel ſubſtā
tialia remiſiſſe, quæ ſunt in accuſatione inſcriptio. in
denunciatione monitio. in inquiſitione præcedens
infamatio. & hoc forte uoluit. c. qualiter, infra e. ubi
dicit per leue compendium &c. nam poteſt dici leue
compendium, quando iudex in inquiſitione cauſa
breuitatis omittit inquiſitionem infamię, vel in accu
ſatione inſcriptionē, uel in denunciatione monitio-
nem. uenitur enim per hoc ad graue diſpendiū: quia
& ſubtrahitur reo defenſio, & calumnioſæ accuſatio
ni ſic aperiretur uia, infra e. qualiter, de ſimo. licet He-
li. §. 1. Conabatur etiam Hoſt. oſtendere, quod fortius
urgebat ratio in inq̄ſitione, maxime quæ nemine ꝓ-
ſequente, ſed ex mero iudicis officio expeditur: quia
in alijs iudiciis reo excipiente iudicium ſine præambu
lis non procedit, & ſic eo inuito ꝓcedi non poteſt.
Sed ubi inquiſitio fit ex officio, ibi uerè iudiciū reddi-
tur in inuitum: unde, quaſi exceptio non præceden-
tis infamiæ ſit perēptoria, ſemper ēt poſt receptionē
teſtiū poterit excipere ſe per dicta illorū nō condēnā-
dū, uel per proceſſum ſic habitū, niſi expreſsè ſit exce
ptioni renunciatum: ſed, ut dixi, dic ut infra e. c. 2. li. 6.
¶ Ad id, qđ dictum eſt, quod verba oblationis debent
aliquid operari, rn̄det, quod & ſi nil operentur, non
eſt omnino abſurdum, cum & quandoque tota una
litera & clauſula apoſtolica parū, uel nil operetur, ut
patet. ſ̄. de procur. quia in cauſis, de iureiurā. & ſi Chri-
b ſtus.[b] Præterea & aliquid operatur. primò quia id offe
renti ſubtrahitur fuga, quā faciebat inpugnando pro-
ceſſum, & perſiſtēdo remanebat in adminiſtratione.
Dat ergo oblatio ſuperiori abbreuiationem dierum
adminiſtrationis. ſecundò quia ſic ſerenatur conſciē-
ria ſuperioris, qui forte peccabat ꝯ prælatū in mente
ſua reputando illū miſerū peccatorē. tertiò quia ſi cō
ſenſit in certos inquiſitores, illos deinceps nō poterit
recuſare, nec ſic negociū prorogare, de offi. deleg. ſu-
per quæſtionū. §. uerū. quartò quia ſi forte aliqui per-
ſequebātur inquiſitionem, quos dicebat maliuolos,
hoc deinceps non poſſit opponere, cum ſe paratum
obtulerit inquiſitionem ſubire, ſuper quo al. audiretᷓ,
infra e. cum oporteat. cū ergo prædicta operetur, ni-
hilominus de fama quaſi ſubſtantiali præambula in-
quiretur, nec peruertetur iuris ordo. C. de iur. om. iu-
di. l. iuris ordinē, nec ob. qđ dixit, Super dictis crimini-
bus: quia nec per id iuris ordini renunciaſſe uidetur,
nec cōceſsiſſæ, ꝙ de occultis criminibus inquiratur.
ꝯ id. j̄. eo. c. de ſimo. ſicut nobis, & c. tua nos, eū ſi. Præ-
terea illa oblatio poteſt habere triplicē ſenſum. Aut e-
nim obtulit ſe ſubire inquiſitionē ſuper infamia cri-
minum tm̄, aut ueritatis ipſorum criminū tantum. &
primus intellectus ridiculoſus: ſecūdus iniurioſus ſub-
uertēs iura, & inquiſitionis ordinem. aut dices ipſum
de utroq; intellexiſſe, ſ. de inquiſitione infamiæ. & ue-
ritatis, & iſte intellectus rationabilis, ſufficiens, & iura
fouens. ergo in dubio huic tertio adhærendum, vt res
ualeat, de uer. ſig. abbate, & ut indiffinitum uerbū ge-
neraliter intelligatur, de priuile. quia circa. plus dicit
Hoſtien. quòd & ſi papa præcisè ſcribat in inquiſitio-
ne teſtes recipiendos, niſi expreſsè dicat prælatū apud
c ſe infamatum, ſemper erit inquirendum[c] de de fama
infra eod. cum oporteat. & quandocunque uerba re-
ſcripti poſſunt hoc importare etiam per reuolutionē
clauſularum, de fama primitus inquiratur, cum hoc
iuri communi concordet, in dubio ſic interpretabi-
mur, ſupra de reſcrip. cauſam, de conſuetudi. cum
dilectus, ar. ff. de confir. tutel. le. in confirmando. & ſi
expreſsè mandaretur contra non infamatū recipi te-

ſtes ſuper ueritate, nō præmiſſa inquiſitione ſuper in
famia, prima facie præſumetur reſcriptum ſurrepti-
tium, ar. ſupra de offi, dele. ex parte. unde cōſulendus
eſt princeps ante, q̃ ꝓcedat, & ſ͛a iuſsio expectāda, in
auct. de mān. prin. §. deinde, col. 3. & ut nul. iud. §. &
5 hoc iubemus, col. pe. [*Conſcientiæ*] no. † cōſcientiā iur.
præferendā in iudicijs conſcientiæ ueritatis occultæ,
ſupra de offi. or. ſi ſacerdos, ſ͛m Hoſt. [*Homines*] ſic, ſu-
pra de iud. nouit [*Non pudeat*] nec pudere debet, de vſu.
pal. niſi, ſ͛m Ho. [*Poſiti*] per inquiſitionis officium [*Iu-
dicem*] 9. quæſtio. 3. aliorum [*Menſura*] Mar. 4. [*Congruen-
tem*] puta non fuerat citatus, non fuerant expoſita
6 ſibi capitula, nec nomina declarata, uocabit † ergo
grauatum, ſcriptores, & aſſeſſores, & queret de his. &
cū fuerit negatiuè rñſum, dicet iudex, erratū eſt: quo
niā hoc facere debuiſtis: neſcio, ſi occupatio uos ex-
cuſet. & precipiet illud emēdari, vel omnino ſuper-
ſederi, uel ad magis uelandum poterit aliquantulum
differri, & poſtea de nouo procedi, quaſi perdita ſint
acta antiqua, de proba. cap. fin. & ideo dixit forte ſu-
pra. tempore opportuno. & eſt ſi. de vſu pal. niſi, ſecū-
dū Ho. [*Inordinatè*] in auct. ut iudi. ſine quoquo ſuf. §.
cogitatio, ibi, & uno hoc introducto ordine. & ibi, &
ſic uno prin. illicito &c. Ho. [*Ordinabiliter*] Bar. Brix. cō
7 tra Cluniacenſes, nullus † quidem ordo quippiam re
cipit inordinatū. Hiero. ſuper Iere. li. 20. ibi, Nō poteſt
maturitas eſſe conſilij, ubi nullus eſt ordo iudicij [*In
ſimilibus*] ſ. quando fit inquiſitio tam in capite, quàm
in membris. Hoſtien. [*in ſua eccleſia*] Si fieret inquiſitio
contra aliquem ſingularē, neceſſe eſſet crimina ſpe-
cificari, infra eo. qualiter, §. debet, habet ergo hoc lo-
d cum, cū fit inquiſitio generalis [d] [*Occultis*] dicit Goff.
inquiſitionem ab alijs iudicijs in his differre: quia in
ea recipiunt̃ teſtes lite nō cōte. ut lit. nō cōteſt. qm̄. §.
ſunt & alij. In alijs ſecus. Itē hic infamia habetur loco
accuſatoris, infra eo. qualiter. In alijs non proceditur
ſine accuſatore, ſupra ut ec. bene. cap. uno. Item hic
recipiuntur teſtes minus idonei, quales in eccleſia in
ueniuntur, quando de ſtatu ec. inquiritur in capite,
& in membris, de re iudi. cum. I. & A. ubi uide in ulti.
glo. non ſic in alijs, de teſti. ex parte. 4. q. 3. uer. in teſti-
bus. Item non fit inquiſitio de occultis, ſed de famo-
ſis, ut hic, alia iudicia de occultis inſtituuntur, dum-
modo probari poſsint. 2. q. 7. plerique. Item hic inqui
ſitor incipit quandoq; à ſuſpenſione. 2. q. 5. preſbyter
ſi à plebe, infra de pur. ca. inter. uel à remotione. 3. q.
2. quia ea. quod dic ut ibi, & no. de ſimo. licet Heli, in
e glo. qui enim [e]. In aliis ſecus. 8. q. 4. nonne. 16. q. 4. uolu
mus. Item diuerſus eſt pœnarum effectus, infra e. in-
quiſitionis. 1. reſpon. hic ad literam, uide in ſpe. de in-
8 qui. §. 1. in fi. [*Criminibus*] bene † dicit, Criminibus: qa
ſecus de occultis circūſtantis manifeſtorū criminū. i.
de q̄bus ꝑceſsit infamia, ſ͛m Inn. & Ho. ut ſi ab eo au-
diuit ſtrepitū, uel his ſi. ſ̄. de teſti. ꝑterea, de preſum. li-
teris, & c. 3. Dicūt ēt, ꝙ ſi is, ꝯ quē fit inq̄ſitio, infama-
tus ē de fornicatione in gñe, nō cum certa, nō debet
tūc teſtis reuelare fornicationē occultā, ſed ubi mu-
lier eſt certa, tunc ēt tenet̃, ēt ſi iuraſſet non reuelare:
quia ſi, cū iurauit, intellexit ēt nō reuelare ut teſtis iu
ratus, temere iurauit, de crimi. fal. c. j. de teſti. cōſtitu-
tus. Si intellexit, ꝙ nō reuelaret niſi ex iuſta cā, uel de
hoc nō cogitauit, nō ob. iur̃o, qđ cōditio. habet, reue
lare tenet̃, de iur. ad nr̃am. 2. & c. quēdmodū. Si tñ id
ſciret in pñiali, nō debet dicere, de exceſ. pla. dilectus,
de of. or. ſi ſacerdos, uide qđ dixi, de poſtula. ꝑ. c. j. ſu p
9 uer. req̄ſitus (*Et † plenam*) exponas [f] hæc uerb, vt no. j.
f c. pxi. & uide qđ ibi dicā ſu p uer. inq̄ſita [*Dicant*] qūo
hoc caſu examinent̃ teſtes, uide in ſpe. de teſte, §. nūc
10 tractādū, in vl. col. ¶ † gl. 1. arguit, ꝙ nō ſit functus &c.
al. tria iura, in ꝯriū ſoluit. ¶ Gl. 3. no. ꝙ iudex corrigit

interlocutoriam, adducit tres concor. & tria ſimilia.
11 ¶ † *In 1. gl. ibi, dicere autem*] al. l. qualē. Si arbiter ſu p plu-
ribus rebus receptus, ſu p q̄buſdā ꝓnunciat, nō tenet
ſnīa, ſed erit adhuc à ꝑtore cogēdus (*& ibi, quia arbiter*)
ſequit̃, & ſi errauit in ſnīa dicēda, corrigere eā nō pōt
(*Et ibi, iudex*) uide de decre. ſtati al. ſu p gl. 2. (*Et ibi, quod
iuſſit*) uide in præ. c. cū ceſſante, ſu p 1. gl. ¶ *Antepe. gl. in
fi.*) vide de reſcri. inter ceteras, ſu p vlt. gl. ¶ *In † glo. 1. ibi,
quia arbiter*) per hanc. l. dic ſ͛m Hoſ. ꝙ diffinitiuā non
pōt corrigere arbiter. Idē in delegato per iura ſtatim
all. in gl. & per l. C. qūo & qñ iud. ſi ut proponis. C. qñ
prouo. nō eſt ne, cū nō eo die, ſed delegās, ut ibi: nec
ordinarius annullādā, ff. de re iudi. cū quærebat̃, & l.
poſt rē, C. de ſē. ex. breui. reci. l. 2. Sed nullā pōt. ſ̄. de fri
gi. fraternitatis. j. de pur. vul. c. 2. 1. q. 3. eps. C. qūo & qñ
iu. l. ſi præſes, C. e. ſi accuſatoribus, & ſuperior eius, C.
e. ti. abſentē. de hoc dixi poſt Inn. ſ̄. de re iudi. c. 1. & c.
cū inter, ſuper uer. poſtquam in rē, poſt Ho. & no. de
hoc. e. t. cū Bertoldus, in gl. ſed qualr̃, & de hoc in ſpe.
2. par. de teſti. in inte. §. uidēdū, uer. & no. & de ſen. ꝑ-
la. §. qualiter, uer. hoc quoq;, & uer. ſeq. & de arbitro.
§. fi. uer. licet aūt poſsit, & per. Dy. de re. iur. qđ ſemel,
in pri. obiectione. ¶ *In gl. no. quòd, ibi, cum ceſſante*] ubi de
hoc (*& in fi.*) ad hoc. ſ̄. qui fi. ſint leg. cauſam. 2. ¶ *In gl.
hoc eſt, in fi.*) qđ regum eſt proprium. 23. q. 5. regnum.
¶ *In glo. pe. ibi, non punitur*) ſecundum Ioan. idem Goff.
& Vin. (*& in fi.*) ſupra de teſti. cap. de teſtibus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Lib. 6. Facit etiam ibi. c. 1. quia eſt præpoſteratio ordinis etiam unius ad alium, quod non nocet, ſi non opponatur. l. ſi mancipiū, & ibi glo. ff. de euic.
b ¶ Chriſtus. Vide l. ſi quando, ff. de le. primo.
c Inquirendum. Facit. l. ſi quando, C. de inoffi. teſta.
d ¶ General. Vide infra e. qualiter, per Io. An. in glo. hic Vincen.
e ¶ Enim. Vide Io. An. in c. 1. de accu. li. 6.
f ¶ Exponas. Et uide de hoc. uer. Bal. in l. ſi manumiſſio, C. de obſe. patro. præ.

*SVMMARIVM.*

1 *Confeſſionem ſuam qui reſpondit iuratus quando audiatur uolens excuſare, & quid probare debeat, & nu. 4. & 6. & quomodo fiat, nume. 6.*
*De ea accipitur quod nocet confitenti, nu. 14.*
2 *Inquiſitio quando facienda.*
*Quando dicatur ſuper eccleſiæ ſtatu fieri.*
*Contra epiſcopum quando, & qualiter fiat.*
3 *In ea duæ iurandi & reſpondendi formæ, & de earum differentijs.*
4 *Teſtis an recuſare dictum ſuum poſſit, remiſſ.*
5 *Leuia leuibus, grauia grauibus comparantur.*
6 *Errorem ſuum ante ſententiam etiam contra confeſſionem ſuam poteſt reuocare.*
7 *Ad acta ſupplenda, uel contrà admittitur probatio.*
*Inquiſitores debent audire teſtes,*
*Contra epiſcopum raró fertur ſententia remotionis.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 9.*
*Cauſa conſideranda ex qua aliquid ſit factum.*
*Damnum datum cauſa mea non reficio.*
*Probatio deficit quandoque, ſed non ius. § . fi.*
10 *Additio gloſſarum.*
*Iudicum an & quando ſtetur dicto.*
11 *In partem meliorem quando interpretandum quid.*
12 *Cauſa ſumitur multis modis.*
14 *Alienatio rerum eccleſiæ quibus de cauſis permiſſa epo, iūcta glo.*

CAPVT XVII.

1 CVm dilecti. Si is, ꝯ † quē inqui-
ritur, iurauit ad in
terrogata reſpōdere, poſt confeſsionē au
dit̃, uolēs excuſationes ꝓbare, q̃ cōfeſsio-
nē nō perimant, ſed exponāt: ſecus, ſi iurauit plenā &
merā ueritatē dicere. Et primò ponit̃ legatorū inq̄ui-
ſitio,



ſitio. ſecundò ibi, Quia uerò, dubium, ꝑ quod fit
commiſsio, tertiò ibi, Mandamus, commiſsionis for
ma bimembris. & ſecūdum ibi, Quòd ſi [*Clamorē*] nec
2 aliter † eſt facienda inquiſitio, infra e. qualiter [*Siniſtra*]
quæ ſapiebant naufragium, dilapidationem, & ſimo-
niā [*& infra*] hic continetur, quod deeſt in litera circa
caſus poſitionem (*Conſtitit*) quia nec relatio hæc con
tinebat, & ſic fuerat minus plena. ſi. ſupra de elec. du-
dū, infra. §. cum aūt (*Statu*) eccleſiæ. i. ipſius epiſcopi
7. q. 1. ſcire debes. uel dic, ꝙ canonici erant ſpecialiter,
uel generaliter infamati. Ho. Inn. tñ vr̃ uelle hic, & j.
de ſimo. quod licet infamia prælati ſit præſumptio
contra ſubditos, ut ſic tota eccleſia poſſet inquiri, de
re iudi. cum. I. & A. & poteſt eſſe ratio: quia cum ca-
put infirmum &c. & componitur orbis &c. & qualis
rector ciuitatis &c. ecc. 10. A quod non placet Ho. ar.
de his, que ſi. à ma. par. quæſiuit, cū nec fiat inquiſitio
ſuper ocultis. ſ̄. ca. proxi. in fi. fatetur tñ, quod ꝯ epm
procedit inquiſitio tā in capite, q̃ in mēbris, ut inq̄-
rat̃ qualiter ſe habeat in ciuitate, & in caſtris, ſiue ec-
cleſijs: qualiter erga canonicos ſuos, & alios clericos,
& laicos ſuæ ciuitatis, & diœce. & ſic intelligi pōt hic
ſ͛m eū, cū nec expreſsè legatur inquiſitionē ꝯ alios ꝓ-
3 ceſsiſſe (*Inquiſita*) dixit Hoſ. ꝙ † quidā miſcēt has duas
formas, & dulcis mixtura bonorū, ar. 12. di. nouit, ad
fi. Eſt tñ ī prima forma periculū periurii, de coha. cle
rici. clericos. vnde dicebat Inn. de ſimo. licet, cuius di
ctum poſuit Hoſt. in c. ibi ſeq. ꝙ ubi de certis crimi-
nibus agitur, ſatis pōt recipi iuramentum de dicenda
plena & mera ueritate. ſed ſi de ſtatu ecc. ꝑ anceps
periurium, ſufficit, ꝙ iuret rñdere ad interrogata, ſed
ꝯdicit. ſ̄. c. proxi. in fi. ꝑ quod dicit Inn. ꝙ qualitercū
que agat̃, ſufficit, ꝙ iuret altero illorū duorū modo-
rū (*Secunda forma*) ut ſ. ad interrogata veraciter rñderet
[*Aliorum*] ſup. quos producere pōt eps, cū &c. [*Inquiſi-
4 ta*] ex hoc patet ſ͛m Inn. ꝙ † iurans de calumnia cōfeſ-
ſiones ſuas poterit excuſare, cū iuret tm̄ ad interro-
gata rñdere. In teſte ſecus, quod dic. vt ſ̄. de teſti. co. ꝑ-
tereà, de teſti. per tuas, & c. cum clamor [*Excuſationes*]
q̃ fuerunt ille, neſcimus. La. [*& malum*] tales ſunt illæ,
de quibus. 85. di. florentinum ſ͛m Inn. & Ho. [*Incurrit*]
qa legati ipſum ob hanc cām ſuſpēſum miſerunt ad
curiā [*Leuis culpa*] ſi. ſ̄. de re iudi. cum te [*Leuiter*] Hiero
5 nymus ꝯ pelagianos. Leuia † leuibus, & grauia graui-
bus comparātur: nec ferula dignū uitium eſt gladio
uindicandū: nec ferula, quod gladio dignum eſt. & ꝯ
Suſanam. E. grandi plagæ alta & prolixa opus eſt me
dicina. & uide ſuper Hiere. li. 6. [*& Simonia*] i. confeſsio
ne, ex qua elici uidebantur hæc tria, dilapidatio, nau-
fragium, & ſimonia, ut uidiſti in caſu, & dicit hic gl.
(*Tacere*) quia ſic non diceret ueritatem plenā. [*Falſita-
tem*] & ſic non diceret ueritatē merā [*Excuſationibus*]
quas ꝯ iuramentū tacuit coram primis iudicibus, La.
[*Mentionem*] ad quam tñ tenebatur ex forma iuramē-
6 ti. & ſic ſoluitur. quod † opponitur, unūquēq; poſſe
probare errorē ſuū ante ſententiā, ēt ꝯ confeſsionem
ſuā. C. de iur. & fac. igno. l. error. ff. de cōfeſsis, non fa-
tetur. ſ̄. de confeſ. c. fi. j. de teſti. in inte. c. 2. li. 6. imò ſ͛m
Inn. & Hoſt. aliud eſt errorem reuocare: aliud confeſ
ſionē declarare, & ſic ſe excuſare. ſi enim uellet erro-
rem probare, oporteret illū probare, ꝙ nil de naufra-
gio habuiſſet, & quod eccleſiæ non eſſent datæ ſimo
niacè, & ꝙ debita non ꝯxiſſet, & quod bona eccleſiæ
non alienaſſet, ad quod admitteretur ſuo mō. ſ. indi-
rectè: qa nec directè probari poſſet negatiua, de elec.
bonæ, de teſti. ex tenore. ſi vult confeſsiones declara-
re, ipſas non reuocat, nec ꝯriū probat. ff. de rei uen. ex
diuerſo. §. 1. ff. ſi. ſer. uen. ſi cui. §. ſed ſi. ar. nec negatiuā
prætendit, ſed affirmatiuas excuſationes, quarū poſsi
bilis eſt probatio. ff. de ꝓba. ci q̄ dicit. ad hoc aūt non

admittitur obſtante forma iur̃i [*Nullam*] in actis in-
7 uentā, de reſt. ſpo. cū ad ſedē. & † licet ad ſupplēda acta
uel ꝯcta admittatur probatio, de proba. qm̄, de teſti.
cum a nobis: tñ hic non admittitur ꝑ rationē, quæ
ſequit̃ [*Ab illis*] ſ. iudicibus. & aſsidentibus, uel nota
riis. C. de app. qm̄ iudices. ſ̄. de ꝓba. qm̄ ꝯ, & ar. quod
inquiſitores per ſe debent audire teſtes. ad idē C. de
ſi. inſt. in auc. apud eloquētiſsimō. ſ̄. de offi. dele. quo-
niam. §. is autem [*Remouere*] hic fertur ſententia con-
tra epm, quod raró accidit. concor. de exceſ. præla. ex
literis, de do. & contu. ueritatis. Refert Guil. in ſpe. de
accuſatione. §. 2. ad fi. 1. col. ꝙ Clemens. IIII. ſimul
depoſuit. 11. epiſcopos, qui adhæſerant Manfredo in
occupatione Siciliæ, & interfuerant ipſius corona-
8 tioni. ¶ † Glo. 1. ponit caſum, quem etiam proſequi-
9 tur. ¶ Antepe. gl. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ *In † gl.
cauſa, ibi, uerum. 2.*] qui libidinis cauſa, ibi, fregit oſtium
meretricis, & fures non ab eo inducti res meretricis
exportant, non tenetur furti. ¶ *In gloſ. epiſcopus, ibi,
committit*] Si animo lucrandi hoc facit, ut l. ſequen.
¶ *Vlti. glo. ibi, duo ſunt Titij*] hanc, & l. in tempus, uide
de offi. dele. quoniam, in 3. gloſ. Et ſimilem caſum
ponit. §. ſi duobus, in eo, qui duobus Titiis legauit,
& alteri ademit, & neſcitur cui, neutri dicetur adem-
10 ptum. ¶ *In † glo. 1. ibi commiſerat*] cautius locutus eſt in-
fra in glo. epiſcopus iſte. ¶ *In glo. ſimile, ſupra ibi, dictum
illorum*] per dicta teſtium, qui fuerunt præſentes exa-
ctioni, & præſtationi iuramenti, quod cōſueuit in pu
blico exigi, & preſtari [*Et ibi, indici*] qñ talis eſt actus, q
non pōt probari per teſtes, ſtatur oīno dicto iudicū,
ut hic, & in concor. non dico iudicis, de proba. qm̄.
Dñt tñ quidam, ut refert Inn. ꝙ hic iudices non req̄-
runt̃ ut teſtes. 2. q. 6. ſtatuendū, ſed tanq̃ qui fuerāt iu-
dices, de quorum facto q̄ritur, cōſulendi ſunt. 18. di.
de eulogiis. ar. ſupra de arbi. c. 2. ff. de ap. l. ſciendum,
ſicut alias de facto proprio req̄runtur, qui alias non
admitterentur in teſtes. ut latrones. C. de feri. prouin-
ciarum, & ſerui. C. de quæſtioni. interrogari. ff. de cu-
ſto. reo. diuus. & mater, & auia, qñ q̄ritur de ætate. ff.
de proba. ēt, & ſeruus de fuga ſua ff. de redhibi. l. q̄ro.
§. fi. nec ualet dictum iſtorū ut teſtium, ſed ſolū ad ꝑ-
ſumptionem. unde & poſt aperturā teſtiū tales requi
ri pñt. 20. q. 3. pñs. Quidquid tñ dicat Inn. quandoque
requiruntur, & plenam fidem faciunt, ut hic, & de ex
ceſ. præla. inter dilectos, de elec. cum dilecti, de teſti.
cum a nobis, nec ob. c. ſtatuendum, quod loquitur
de iudice, corā quo pendet iudicium. porrò depoſito
officio teſtificari poteſt, quod dic, ut ſupra de teſt. di-
a lecto, [a] ſecundum Hoſt. ¶ *In gl. unde, in fi.*) cōtra, de trāſ-
11 la. c. fi. dicit Ho. qñ factū in † ſe non eſt malū, & dubita
tur, qua intentione ſit factū, locū habet gl. ſed quādo
in ſe malum eſt, de malo nō pōt præſumi niſi malū,
donec aliud apparet, de præſump. c. fi. de iureiu. quē
admodum. §. quædam. ¶ *In glo. cauſa, ibi, ex qua cauſa*] ſu
mit̃ aūt cauſa multis modis ſ͛m Ho. Primò pro iudi-
ciali conflictu certarum parochiarum, quod dic vt in
fra de uer. ſi. forus, uer. cauſa. Secūdò pro utilitate. ff.
de peti. hære. itē ueniuntin, prin. Tertiò pro ſpē. ff. de
tranſac. tutoribus. §. ei, qui nundum. Quartò pro titu.
ff. de peti. hære. nec ullā. in prin. Quintò pro onere. C.
de dii. pigno. ſi debitor. Sextò pro fructu. C. de inſt. &
ſub. l. ſi mr̃. Septimò pro cōtractu, Inſti. quib. mo. to.
ob. §. eſt autē, de libel. ob. c. fi. de plus peti. c. vno. Octa
uò pro actione. ff. qui ſatiſ. co. l. fi. Nonò pro intentio
ne, ut hic, & ſupra de re iudi. ſicut, & omnis talis cā
& ſimilis conſideranda eſt ſecundum eum. Dixit Io.
Mo. in dec. ulti. de iur. ca. lib. 6. quòd eſt cauſa impul-
ſus ad aliquid agendum, & ſic ſumitur. ff. de poſtu. l. 1.
§. ſexum. ſed rō eſt gerendorū ordo ex cā uenientiū.
unde cauſa poteſt eſſe ſine ratione, ſed ratio non pōt

eſſe ſine cauſa. exemplum de primo, ſupra de ſpõ. c. 1.
ſm artiſtas eſt cã, ad cuius eſſe ſequitur aliud, & iſtæ
cauſæ ſunt quatuor, duæ eſſendi, & duę fiendi, ut dixi
in libri prin. ſuper. 1. glo. Dr & cã ꝓpter quã fit quod-
cunque debitũ. & tunc dr à cahos, quod fuit omniũ
rerum principium, iuxta illud Ouidij, Rudis indige-
ſtaq; moles, quam dixere chaos. Eſt ẽt cã modus, uel
forma, ut cum dico lego uxori, quæ eius cã paraui. ff.
de aur. & ar. le. l. Quintus. Dr ẽt facti exemplificatio.
C. ad le. Aquil. ſi ex plagis. §. in cliuo, ibi ius. i. iuris re
ſponſio, poſitum eſt in cauſa agendi. ¶ *In glo. epiſcopus,*
13 *ibi, propter* † *hanc cauſam*] uel aliam de permiſsis, quæ no.
12. q. 2. in ſumma, & habentur, ea. q. §. his omnibus, &
c. ſequentibus: uel quia per papam requiſitus fuerat
pro pecuniario ſubſidio ſecundum Goffr. ¶ *In glo ult.*
*ibi, propter hanc in fin.*] arguit etiam per hoc Abb. quòd
14 de † confeſsione accipitur, quòd nocet confitenti, &
non id, quod prodeſt, de condi. apo. per tuas, de con-
ceſ. præben. cum ſuper. & facit ad ea, quæ dicam, de
confeſ. c. 1. li. 6. ſuper uer. confeſsionem.

---

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Dilecto. de arbi. an poſſit eſſe teſtis, uide Io. An. in c. 1. de arbi.
li. 6. & Bal. in l. ne in arbitris, C. de arbi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Inquiſitio ueritatis criminum non fit, niſi primò conſtet de infa-*
*mia, & nu. 2. 4. 7. & qua, nu. 2. 6. 7. & 8. propter ſuſpicionem*
*regis, uel aliorum magnorum non facienda, nu. 8.*
*Quo ordine in ea proceden. nu. 6. & 8.*
*Ad eam proſequendam, & qui teſtes admittantur. & nu. 3. & 4.*
*11. 12. 14. 15.*
*Purgatio quando indicatur, & nu. 9.*
2 *Infamia non probatur per criminum propoſitionem, & per quot*
*inducatur, nu. 5. & quos, nu. 6.*
*Quæ teſtificari debeant teſtes ad eius probationem, n. 7.*
*Infamia prælati ubi & qualiter probanda, eo. nu. 7. quãdo habeat*
*eius probatio locum, ibid.*
*Non eſt ſimul cum principali probanda, ſed præcedere debet, nu. 8.*
*& qualis, ibid.*
*Quæ ſufficiat inquiſitioni faciendæ.*
*Diſſimulatio periculoſa prælato.*
3 *Complices ſuſpecti ſunt, & repellendi, qui tales dicantur.*
4 *Ad accuſandum non admittitur criminoſus.*
*Reſcripto, ſeu literis Papæ quando ſtandum, uel contra.*
5 *Ad famam bonam probandam nunquid admittatur reus, eius pro-*
*batio quid operetur, & quando præferatur contrariæ.*
*Præcedere debet cognitionem principalis, nu. 8.*
7 *Frequentiam quot uices inducant.*
8 *Dicto ultimo ſtandum uicinorum. §. tu dicas.*
9 *Graue crimen quod, in grauibus ſeueritas exercetur nu. 11. in fi.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 11.*
*Cum inimicis conuerſantes etiam repelluntur, & amici, & dome*
*ſtici ab accuſatione, & nu. 12. ad eos ire non cogor.*
*Inimicitiæ quæ excuſent, uel repellant. §. in 5. glo. graues quæ, re-*
*pellunt nume. 13.*
*Aliæ quid operentur, ibid.*
*Victoria alterius mihi prodeſt, & ſibi non. §. pen.*
*In leuibus leues iudice ſint, in fi.*
12 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
*Frater pro fratre quando admittatur.*
*A denuntiatione qui repellantur. §. 1.*
15 *Literæ miniſterio aliquorum impetratæ quando dicantur.*
*In eis ſi exprimatur aliqua perſona, ea repulſa an alius admit-*
*tatur.*
*Ad proſequendam inquiſitionem, uel denuntiationem, impetrato*
*re, uel denuntiatore repulſo an alius admittatur, & ſupra nume*
*ro. 14.*

C A P V T XVIII.

1 CVm oporteat. Caſus. De † ue-
ritate criminũ
non inquiritur, niſi primò conſtet de in-
famia: tunc inimici, uel periuri, ſed uiri
idonei ad proſequendam inquiſitionem, & ad teſti-
monium admittentur, & non probato crimine indi-
citur purgatio infamato. Et ſunt tres partes, in prima
denunciatio epiſcopi, & inquiſitorum datio. in ſecũ-
da ibi, uerum, comparatio, & allegatio epiſcopi ꝯ de-
nunciatores, & teſtes, in tertia ibi, diſcretioni, inqui-
ſitorum triplex inſtructio. ſecunda ibi, quod ſi, tertia
2 ibi, & ſi nihil [*Proponentibus*] tamẽ hæc † propoſitio nõ
probat infamiã. C. ex qui. ca. inf. ir. l. uerbum [*Diſſimula
tione*] quæ periculoſa eſt prælato, de offi. or. irrefraga-
bili, de priuile. quanto, Hoſt. de iudi. nouit, ad fi. 83.
di. error. Abb. [*Tranſire*] ſi de illis eſſet infamatus. &
ideo de infamia mandat inquiri, ut ſequitur. & hoc
propter clamoſam inſinuationem ſibi factam, non
quia penes ipſum infamatus eſſet. Innocen. [*Præue-
niſſet*] & ante notitiam literarum. Goff. ſi. de ap. me-
minimus, & c. ſuggeſtum [*Typo*] ideſt motu ſine ze-
lo. Pe. i. inflatione, Abb. [*Pluſquam*] alias potius, &
3 ponitur collectiuè [*Complices*] qui & † ſuſpecti ſunt, &
ideo repellẽdi, ſupra de teſti. in literis. & ſunt compli-
ces ſecundum Abb. ſocii coniuncti ad malum, non
ad bonũ [*Qui*] ſ. inimici, cõſanguinei, & cõplices [*Trãſ-
greſſores*] & hi oĩno repellunt à teſtimonio, de teſti. &
4 c. teſtimoniũ [*Criminibus*] r. i. † criminoſus non admit-
tit ad accuſandũ, denunciandũ, uel teſtificandũ, qđ
dic ut ſ. c. 1. & c. cũ P. Hoſt. [*Fama ipſius*] no. licet Papa
committat inquiſitionem, nõ prius inquirit de cri-
mine, quam conſtet de infamia. Intelligitur enim
committi ſub conditione, ſ. ſi præceſsit infamia. Si ue-
rò ſcriberet Papa, quod multorum clamore perue-
niſſet ad ipſum, tunc credat, & inquirat, licet ibi non
ſit infamatus. Ioã. Ego. T. dico, quod per tales literas
non fiet inquiſitio, niſi fama probetur: quia ſæpe fal-
ſum ſignificatur domino papæ, & poteſt eſſe, quod
denunciãtes, uel referentes erant illius inimici. T. de
hoc in ſpe. de inquiſitio. §. nunc tractemus, uerſi. hoc
autem notandum eſt, & uer. ſe. tu dic, quod aut papa
loquitur narratiuè, & tunc uera opinio Tan. aut aſ-
ſertiuè, tunc uerum, quod dicit Io. per dec. ſi papa, de
priuil. lib. 6. hodie uide Clemen. de proba. literis, &
quod ibi no. Sed † nũquid admittitur reus, ſi uult pro-
5 bare ſe bonæ famæ, ſic etiam per cubicularios, & fa-
miliares ſuos. & idem de innocentia ſua. 2. q. 7. cũ pa-
ſtoris. 12. q. 1. ſint manifeſtę. 18. q. 2. in decima. 2. q. 5.
omnibus, in fi. 81. di. clerici, in auc. de mona. §. cogi-
tandum, ſupra eod. licet, in fi. de hoc, infra eod. quali-
ter, in 1. gl. ultra med. & uide, quod ſuper ea dixi poſt
Ioan. hoc tamen non uidetur prodeſſe: quia ſi mille
teſtes dicerent eum bonæ famæ, & centum dicerent
eum malæ famæ, præualet dictum paucorum quan-
tum ad indicendam purgationem, uel quantum ad
faciendã inquiſitionem. Sed propter dicta paucorũ
non inducitur infamia, infra eo. inquiſitionis. Io. idẽ
Phi. facit, quod dixi, de renun. ſuper 1. glo. Ego dicerẽ
dictum plurimum præferendum, dũmodò æquè ꝓ-
a barent bonam famam, ſicut alii malam.[a] Tã. & Vinc.
Quid de hoc uelit Inno. in decre. inquiſitionis, non
apparet, ut ibi dicam ſuper ult. glo. Hoſtien. hic ſequi
tur. T. cui concordat Guil. in ſpe. de inquiſi. §. nunc
tractemus, ver. qđ ſi plures. dicit. n. Ho. iudicẽ debere
attẽdere, utrũ cõis uox uicinorũ exterior cõcordet
cum fama, uel cum infamia, & qualitatẽ teſtiũ, qbus
& aliis circunſtantiis penſatis hoc eius arbitrio relin
quet, ut no. ſ. de teſt. preterea, & c. in noſtra, ubi teſtes
primi & ſecũdi deponunt de fama uiciniæ, puto uerũ
dictum



dictum. T. & facit quod no. de teſti. cum in tua, in ulti.
gl. Sed ſi primi, licet pauci, deponunt de uicinia. ſecũ-
di, licet multi, non de uicinia, uerum ſit, quod dicit
Ioan. [*Noueritis*] uel per † teſtes, qui probent infamiã,
uel ipſe iudex de plano per rumorem uiciniæ apud
bonos & graues certificari poteſt, ſupra de ſpon. cum
in tua, Innocen. [*Inquiſitionem*] ſup. ueritatis [*Illorum*] ſ.
criminum [*Non ſubito*] ergo, etiam cum agitur in mo-
dum inquiſitionis, non eſt præcipitandus proceſſus,
quod fieret, ſi nõ ſeruaretur iudiciarius ordo ſuus, ut
ſ. e. & j. e. qualiter. ſm quẽ ordinẽ non auditur petens
inquiſitionẽ fieri, niſi ſit honeſtus & prouidus, & nõ
leuis, arg. hic, & 37. q. 6. epiſcopus in ſynodo, de teſti.
co. præterea, & j. e. qualiter. expreſsius uer. ex quibus.
debet etiã præcedere inſinuatio clamoſa, quæ crimẽ
reddat quaſi manifeſtum, ut ibi: ſed & debet eſſe fre-
quens, ut ibi, & ſ. c. proxi. poſſet enim eſſe, ꝙ qs ſemel
7 ex impetu iniuriatus eſſet. & ſi quærat, quot † uices
inducũt frequentiã, ur ꝙ duæ, ar. ſ. de ui. & ho. cle. mo
b naſteria. ſ. de elec. uenerabilẽ, in fi. cũ ſuis cõcor.[b] ſed
melius dicitur ſm Inno. & Hoſti. hoc arbitrio iudicis
relinquendum, ar. in auct. de teſti. §. 1. col. 7. ff. de uer-
bo. obli. cõtinuus. §. 1. Item tanta debet eſſe infamia,
quando de prælatis agitur, ut iam ſine ſcandalo diſsi-
mulari non poſsit, uel ſine ſcandalo tolerari, infra eo.
qualiter. 1. reſpõ. uer. ſed cũ ſuper exceſsibus. & de hac
infamia inquirendũ eſt ante, quàm de ueritate, ſecun
dum modum, de quo legitur, infra de purg. ca. cap. 2.
uel recipientur teſtes ſaltem duo & bonæ famæ, ar. C.
de teſti. ubi numerus, & dicẽt eũ infamatum apud ꝓ-
uidos & diſcretos, quos nominabũt, ẽt ſi nõ interro-
c gent[c], ut per hoc appareat iudici, cuius arbitrio com-
mittitur, & nõ teſtis, ſ. utrũ ſint prouidi & diſcreti. vide
quod dicã. j. e. qualiter, ſuper uer. honeſtis. & ſępe au-
dierũt hãc famã, non ſemel: alioquin nõ probat infa-
mia ſufficiẽs, ut ſ. ſm Inn. Sed & ſufficit, ꝙ dicant ſim-
pliciter infamatũ, dũmodo ſiniſtra in publico audiã-
tur, qđ dic ut legitur & no. inf. e. inquiſitionis, uer. 1. &
uer. fi. ubi uerò de ꝑlato agit, puto inquirendũ de fa-
ma à capl'o, & à canonicis. & ſi apud eos nõ reperitur
infamatus, nõ ur ulterius eſſe procedendũ, ar. ſ. de ꝑ-
ſump. quoſdã, & c. quanto, & arg. e. qualiter, rñ. 1. uer.
debet. 76. d. ſi quid de quocũq;, ſup. de elec. poſtq̃, & c.
d ſcriptum. §. per apl'ica[d], niſi forſan eſſet alibi, & inter
alios conuerſatus, nam ab illis hoc inquirendum eſt,
ut ibi legitur & nõ. uel niſi propter potentiã & tyran-
nidẽ prælati timeat de occultatione ueritatis, & con-
tra ipſum ueriſimile præſumat. inf. de exceſ. præl. tãta
eſt clauis: uel ꝑꝑ tergiuerſationẽ, & colluſionẽ, inf. de
collu. detegẽ. in tñ. hæc autẽ probatio locũ habet ſm
Inn. antè, q̃ inquirat de veritate criminũ, nã poſtea no
habet locũ niſi ad adminiculũ ꝑſtãdũ. 4. q. 3. ver. Item
8 ſępe. ¶ Quid ſi † inquiſitor ſimul & ſemel de utroque
inquirat ab utroq; teſte, primò tñ de fama, ſ'ò de ue-
ritate? Rñ. ſm Ho. nõ ſeruatur ordo: quia inquiſitio fa
mæ debet præcedere inquiſitionẽ ueritatis, ut proba-
tũ eſt, & quia nõ ſunt tales proceſſus, ſiue articuli per
miſcẽdi, ſiue inordinabiliter cõfundẽ. ut patet in eo-
quod legitur, & no. ſupra qualiter, & ſupra de reſcrip.,
cũ dilecta. §. pe. ſupra de iudi. exhibita. §. j. & fi. & idem
modus ſeruandus eſt, ubi in modum exceptionis cri
men opponitur, ſupra eo. ſuper his, nec mireris, ſi exa
ctas probationes exigo ſuper infama: quia non eſt ſi-
ne cauſa. nã extraordinarius modus agendi eſt inqui-
ſitio. Item graue eſſet propter leuem infamiã à digni-
tate, vel hereditate repellere unũquẽq;. Bene dicit lex,
ꝙ famoſi. i. qui clamoſa & frequenti laborãt infamia.
& annotati. i. quorũ infamiæ crimẽ ſcriptũ eſt per iu-
dicẽ, uel quia alias ſunt inquinati quaſi manifeſto ſce
lere, uel uita ſordida, à dignitate ſunt repellẽdi. C. de di
gni. l. 2. lib. 12. no. qđ ad hoc, ut ex uerbis infamatoriis,
oriatur infamia, oportet, quod in ſcriptura redigatur,
& etiam ꝙ fiat cũ aliqua cauſæ cognitione. C. ex qui-
bus ca. infami. irro. ea, quæ pater, & l. nulla, & l. uerbũ,
& le. interlocũtio. ff. de obſequiis, honori. Sed contra,
quia ſufficit leuis infamia. C. de inof. teſta. fratres. So-
lutio, nõ negat, quin prædicta diligẽtia haberi debeat
in probãdo: ſed & leuẽ appellat exortã à pactione fa-
moſæ actionis, uel diffinitione, etiã ſi per procurato-
rẽ agat. C. ex quibus ca. infa. irro nõ dãnatos. ff. de his,
qui no. infa. athelas. §. fi. & l. ſeq. ſecundũ quoſdã. ¶ Tu
dicas ſm Ho. ꝙ ſupradicta iura loquuntur de infamia
iur. hic autẽ tractamus de infamia facti, quando quis.
ſ. eſt infamatus apud bonos & graues. C. ex qui. ca. in-
fa. irro. ea, q̃ pr. inter quos conuerſatur, maximè ſupe-
riorẽ ſuum, & inter ſacerdotes parochianos. 76. diſt. ſi
qđ de quocunq;. 2. q. 5. ꝑſbyter, & c. oĩbus, inf. de pur.
ca. c. 2. Et quæ hic de Inn. deficiunt, uide inf. c. 2. li. 6. ſu-
per. 1. gl. Sed & ſi dicãt uicini, nunq̃ habuimus ipſum
ſuſpectum, uel ſi habuimus, errauimus, ſecundũ Inn.
ceſſat ſuſpitio, & ultimo dicto eorum ſtandũ erit plus
q̃ teſtibus paucis, ar. ff. de peri. & como. rei uendi. illud
in fi. inf. eo. inquiſitionis, in fi. propter ſuſpitionẽ autẽ
regis, uel aliorum magnatum laicorum potius eſt in
dicenda purgatio ad deferendum honori ipſorum, &
ſcandalum euitandum, quàm inquiſitio facienda, q̃-
uis & ipſa fiat, ſi epiſcopo uideat. 2. q. 5. Menã, & c. hoc
habet. & breuiter ſecũdũ Inn. in hac materia uerũ eſt,
ꝙ officiũ iudicis latiſsimè patet. ff. de iur. om. iu. l. 1. un
de & qñq; ponit hoĩem ad rationem. ſ. e. ſi cõſtiterit.
Quandoque inquiret ex officio nõ probata per teſtes
infamia, ſed ſola publica fama deferente, inf. de pur.
ca. inter ſolicitudines, rñ. j. in fi. quod & innuitur, infra
e. qualiter, reſpõ. 1. de quo dic, ut ibi no. & ſup. e. ſi con
ſtiterit. Sed, ut appellationes euitet, ſecundum Ho. cõ-
ſuluimus, quod adhæreat doctrinæ traditæ per hanc
gl. ſic probata infamia inquiret de ueritate criminis.
& ſi probatum fuerit, dabit ſententiam condemnato
riam, prout legitur, infra eo. qualiter. §. debet, & §. ſec.
uer. illo ſemper. Sed & lęſis ſatisfieri faciet, ſi criminis
qualitas hoc requirat, ſecundum Inno. in auct. ut nu'-
li iudi. §. & hoc peruenit ad nos, col. 9. in auct. ut iudi.
ſine quoquo ſuffra. §. ſi quis autem. §. neceſsitatem,
col. 2. quod ſi probari non poſsit, purgatio indicetur,
ut infra eo. c. in fi. & legitur & no. ſupra eo. ueniens, in
fin. [*procedendum*] ut quia de infamia prædictorum cri-
9 minum nobis cõſtat [*Graue*] puta † mortale, quod de-
poſitionem inducat, ſupra de tempo. or. cap. fi. [*purga-
tionem*] propter infamiã apud bonos & graues diuul-
gatam, quamuis ab inimicis ortum habuerit, ſecun-
dum Hoſtien. de hoc, ſupra cap. cum P. & c. ueniens.
10 ¶ † Prima gloſſ. al. concordantias, & duo iura in con-
trarium, & in fi. arguit. ¶ Tertia glo. quærit, arguit ad
partem utranque, & ſoluit. Recitat opi. Ioan. quam
reprobat. ¶ Quinta glo. reſpon. per quæſtionem, quæ
inimicitiæ &c. & arguit, quòd capitales, & conſpira-
tiones tantum, all. in contrarium, & ſoluit. ¶ Pe. glo.
etiam reſpon. per quæſtionem, an repulſo illo, qui im
petrauit &c. arguit, quod ſic. ponit opinio. Io. quam
11 approbat, & contrariam. T. quam reprobat. ¶ *In* † *glo.*
*1. ibi, liberi*) uide hanc & ult. al. nam ſocius, in cap. re-
pellatur ſuper prima gloſſ. [*& ibi, cum patronus*] Si pro-
bat patronus libertum cum inimicis ſuis conſpiraſſe
damnatur in metallum (*Et ibi. l. 4. §. 1.*) non cogitur ac
cuſans legationẽ recipere ad accuſatũ, uel ipſius ami-
cum, uel domeſticũ ¶ *In gl. 3. ibi, popularis*] ſequit. actio
integræ ꝑſonæ permittitur. hoc eſt cui per edictũ po-
ſtulare licet. ¶ *In 5. gloſſ. ibi. §. inimicitiæ*] inimici capita-
les excuſantur à tutela, uel cura [*& ibi, licet*) non co-
gitur arbiter ſententiam dicere, ſi inter eum & alte-

rum de ligatoribus, uel utrumque ſuperuenit inimi
cia capitalis (& ibi. §. amicos] hanc & ſe. uide ut lit. nõ
conteſtata. accedens, ſuper 5. glo. (Et ibi. l. ulti.) ponit
caſum decreta, ſupra proxi. allegatæ (& ibi, propter li-
tem) uide de reſt. ſpolia. frequens. §. 1. in 1. glo. ¶ In gl.
pe. ibi. §. 1.) ſi is, qui ab inteſtato non ueniebat, egit de
inofficioſo, & de facto obtinuit, uictoria ſibi non ꝓ-
deſt, ſed aliis ab inteſtato uenientibus. ¶ In gl. ult. in fi.)
in leuibus iudices ſint proni ad lenitatẽ. In grauibus
ad ſeueritatem, ſed cum temperamento benigni-
12 tatis. ¶ In† gloſſ. 1. ibi, legitur) ſolue, ut dixi in c. repel-
lantur[& in fi.]ad idem ſupra de præſump. ex ſtudijs,
Hoſt. ¶ In glo. 2. ibi. criminali) criminaliter mota. ſed ſi ci
uiliter, bene admitterentur. unde admittiť frater pro
fratre ſm Naſo. cum edictum de teſtibus ſit prohibi-
torium. ff. de teſti. l. 1. ſupra de præſump. literas. hic er-
go repelluntur non quia conſanguinei, ſed quia ini-
mici, & inimicis cohabitantes. s̃. c. repellantur, ut lit.
nõ cõte. accedẽs. 2. Abb. ¶ In gl. ſed nunquid, ibi, quiſquis)
ex ſuperſcriptione probatur, Ab. (& ibi, integer ſtatus)
i. tales, quibus permittitur poſtulare (& ibi, Io. dixit] cu
ius fuit hæc gl. præter opi. Ber. & idẽ Gof. dic, ꝙ opi-
nio Io. uera in denunciatione euangelica. opi. Ber.
uera in canonica, uel iudiciali. hoc ẽt placere uideť
ſpeculatori, de denunciatio. §. 2. uer. ut aũt, ubi mate-
c ria denũciationis plenè tractatur[c] (Et ibi, irregularis) ſu-
13 ple, ẽt admittitur, ſm Io. ¶ In† glo patet hic, ibi, per tuas 1.)
ubi de hoc[& ibi, bonis eius] omnibus, uel maiori
parte. ad hoc infra de reſti. ſpo. frequens, lib. 6. & per
hoc ſit ſolutum ɔ̃riũ de præ. dec. Item cũ quis[& ibi,
arbitrio] idem Hoſt. ſm quem multa alia committũ-
tur iudicis arbitrio. remit. ſupra eo. ti. ſuper his[& in
fi.] idem notauit. 3. q. 5. c. 2. dixit. T. ꝙ oĩs capitalis ini-
micus repellitur à teſtimonio in omni cauſa, infra
ti. 2. licet & c. ſe. & ſupra de re iudi. cũ I. & A. aliæ verò
inimicitiæ non omnino repellunt, ſed fidẽ minuũt.
C. de teſti. auc. ſi dicatur, qualiter & quantũ, arbitrio
iudicis reſeruetur. T. dicebat Goff. infra ti. 2. per tuas,
1. quòd leues inimicitiæ repellunt iudicem, qui faci-
le recuſatur, facit quod no. ut lit. nõ conte. c. 2. in gl.
hoc eſt. alii aũt officiales, uel teſtes non, licet in teſti-
bus fidem minuant, ut prædixi. de hoc in ſpec. de te-
ſte. §. 1. in prin. ¶ In glo. ex hoc ibi, non enim refert] interdũ
14 †refert, infra de hære. c. 2. §. 3. li. 6. [& ibi, Io. melius] idẽ
Inn. Gof. Phi. Eg. Tamen, licet ipſe Goff. teneat, quòd
hic proceditur auctoritate ſecundarum, dixit hoc
eo reſpectu, ꝙ falſum fuerat ſuggeſtum, ſ. de infamia
epiſcopi, quo tacito literas non habuiſſet: ſed quãtũ
ad caſum gl. tenet opi. Tan. de hoc in ſpe. de inquiſi-
tio. §. 1. uer. quod ſi impetrator[& in fi.] adde qđ no.
de reſc. c. 1. li. 6. ĩ gl. q d ſi. & ẽ ſimilis diſputatio, q̃ no.
de don. inter uirum & vx. c. 3. de iudi. quia. V. de reſc.
15 ex tenore. Et ſcias, ꝙ† Inn. hic tenuit, ꝙ ſi in impetran
dis literis inquiſitionis inimici miniſteriũ tm̃ ꝓbue-
runt, quod dixit poſſe perpendi ex eo, ꝙ ipſorũ noĩa
non ſunt in literis expreſſa, ſed dŕ, ad audientiã nr̃am
peruenit, uel quorundã relatione intelleximus, uel
huic ſiĩe, procedet inquiſitio officio iudicis, q̃uis im-
petrãtes repellanť. idem dixit de impetrantib. excõi-
catis, qui tm̃ ſm modũ ꝓdictũ miniſteriũ ꝓbuerunt.
fortius ergo ꝓcederet repulſo eo, q deputauerat mi
niſtrũ inqſitionis, ut dixi poſt eũ de iudi. exhibita, in
gl. & male. Si uerò inimicorũ noĩa impetrantiũ inq-
ſitionem in literis ſunt expreſſa, tũc nõ ꝓcedit inqſi-
tor, nec ualent lr̃æ, de procur. c. fi. niſi papa mandaſ-
ſet inqri de fama, ut hic fuit: qa tunc ipſa probata ꝑ
idoneos & non inimicos, q̃uis inimici repellanť, ꝓ-
cedit inqſitio, ut hic. unde & recitant Pe. & Abb. Na-
ſo, ſic dixiſſe, ꝙ ubi in literis aliqua perſona exprimi-
tur, illa repulſa nõ admittať alius per lr̃am, de reſcri.
ſuper literis, de offi. deleg. P. & G. Vbi nullus exprimi
tur; ſecus, ut hic in fi. Sed obſt. prin. c. vbi certi fuerũt
expreſſi. ſed hoc ex ui ſecundi mãdati. Dicit tñ Abb.
ꝙ huic ſo. ob. j. c. olim, ubi unicũ fuit mandatũ, & tñ
ex officio iudicis alii admittuntur. imò adiiciuntur
f ad proſequdam[f] inquiſitionem, uel denunciatio-
nem. uide quod ibi dicam in glo. collige.

ANNOTATIONES.

a ¶Malam. Si primò unum præſupponit una fama, & demũ alia cõtra, ſtatur ultimæ. uide. l. ſi noſtræ, & ibi Bal. C. ne de ſta. defun.
b ¶Cocor. Facit, quod no. Io. And. in c. fin. de conſue. in ſumma in tertio membro, & uide. D. Bar. de Sali. in repeti. l. de quibus. ff. de legi. in 6. & 7. q.
c ¶Interrogarentur. Facit quod no. Io. And. ſupra c. qualiter, in gl. bene dicit, & uide Bar. in l. de minore, ff. de quæſtio.
d ¶Apoſtolica. facit quod no. Bar. in l. de minore, ff. de quæſtion. uer. quæro ſecundò.
e ¶Tractatur de hoc uide in c. in omni. ſupra de teſti. de iudiciis. nouit, in gl. fi. & uide. infra. c. proxi.
f ¶Proſequendam, uide ad materiam Bar. in l. libellorum, ff. de accuſa. §. fi. & in l. pe. in prin. de publi. & iudi.

SVMMARIVM.

1 *A denuntiatione qui repellantur, & nu. 2.*
2 *Fieri poteſt per procuratorem.*
*Reſcriptum an ualeat, tempus datæ inſpicitur.*
*Literæ ab excommunicato impetratæ quando ualeant.*
3 *Cum diſiunctiuè fuerit ſcriptum, ſufficit alterum probari.*
*Dicere non ſufficit, niſi probetur.*
4 *Prohibitus in quibuſdam iudex cætera promiſſa uidentur, excipiũtur caſus.*
*Grauare indebitè quomodo hic intelligatur.*
5 *Pendente lite iudex debet partes defendere, & innouata caſſare.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT XX.

1 Cum dilectus. A† denunciatione repellitur publicus concubinarius, excõmunicatus, conſpirator, & is qui non præmonuit. Et
inſtruit iudices ſuper declinatoriis, & eis deficienti-
bus ſuper principali. ſecundò inhibitionem fieri mã-
dat ibi, Eidem [Prædictos] in deciſa, & clerici erant, ut
2 patet, infra [Nomine] forte† denunciabant per procu-
ratorem, quod eſſe poteſt, ſupra eo. ſuper his, in fin.
Hoſtien. [Tunc] ſ. tempore datæ reſcrip. quæ conſide-
ratur, cum quæritur, an reſcriptũ ualeat, nec ne, ſu-
pra de reſcrip. eam te [Excommunicatus] ar. quòd non
ualeat litera ab excommunicato impetrata: quod li-
cet in denunciante ſit uerũ, poſſet tamen ualere im-
petrata ab inquiſitionem promouente, de hoc, ſu-
pra c. proxi. ſecundum Hoſtien. Item arg. quòd uilis
non excommunicatus admittitur ad denunciandũ
de cog. ſpi. tua, ubi de hoc, de teſti. in omni. Sed poſ-
ſet reſponderi, quòd ſic fuit allegatum, & quòd con
iunguntur duo, quorum alterum per ſe ſufficeret,
ſ. excommunicatio, & publica fornicatio. & ſit ra-
tio, quam ponit gloſſ. [Promulgata] de ſentẽ. excom.
ſi concubinę [Non fuiſſe] tunc ut præmiſit. & eſt hoc
ſecundum quod denunciatorem repellit [Conſpiraſſe]
tunc uel nunc, nam licet reſcriptum ualeret, tamen
tales non admitterentur, per iura, quæ alle. gloſſ. [Re-
3 pellatis] cum† diſiunctiuè fuerit ſcriptum, ſufficiet
alterum probari, ſupra de reſcrip. inter [Alioquin] id
eſt ſi nullum prædictorum trium probatum fuerit:
quia non ſufficit dicere, niſi probetur, de conceſ. præ
4 ben. cum ſuper [Super† his] ſuper aliis ergo põt. ff. apud
eũ à quo, l. una, infra de app. Romana. §. cũ uero, li. 6.
niſi recuſeť, de app. accepta, & c. ad hoc ſi, ſm Hoſti.
(Indebitè grauare] i. cõ. ipſos procedere, quod eſſet inde-
bitè grauare ſm Hoſt. ſm quẽ ſequereť aliàs, ꝙ finita
cauſa



cã poſſet illos grauare indebitè. & eſt ſi. de ſimo. que
relã, in fi. Et poſuit hic ipſe Hoſt. magnam gl. per quã
recitabat, & corroborabat decre. Alex. hodie repro-
batam per decre. quãuis, de elec. li. 6. q̃ quõ inciperet,
& ubi ĩtitularetur, uide qđ ibi dixi in gl. 2. (Donec) no.
5 ꝙ† iudex lite pendente defendere debet partes, de de-
ſpon. impu. ad diſſoluendũ, & caſſare ẽt innouata. s̃.
de conſti. cũ M. ſm Naſo. [Prædicta) non ſolũ appella
t onis, ſed principalis, Ho. [Formam] aliàs proceſſus ir-
6 ritus. de reſc. cũ dilecta. ¶† Prima gl. obiicit, & rñdet.
¶ In gl. 1. ibi, reſpondeo] ſm Io. & Vin. (& ibi. §. uerum) qđ
dic ut ſupra de coha. cleri. ueſtra, & c. fi.

SVMMARIVM.

1 *Crimen per inquiſitionem probatũ ut puniatur, & num. 2. 12. & de quo quis non puniatur.*
*Inquiri non debet contra non infamatum, & nu. 5. 13. 16. 17.*
*Teſti non creditur, ſi iuratus deponat ſe inimicum eius, contra quem inquiritur. an id ſit omnino uerum, nu. 7. & nu. 15.*
*Purgatio quando indicatur, nu. 8. & 17.*
*Non infamant dicta paucorum, uide num. 16. quando id procedat, & 17.*
2 *Depoſitionem quæ crimina poſtulent, & nu. 8. quando pro degradatione ponatur, ibid.*
*Exempla non reſtringunt regulam, & quot ſufficiant.*
*Per denuntiationem euangelicam inquibus quis teneatur reſtituere, quando non poſſit dici denuntiatio, nu. 5*
*Beneficij retentionem quod crimen impediat.*
*Eius nomine etiam præbenda comprehenditur hic.*
*Inter canonicos numerantur etiam perſonæ.*
4 *In pœnarum moderationem quæ attendẽda, & quando ſit ei locus.*
*Non accuſatus non eſt directè puniendus.*
5 *Teſtes deponentes ſuper ueritate, cum ſuper infamia deponere debuiſſent, quid faciat, & nu. 13.*
6 *De in ſchedulis porrectis ſuper alicuius crimine contentis quando ſit procedendum.*
7 *Mendax hic à teſtimonio non repellitur, in fi.*
8 *A teſte de quibus quærẽdũ, & nu. 14. potiſſimũ in cã inquiſitionis.*
*Duntaxat dictio excluſiua.*
*Ex teſtium dictis quando quis deponatur, quando purgatio indicatur in fi.*
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 10.*
*Teſtis debet iudicis intrare ſecretum.*
*A propoſito quod eſt alienum reijciendum, uer. non debet.*
11 *Additio gloßarum. & num. ſeq.*
*Ordinis executio poſt peractam pœnitentiam in quibus non impediatur.*
*Denuncians uel inquiſitionem proſequens an & quando debet obligare ſe ad pœnam talionis. §. 1.*
*Procurator an poſſit interuenire in denuntiatione, & inquiſitione, de quibus hic agitur, cir. fi.*
*Monitio an habeat locum in denuntiatione, cum proceditur in accuſatione, ibid. ad dict. retento.*
12 *Moderari continet diminutionem, non augmentum.*
*Diſpenſatio iudicis hic quædam notatur.*
12 *De fama quando quærendum non ſit. quot eam probent, num. 16. & qui præferantur num. 17. ubi quando recipiendi teſtes. ſuper bona fama, quando habeat locum etiam fama uicinarũ parochiarum, ibid. in fi.*
*Inimicus non omnis repellitur.*
17 *Boni & graues qui dicantur. in fi.*

CAPVT XXI.

1 Inquiſitionis. Caſus. Si† crimẽ per inquiſitionẽ probatũ impedit ẽt poſt pęnitentiã ordinis executionem, uel beneficii retentionem, punitur, ſicut in accuſationis iudicio, alias pœ-
na erit arbitraria. Secundò ɔ̃ nõ infamatũ ſu ꝑ verita-
te criminũ inquiri non debet, ẽt ſi libellus infamato-
rius in occulto porrigitur: nec ſu ꝑ principali crediť
teſti qui iuratus deponit ſe illius, ɔ̃ quẽ inquiriť, ini-
micũ. Nec punitur quis de crimine, de quo non cõ-
ſtat niſi per famam, & teſtium credulitatem: indici-
tur tñ illi purgatio: nec dicta paucorũ infamant. ſecũ
da ibi, tertię, tertia ibi, Quęſiuiſti. Subdiuiſiones ẽt pa
tent. Quia prima pars ſoluit unã qõnẽ. ſecunda tres
tertia duas. & dicebat Ho. ꝙ hæc dec. dirigebatur epi
ſcopo Geb. poſtea Ebredun. ut patet de teſti. præſen-
tata, & coniudici, ſed primã non habemus, Hoſ. erat
prima de nominibus, & dictis teſtiũ, an eſſet traden-
da, & an exceptiones ɔ̃ eos eſſent admittẽdæ. deciſa,
quia ſoluitur. j. c. qualiter. §. debet. Io. And. [Accuſatũ)
2 †uel publicè deprehẽſum, ſicut eſt furtum, periuriũ,
homicidium. s̃. de iu. cũ non ab hoĩe (Executionem) de
hoc ponit duo exempla. nõ per id excludens, ſed po-
tius includẽs caſus ſimiles ſm Ho. & dicã ſuper 1. gl.
Nec mirũ ſi duo exempla ſufficiunt, cũ & uno con-
tentus ſit Vlpianus. ff. ad l. Aquil. ita uulneratus, ante
fi. & Marcellus uno, argu. ff. de falſis, ſiquis obrepſe-
rit. & Inno. uno, de ſenten. ex. in audientia, ſecundum
3 Hoſtien. [Retentionem] dicit† Gof. ſupra c. 2. quòd idem
eſt in re furtiua, uel uiolenta 14. q. 6. ſi res, uel habita
per dolum, uel fraudem. 3. q. 1. reintegrãda, uel aliàs
uicioſa, de elec. dudum. ſ. ꝙ licet agatur in his per de-
nunciationem euangelicam, tamen cogitur quis re-
ſtituere, cum non poſſit aliter pœnitere (Homicidium)
ergo homicida non poteſt retinere beneficium, ſal-
tem cui annexum eſt officium ordinis, ẽt poſt pęni-
tentiam. l. di. miror. infra de pęnis, in quibuſdã. Et ſit
ratio: quia qui non poteſt exercere officium, non
do uult probare eum, de quo dicitur, in cõtractu, uel
in inſtrumento, uel teſtamento alibi eo tempore fuiſ-
ſe, C. de contrahen. ſtipu. optimam, ſupra de teſt. ex te
nore, ſeries, & ſicut eſt in eo, qui debet ꝓbare ſe tem-
pore deiectionis poſſediſſe, ff. de ui & ui ar. l. 1. §. inter-
dictum. Et idem, quod hic dicunt, intelligitur, etiam
ſi quis uult probare iuriſdict. & per aliquos probat ſe
exercuiſſe iuriſd. in loco, de quo agitur, licet in cauſis
diſcrepent, & in loco, & in tempore, & perſonis, non
nocet, uer. gra. quæritur à teſte, quomodo ſcis, ꝙ iuriſ-

dictionem exercuit, & unus teſtis reſpõdet: quia uidi
eũ ſuſpendere Io. die Lunæ. alius dicit, quia uidit exo
culari Pet. die Martis, & alius, quia uidi, quòd cogno-
uit de cauſa die Mercurii, & ſic de aliis. Et idem dicũt,
quando petuntur decimę. & unus dicit ſe uidiſſe, quã
do collegit granum; alius dicit ordeum. & idem di-
cunt in præſcriptione, & in omnibus ſimilibus. Et idẽ
attende in contractibus: quia ſi teſtes diſcordãt de lo-
co, & tempore, & initio contractus, non ualent: quia
de ſubſtantia ſunt contractus & ei communicatiua,
infra de ſenten. & re. iu. Abbate. in fi. lib. 6. licet diſcor-
darent in cauſis, uel circunſtantiis, puta quia unus te-
ſtis dicit, Ego ſcio, quòd talis eſt in poſſeſsione iuriſ-
di. quia uidi, quando fecit talem iuſtitiam. & alius di-
cit de alio die, & de alia perſona, iuſtificata bene pro-
bant: quia reddit uterque bonam cauſam ſui teſtimo
nii. Sed alii contradicunt, aſſerentes, ꝙ ubicunque te-
netur aliquis aliquid probare, niſi teſtes de loco, tem
pore, perſonis, & omnibus aliis concordent, non ha-
bentur pro pluribus teſtibus. 3. quæſt. 9. nihilominus,
ubi de hoc, & omnes ſunt in ſuis teſtimoniis ſingula-
res, ſupra de electio. cum dilecti. unde dicunt, quòd te
ſtes ii deberent concordare, cum dicunt, Tali die au-
diuimus talem rumorem, uel infamiam in tali loco,
& à talibus. Sed licet dixerimus eos debere concorda
re, ſi aliquid dicant, non tamen tenenť ſemper de præ
dictis certum quid reſpondere. Si enim in præſenti
caſu quæritur, quando audiſti, ſi habeat in memoriã,
reſpondeat. & ſi non habeat, dicat, non recordor. &
tamen nihilominus ualet teſtimonium. nunquam e-
nim inuenitur, quòd diem, uel horam dicere debeat.
imò arg. contra. 2. quæſt. 8. libellorum, niſi dies eſſet
de ſubſtantia probationis, ut quando quis agit inter-
terdicto, Vnde ui, oportet, quòd probet eo die ſe poſ-
ſediſſe, quo fuit ſpoliatus, ff. de ui & ui arm. l. 1. §. inter-
dictum autem. Idem dicimus de loco, ſupra de teſti.
ex tenore. Et de perſonis, ut in matrimonio, ubi neceſ
ſe eſt perſonas graues eſſe, debet eos exprimere, ſupra
de teſti. licet. & ſic dicimus & de aliis circunſtantiis. &
notandum, quòd expreſsius & melius teneretur re-
cordari de loco, & perſona, quàm de tempore: quia
melius memoriæ renetur. Tempus enim facile rece-
dit ſeptima quæſtione ſecunda, capitulo finali. Item
in præſenti caſu, & etiam in aliis ſi plura audiuit, &
pluribus locis, & à pluribus perſonis, & de quibuſ-
dam recordatur, de quibuſdam non, debet teſtis di-
cere, Ego audiui hoc in tali loco, & in quibuſdam
aliis, & a tali perſona, & a quibuſdam aliis, & tali tem-
pore, & etiam aliis temporibus, & ſic per adiectio-
nem generalem præſumet eum iudex cum aliis te-
ſtibus concor. argumento, ſupra de teſtib. cum tu.
In præſenti autem caſu quidam non improbabiliter
dicunt, quòd etiam nullis perſonis expreſsis, ſi tamen
teſtes tantum dicant, rumor, & infamia eſt per vici-
niam, quòd ſufficiat. reſeruatur enim parti alteri, ut
ex ipſa probet, quòd apud uiles eſt hic infamia, uel
quia à uilibus orta eſt. quo facto non procedet inqui
ſitio, ar. 9. q. 3. c. 3. & hic non dicit, quòd debeat hoc di
cere, ſed dicit, quòd ſuperior non debet procedere
ad inquiſitionem, niſi per bonos & graues ad eum
peruenerit non in teſtes ut in forma iudicii produ-
ctos, ſed tanquam uolentes conſulere ſtatui eccleſiæ.
Si autem ea, in quibus diſcrepant, ſint talia, quæ non
ſunt de ſubſtantia probationis, non minus tanquam
plurium ualet teſtimoniũ eorum, cum id, quod pro-
batur, & in quo concordant, ſufficiat ad uictoriam
cauſæ ſecundum Innocen. cuius eſt gloſſ. quam non
poſuit Hoſtiẽ. [*Sæpe*] hoc arbitrio ſuperioris commit-
titur ſm G. in ſpe. de inquiſi. §. 1. poſt prin. [*Debet*] ſu-
12 perior, de quo præmiſit, ſupplet Ho. ex infamia † quo
ſibi



ſibi conſtat, & non prius, aliàs peruerteret inquiſitio
nis ordinem quo ad tempus. nec ex tali proceſſu poſ
ſet ſententia ferri; all. integram dec. qualiter, ſupra eo.
[*Senioribus*] ſicut ſunt hi de capitulo, ſine quibus ad ta-
lia non procedit prælatus, niſi aliud habeat conſuetu
do; quod dic, ut infra de conſue. c. 3. li. 6. dicebat Goff.
quòd quando prælatus inferior epiſcopo à cano. ec-
cleſiæ catedralis eſſet infamatus epiſcopus adiunget
can. alios prælatos. 18. q. 2. ſi quis Abbas [*Diligentius*] i.
diligenter, ut ſcilicet neceſſaria interrogatoria faciat,
& maxime à parte tradita, ſupra de teſti. cum cauſam
& c. per tuas. Hoſtien. infra eo. titu. præſentium, lib. 6.
[*Qualitas*] leuis enim culpa &c. ſupra eo. cum dilecti
[*Canonica*] ut priuetur adminiſtratione, ſi illam habet;
ut ſequitur: aliàs ſpiritualiter, uel temporaliter punia
tur, ſupra eo. inquiſitionis, in fi. 1. reſp. cum ſi. [*Delin-*
13 *quentis*] 15. q. 7. ſi quid [*Non tanquam*] reſpondet † obie-
ctioni, quæ fieri poſſet de canone 4. q. 4. c. 1. & de uer.
ſi. forus [*Actor*] contra. 2. q. 1. primo. ſupple, ubi iudex
prius probat. ſecundò pronunciat: ſed ibi probare po
nitur pro examinare [*Deferente*] quaſi dicat famam ha
beri loco accuſatoris, uel denunciatoris [*Hoc*] ſcilicet
ne procedat, niſi deferente fama [*Signum*] Tren. 3. [*Ad*
14 *ſagittam*] dicit † Hoſtien. quòd terminus ad ſagittam
poſitus nimis celeriter ipſum percuſsit: ſed percutien
do vulneratus manſit, & eget medicamine. & in hoc
remittit. infra de ſen. ex. ſacro [*Ex officio*] puro & mero
interdum, ut ſupra dixi ſecundum Hoſtien. [*Arguere*]
i. reprehendere [*Increpare*] i. comminari [*Suſpendere*] no.
15 † ordinem correctionis, & de hoc, ſupra de iud. cum
non ab homine [*Ligare*] nemo enim rectè monitoris
perſonam ſuſcipit &c. 81. diſti. nemo [*Incurrunt*] unde
Apo. ad Gal. 1. Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus
non eſſem. 47. diſt. c. ult. in fi. & ad Gala. 4. Ego inimi-
cus uobis factus ſum, uerum uobis dicens, & pſalm.
Diſsipat deus oſſa eorum, qui hominibus placent. &
Terentius. obſequium amicos, ueritas odium pa-
rit: quomodo pulchrè reprobat Hiero. hoc dictum,
uide in Hie. ſuper Gal. li. 2. concludens, quòd ueritate
dempta non eſt obſequium. ipſe Hiero. ad Marc. 2. B.
ita ſe habet natura, ut amara ſit ueritas, blanda uicia
16 reputentur. & non præſumi † accuſationem prælato-
rum fieri ex odio. de hoc. 95. d. diaconi, in gloſſ. nam
epiſcopi [*Statuerunt*] 6. q. 1. beatus, & c. ſacerdotes, & c.
oues, & quaſi per totum. Hoſtiẽ. [*Aedificium*] ideſt ec-
cleſia ſaltem ex parte. nam ex toto non poteſt corrue
re, cum ſit ædificata ſuper firmam petram 24. q. 1. non
17 turbatur, & c. loquitur. Hoſti. [*Malignæ*] unde ſine † in-
ſcriptione non auditur accuſator, & ſine ordine non
fit inquiſitio [*Criminarentur*] ideſt de crimine deferen-
tur [*Medicinam*] medicina contra falſam uel malicio-
ſam accuſationem eſt inſcriptio. Contra inſolenter de
linquentes eſt inquiſitio (*Diminutionem capitis*) 2. q. 7. §.
quia ergo. Dicit Innoc. quando agitur ciuiliter, non
agitur niſi ratione ſpecialis intereſſe; quod patet: quia
actio eſt ius perſequendi in iudicio &c. inſtitutio. de
actio. in prin. ſiue agatur de crimine, puta furti, uel
conſimili, ſiue de pecuniaria cauſa, puta act. ex empt.
uel depoſiti, uel conſimilibus, niſi in popularibus
act. ubi agitur ciuiliter, & tamen ſpeciale intereſſe nõ
ſequitur, vt in tit. de po. ac. per totum. tamen poteſt di-
ci, quòd in populari act. ſpeciale intereſſe proſequi-
tur uniuerſitatis, cuius nomine agitur. Quando autẽ
criminaliter agitur, nullum proprium intereſſe pro-
ſequitur, ſed tantum pœnã imponi accuſato ſiue uin-
e dictam, uel ultionem. C. qui ac. poſ. non ignorabat,[e]
& l. ſi quis. nec intereſt an pœna, quæ imponitur, ſit in
corpore, uel dignitate, uel fama, ut in præal. l. ſi quis,
uel etiam in ablatione bonorum. ff. de ui pri. l. 1. argu.
contra, quòd etiam in criminali accuſatione ſuum ẽt

intereſſe conſequi poſsit, auct. ut nul. iu. §. ſuper hoc,
autem, ut iudi. ſine quoquo ſuf. §. neceſsitatem. unde
iudicibus male ſe habentibus imponitur pœna exilii
quæ non imponeretur niſi criminaliter ageretur; &
etiam pecuniaria. dicitur enim ibi, quòd damnum læ
ſi reſarciat: ſed poteſt reſpõderi, quòd ibi agebatur in-
quirendo, & in inquiſitione bene ad utrunque con-
demnari licet, argum. ſupra de elect. per inquiſitionẽ
uel dic, quòd ad ambo prædicta non fiet condemna-
tio per inquiſitionem criminaliter, vel ac. ciuilem. ſed
poterit ſeparatim contra tales agi utroque modo, &
criminaliter, & poſtea ciuiliter, uel è conuerſo. C. qua
do ci. ac. præ. cri. l. 2. & ſic poteſt reſponderi ſecundum
Innoc. ad multas. l. quæ in cauſa criminali pecuniam
dandam læſo dicunt. C. ad l. Iul. rep. l. ulti. & ff. de ſep.
f uiol. l. 2. §. quod de ſe. & §. ſe. nam ibi ciuiliter agebat[f]
Bene fatemur tamen, quòd etiam criminaliter agen-
do poſtea pecuniaria infligitur fiſco applicanda. ff. de
præua. l. 3. §. ulti. nam ita eſt uindicta in pecunia, & for
g tuna, ſicut in corpore, uel fama.[g] ¶ Et ſunt † ſecundũ
18 l. ciuiles, 7. genera pœnarum, ut dicit Inno. quarum 3.
ſunt capitales, & de quibus Hoſti. remittit ad ſum. de
pœnis. §. quot ſint, & §. in quibus, & §. quando. Pri-
ma eſt mors corporis, quæ multis modis infertur, ff.
de pœnis, aut damna. §. uita, & l. ſupplicij, & l. capita-
lium. §. idem princeps, & §. famoſos. Secunda pœna
eſt morti proxima, ſcilicet pœna metalli. & no. quòd
quidam damnantur in metallum, & hi grauioribus
uinculis præmuntur, alij in opus metalli, & hi leuio-
ribus; ſed ambo hi & libertatem, & ciuitatem amit-
tunt. Alij autem damnantur in miniſterium metallo
rum, ideſt ut ſeruiant dãnatis in metallum, & hi non
libertatem, ſed ciuitatem tantum amittunt, ſi ad tem-
pus damnantur. Si autem in perpetuum, ſcilicet dam
nantur, utrunque amittunt. ff. de poe. aut damna. §. eſt
pœna, & §. ſe. Tertia pœna capitalis eſt deportatio, &
in opus publicum damnatio, ſed non in metallum; &
ii non libertatem, ſed ciuitatem tantum amittunt. ff.
de pœnis, quidam. Non capitales autem ſunt 4. prima
eſt relegatio ad tempus, uel in perpetuum: hi bona nõ
amittũt. ſecunda eſt infamia: tertia eſt dignitatis amiſ
ſio, uel ad dignitatem, uel ad officium ſeu forum in-
terdicta aſpiratio. quarta uerberum experimentum,
ff. de pęnis, ſi quis forte, §. ult. & l. aut damna, & de in-
ter. & rele. l. ad tempus. ſecundũ canones autem nun-
quàm imponiť pœna corporalis mortis, ſupra nę cle.
uel mo. ſententiam. li. d. c. 1. & 2. Sed eſt quædam, quæ
quaſi ſimilis ei habetur, ſcilicet quia relinquitur ſecu
lari iudici puniendus, infra de cri. fal. ad falſã. ſupra de
iudi. cum non 30. q. 1. illum. Secunda autem pœna dã
nationis in metallum non inuenitur ſæpe in canoni-
bus impoſita: ſed ſi imponeretur, non retractaretur,
infra de calum. c. 1. Sed ei æquiparari poteſt pęna car-
ceris, quam pro grauiſsimis criminibus eccleſia im-
ponit, infra de hære. c. 1. & quòd quis redigatur in ſer-
uitutem 32. d. eos. uel tradatur curiæ ſeruiturus 12. q.
1. ſtatuimus. uel quod uendantur 81. diſt. quidam cle-
rici. Item quod dicimus de ſecunda, dicimus de tertia
& hoc de capitalibus ſecundum canones. de non ca-
pitalibus autem prima ſecundum canones, ſcilicet re
legatio, nõ eſt in uſu: ſed ei ſuccedit detruſio in mon.
de qua habes l. di. ſi epiſcopus autem 81. di. Romanus
Alia autem habet locum ſecundum canones, ſcilicet
depoſitio, uel degradatio, ut hic 11. q. 3. epiſcopus au-
tem. & interdicitur, quòd ad nullam dignitatem aſſu
mantur, ſed in habita remaneant, ſupra de ſi. preſ. §. fi.
de elect. ſuper eo. uel quòd in certa eccleſia ordinen-
tur 2. q. 1. in primis, & quòd ad ſuperiores non aſcen-
dant, ſupra de temp. ord. ex tenore. Item ſuſpenſio ad
tempus, uel in perpetuum. Itẽ ab officio, & beneficio
&

& ab ingreſſu eccleſiæ & multæ aliæ pœnæ conſimi-
les ſunt ſecundum eccleſiam. Alia autem. ſ. infamia
locũ habet ſecundum canones, ut quicunque ſecun-
dum. l. eſt infamis, & ſecundum can. 2. q. 3. §. hic colli-
gitur, & 6. q. 1. infames. ſecundum canones etiam ali-
qui ſunt infames infamia canonica, ut no. ſupra de te
ſti. teſtimonium. Item alia pęna. ſ. uerbum, ſecundum
canones locum habet. 32. di. c. ulti. 45. di. cum beatus.
19 & no. quod † tres primæ pœnæ capitales: item non ca
pitales, & degradatio nunquam imponuntur, niſi qs
directè accuſatus conuictus fuerit, infra de ſi. dile-
ctus. 2. item ad prædictas pœnas præterquam ad de-
poſitionem proceditur contra abſentem & contu-
macẽ: ſed ad depoſitionem, & alias pœnas, quæ ſunt
uſque ad relegationem, non proceditur cõtra abſen-
tem. ff. de pę. abſentem. 3. q. 9. decernimus. non nega-
mus tamen, quòd ſi aliquis crimen cõfiteretur in iu-
dicio, quod etiam ſine prædicto & directo proceſſu
ſtatim quantuncunque grauior pęna imponi poſſet
ff. ad l. A qui. proinde, ſupra de confeſ. c. 2. & 2. q. 1. & 2.
idem dicimus, & ſi non confiteatur, ſed notorium ſit
iuris, ut ſi accuſauerit dominum ſuum coram iudice
C. qui. ac. non poſ. ſi quis ex. aliæ autem pęnæ impo-
nuntur, etiam & ſi in modum inquiſitionis agatur,
infra de ſi. dilectus. 2. in auct. ut nulli iu. §. ſuper hoc.
Infamia autem quãdoque in ciuilibus ac. irrogatur.
ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. pe. & fi. aliqua etiam ex
prædictis pœnis imponuntur in foro pęnitentiali. l.
d. ſi ille. Et aliquando ante li. conte. ad puniendã con
tumaciam, ſupra de of. dele. c. ſanè, & ſupra ut lit. non
20 cont. tuæ, quoniam. Item no. quòd † iudex aliquãdo
in ſententia imponit pœnam, ſ. dicendo depono, uel
in monaſterium detrudo, uel in exilium mitto. Ali-
quando autem pęnam non exprimit, ſed tamen con
demnat de crimine, puta, cõdemno te de adulterio,
& tunc non eſt iudicis, qui ſententiam tulit, pęnam
moderari: ſed pœna in lege expreſſa infligetur. 2. q.
3. §. notandum, licet ante moderari potuiſſet. 45. d.
omnis qui. & ſi non eſt in crimine, pro quo condẽna
tur, certa pœna inflicta, de ſimilibus ad ſimilia proce
21 det: uel minima pœna imponetur. Item no. ꝙ † ſenten
tia lata ſtatim ſortitur quoſdam effectus. uer. gra. ſi ſit
talis pœna impoſita, quæ libertatem aufert, ulterius
eius teſtamentum non ualet, neque aliquid ex teſta-
mento capiet. ff. de le. 3. l. 1. §. à præfecto. ff. de pœnis,
qui ultro, & l. ad beſtias. ſed nõ idẽ dicimus in his, quę
ratione officii facit, puta ſi ſit prælatus, & ſententiam
ferat, tenebit, quamdiu toleratur. 8. q. 4. nonne. nam
ſi contrarium diceretur. abſurditas ſequeretur. nã cõ
demnatus mandati, uel depoſiti, eſt infamis. ff. de his
qui no. infa. l. furti. §. pe. & ul. nunquid dicimus etiam
ſententias ulterius non ualere propter hoc. 3. q. 7. c. 1:
abſit. Omnia enim tolerãtur propter officium, quod
adminiſtrat. 19. di. ſecundum. ff. de off. præ. Barbarius,
niſi eſſet in eum lata ſententia depoſitionis, uel expo
liatus eſſet inſignibus dignitatis. tunc enim ſententia
a tali lata non tenet. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. igitur
ff. de iud. cum prætor. nec poteſt dici, quòd toleretur,
h ſed intruſus[h] dicitur. Credimus tamen, quòd ex quo
ſententia de aliquo crimine lata eſt contra aliquem,
ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, quòd epiſco-
pus, uel prælatus ſuus poteſt ipſum ſpoliare benefi-
ciis, quæ ſub eo habet. 2. q. 1. multi. Tamen eum debet
uocare, & ſententiam contra eum ferre, ſi inuenitur:
& ſi non inuenitur, eodem modo damnabit eum:
quia notorium eſt crimen per ſententiam, ut no. ſu-
i pra de co. cle. tua.[i] nec ob ſupra. e. ſuper his. ubi dici-
tur, quòd non poteſt priuari aliis beneficiis, cum cri-
men in modum exceptionis probatur: ſed uerum eſt
quod ibi dicitur, quòd iudex, qui cognoſcit in modũ
exceptionis, non poteſt ſuper alio iudicare, infra de
ſimo. licet. Sed hic iudex, de quo dixi, cognoſcet in
modum accuſationis, uel inquiſitionis, ubi bene ſe-
quitur pœna ablationis: & ſententia nõ inducitur ad
probandum, ꝙ per eam dicatur priuatus, ſed induci-
tur ad probationem criminis, ſ. quòd ſit notorium,
ſicut & per eãdem ſententiam de crimine latam pro-
baretur infamis, & repelleretur a teſtimonio, uel or-
dinibus, ſupra de teſti. teſtimonium. Clerici autem,
quorum eſt electio, nullum ſua auctoritate eligent,
niſi prius per ſuperiorem eis licentia detur, uel per
ſententiam amoueatur hoc modo, ſcilicet depono
talem prælatum, uel clericum: uel perpetuo eum a
ſua eccleſia remoueo, uel ſuſpendo, ſupra de cle. non
reſi. ex parte. & uide quod dixi, de conceſ. præ. cũ no-
ſtris. in glo. multum ergo, per totum, & maxime ad
fi. uer. ſed quid ſi qualiter. Item ex ſententia, contra
quem eſt lata ſuper crimine, ſ. condemno te de homi
cidio, uel huiuſmodi criminibus, non poſſunt cano-
nici procedere ad electionem, uel epiſcopus, uel qui-
cunque alius: tamen ex quo imponitur ei pęna ex ta
li cauſa, quæ infamiam irroget, puta ſuſpenditur per-
petuò propter furtum, uel aliud publicum crimen,
de quo damnatus eſt, ſatis uidetur, quòd alius in lo-
cum eius eligi poſſit. ff. de decur. l. 2. & l. ad tempus, ſi
ex alia ſuſpenditur, puta quia tumultum fecit in con
cilio, non credo, quòd alius in locum eius poſſit eli-
gi. 5. q. 4. in loco. Idem dicunt quidam, & ſi pœna ſo-
la ſine ſententia infligitur, ex qua irrogatur infamia.
ff. ex qui. cau. infa. ir. l. ſi uilibus. Maior enim & euidẽ-
tior eſt infamia, quæ ex pœna procedit, quam quæ
ex ſententia eſt. & alia pœna, ſ. excommunicatio, quę
eſt his omnibus maior, & non ſolum eſt pœna, ſed ẽt
medicina. 2. q. 1. multi, & ſtatim habet hunc effectum
ut ſibi ubique beneficia eccleſiaſtica licitè denegen-
tur, ſupra de ap. paſtoralis, in fi. & hunc effectum di-
cunt quidam habere quamlibet ſententiam de crimi
ne latam ſecundum Inno. cuius eſt glo. quam Hoſt.
22 nõ poſuit [*Quiſquam*] prælatus, de quo præmiſit † [*Pe-
riculo*] adminiſtrationis, puta dilapidatorem. hoc ini-
tium inducit periculum: uitium incontinentiæ indu
cit ſcandalum, infra eod. c. fi. de co. cle. & muli. veſtra,
& c. tua, Inno. exemplificat de hæreſi, in qua eſt peri-
culum infectionis, uel eſt periculum occiſionis. dicit
autem, quòd ubi timetur periculum, procedi poteſt
ſine multa infamia, ar. 6. q. ulti. c. ul. 42. d. quieſcamus.
22. q. 1. ſi quis per capillum, de ſimo. ſicut ſimoniaca.
idem dixit in dec. licet Heli, in ſua. i. glo. ubi dicit ſibi
non placere illam rationem, ꝙ quiſque teneatur ſedã
re ſcandalum, quòd propter id, quòd debet fieri in-
quiſitio: quia poſſet eſſe, quòd per inquiſitionem au
geretur ſcandalum. Dicit ergo, quòd ſi ſcandalum ta
le eſt, quòd perturbare poteſt eccleſiam propter po-
tentiã unius, uel plurium, qui de prælato ſcandalizã-
tur, fieri poterit inquiſitio, ar. 23. q. 4. cum quiſque, &
l. d. ut conſtitueretur. Si enim ut remoueatur ſcanda
lum, indicitur purgatio. 2. q. 5. preſbyter, & inquiſitio
nem ſequitur purgatio; ergo pro ſcandalo fieri po-
teſt inquiſitio. Idem arguit de ſuſpecto prælato ſuo,
uel principe, uel bonis uiris, licet non ſit infamatus:
quia ſi indicitur ei purgatio. 11. q. 5. omnibus. ergo vt
ſupra dicit, ꝙ aliqui negant, his duobus caſibus inqui
ſitionem fieri poſſe, licet in eis poſſit indici purgatio
nam, ut dicunt, non ſemper inquiſitionem ſequitur
purgatio, ſed quandoq; abſolutio, qñq; remotio ab
eccleſia, ſupra c. inquiſitionis. & uide, quod dicam, de
23 pur. can. nos inter, ſuper. j. gl. [*Puniendum*] parũ eſſet in
quirere, & non punire. nam facilitas ueniæ &c. 23. q.
4. eſt iniuſta, [*Grauis*] non tamen tantus, quòd poſt ſen
tentiam executionem impediat, de quo dic, ut ſupra
eod.



cõ inquiſitionis. 1. reſpon. ſecundum Hoſtien. & Io. &
Goff. [*debet*] Dicit Inno hoc intelligi, quando fit inq-
ſitio contra certam perſonam, & de certo crimine: ſe
cus, ſi fiat in genere, uel de ſtatu eccleſiæ, & uide infra
glo. 3. dicebat ergo Gof. infra de ſimo. licet, ꝙ quãdo
fit inquiſitio ſuper ſtatu eccleſiæ, non exprimuntur
capitula; ſed generaliter inquiritur de uita ho. cle. &
de officijs, & de ſtatu poſſeſſionum, & rerum eccle-
ſiæ. & uide. quod dicam ſuper prin. primæ glo. [*Igitur*]
ſ. quia dictũ eſt uillico, ꝰ quẽ fieri debet inqſitio, Red-
de rationem &c. quod demonſtrat uillicum, quẽ do-
minus alloquebatur, fuiſſe præſentem. & ſic cõtinua
tur principio, uel proximo dicto, quo dicitur, remo-
uendum uillicũ, qui non põt &c. ergo debet eſſe præ
ſens: alias nõ appareret, an poſſet reddere rõnẽ. & ſic
defenſiones etiam admittendæ ſunt ſm Hoſt. [*Contu-
24 maciam*] hoc includit † eũ citatum, tunc aũt bene pro-
ceditur cõtra eum, ut li. non cont. quoniam. §. porrò,
& §. ſunt & alij. Contra abſentem ergo cauſa ſtudiotũ
quem prius citatio non apprehẽdit, non inquiritur,
de hoc in ſpe. de inquiſi. §. 1. uer. quæritur, an contra.
[*Et exponenda*] hoc eſt ſm, qđ requiritur in hac forma.
& dic [*exponenda*] quandoq; in gñe, qñq; in ſpecie ſecũ
dum Ho. qui remittit, de pur. ca. c. pe. uer. fi. Item hæc
traditio non fit teſti, cõtra quem crimen opponitur,
ut dicam, de pur. ca. inter, ſuper gl. 2. [*illi*] contra quem
fit inquiſitio, uel eius procuratori, qui poteſt interue
nire, cum non ſit cauſa criminalis, ſup. e. ſuper his. qđ
intelligit Hoſt. niſi perſonaliter fuiſſet citatus. remitt.
de do. & contu. cum dilecti. uel niſi tale ſit crimẽ, qđ
executionem impediat, ſupra eod. inquiſitionis. 1. re-
25 ſpon. [*Capitula*] ſi tamen † cõfeſſus fuerit crimina, cõ-
feſſionem impugnare non poterit, quominus punia
tur ex ipſa, eo prętextu, qđ capitula tradita nõ fuerũt,
uel non fuerat infamatus. j. eo. ti. c. 1. li. 6. [*Fuerit*] ſi igiẽ
primò fieret inqſitio, & poſtea tradanẽ capitula, nil
agitur: quia peruertitur ordo, ſupra de elec. cum peti-
tam. Hoſt. [*Facultatem*] ſi ergo grauaretur, admitten-
da eſt iuſta appellatio. de hoc de pur. ca. nos inter. gra
uaretur autem, ſi fieret inquiſitio, uel cogeretur re-
ſpõdere ſuper occultis. & in hoc differt inquiſitus ab
accuſato, qui ſuper occultis reſpondere compellitur:
quia iurat de calumnia, de iu. ca. cap. 1. nec ob. de poe.
di. 1. non tibi, quod poteſt intelligi ſm Hoſti. de non
infamato, nec accuſato: aliàs lex permittit acccuſato
mentiri. ff. de bo. eorũ, qui ſi. mor. con. l. j. Canon vult
aliud, ut patet ex not. ſupra, quod metus cauſa, ſacris.
Item illud capitulum intelligendum eſt in foro pęni
tentiali. unde & ponitur ſub tractatu de pęnitẽtia, ubi
quis inuitus peccatum ſuũ prodere non tenetur, de
k pę. & remiſ. omnis[k], licet quandoque ad hoc inducẽ-
dus ſit, ut patet eo. titu. officij. Sed ubi quis eſt infama
tus, non eſt ſibi etiam in foro pęnitentiali dicẽdum,
ut occultet crimen in iudiciali, ut patet, de cri. fal. capi
tu. 1. 22. q. 2. primum, & c. ſe. dicendo enim tunc ueri-
tatem nõ prodit, ſed per famam iam proditum mani
feſtat, & animam ſuam liberat, & iudicem de miſeri-
cordia præcatur, de elec. innotuit. §. multa, ſecũdum
Hoſt. qui etiam remittit ad no. per Innocẽ. de confeſ.
26 c. 2. [*Non ſolum*] hoc eſt † tertium, quod circa formam
attenditur [*Nomina*] ſaluo eo, quod dr̃ in crimine hæ-
reſis, infra de hæreti. c. ult. li. 6. [*Quid à quo*] ergo nõ ſuf-
ficit ſegregatim dare nomina, & dicta: quia tũc neſci-
ret, quid à quo dictum eſſet, ſed danda ſunt nomina
cum dictis. No. etiam per hoc Hoſtien. nomina non
debere dari per inquiſitorẽ ante receptionẽ, & hoc,
ut uitetur corruptio, ad hoc, infra eod. olim, & quod
no. de teſti. fraternitatis. & ſecundum hoc nõ eſſet ne-
ceſſe citare inquiſitum, ut ueniat uidere iurare teſtes,
qđ tamen cõmuniter ſeruatur [*Necnon*] hoc eſt quar-
27 tum de forma [*Replicationes*] exceptionẽ † ꝓponitis,
contra quẽ inquiritur: replicationem uerò is, qui pro
mouet inquiſitionem, alias iudex inquirẽs, de ap. cũ
ſpeciali [*Infamandi*] ex quo enim teſtis ſciret nomẽ ſub-
ticeri, audatius infamaret [*Falſum*] audacter enim fal-
ſum deponet, qui ſciret excipi nõ poſſe de falſo [*Aſſur
gere*] deſcendere, & aſſurgere diuerſa ſunt, non cõtra-
ria. concor. de his, quæ fi. à præ. cum apoſtolica. aſſur-
git enim in mente, ſed deſcendit corpore, ſupra e. c. in
prin. & ſupra eod. cum dilecti, in prin. [*Damnabilius*] vt
ſupra patet. de of. or. irrefragabili, & infra ti. 2. licet He
28 li. [*Taceatur*] † Præocupatio eſt. ſi. de of. or. inter cæte-
ra, ibi, Ne dicamus [*Tribus*] dicit hic Hoſti. in cu. Ro.
duobus modis agi de crimine, ſ. per modum iuſticię,
& per modum gratiæ. per modũ uerò iuſticiæ. 6. mo-
dis. primo per modum punitionis ex officio, ut in no
torijs. ſecundo per modum accuſationis. tertio denũ
tiationis. quarto inquiſitionis. & de his hic, quinto p
modum exceptionis, ſupra e. ſuper his. ſexto per mo-
dum actionis, de reſcrip. ex parte, de iureiu. querelam
per modũ uerò gratiæ proceditur his modis. primo
per modum prouiſionis, ſupra eo. ad petitionem. ſe-
cundò per modum compoſitionis, & diuiſionis. cõ-
poſita uera. diuiſa falſa. Nam quandoq; diuerſi pro-
ceſſus diuerſo modo, & in diuerſis inſtãtijs facti ſunt
contra aliquem, & nullus ſufficit ad condemnationẽ
ex his tamen omnibus recolligunt, quæ collectio ad
condemna. ſufficit. & ſic puniunt criminoſum quo-
niam ſic affectant procedere, quaſi dulcis ſit mixtura
bonorum, adhoc. 12. diſtinctio. nouit, & inſti. de re.
diuiſio. §. quòd ſi partim, & quia publicè intereſt &c.
de ſententia excommunicatione, ut famæ. Sed con-
tra hoc eſt, quia probatio unius modi agendi non fa-
cit fidem in alio articulo, de teſti. ueniẽs. 2. & quia res
inter alios &c. de re iu. c. pen. & poteſt timeri, ne leue
compendium &c. ut ſequitur, & quia ſecundum for
mam iudicij formanda eſt ſententia, vt etiam ſequi-
tur. tertio per modum procedentem ex quibuſdam
latentibus. Timor enim precium, amor, turbat ue-
ritatis iudicium, de re iu. cum ęterni, libro ſexto, quar
to, quia ſi quid opponatur, totum deletur ex plenitu
dine poteſtatis, de uſu pal. ad honorem, de elect. illa
29 [*Compendium*] leue † compẽdium uocat peruerſum &
& præcipitatum iudicium leuis iudicis forte prætẽn-
dentis, quòd vult abbreuiare lites [*Diſpendium*] pęnam
auctoritate talis proceſſus inflictam, & concordã. de
reſcr. diſpendia, libro ſexto, uel ſecundum Abba. hoc
dicit: quia ſi nimis perfunctoriè admitteretur accu-
ſatio, damnificari poſſet accuſatus [*Legitimam*] Legi-
tima accuſatio dicitur, cum accuſator eſt idoneus, li-
bellus bene formatus, & ſuo iudici oblatus, ſupra ca-
pitulo primo. 2. quæſt. 8. libellorum, de iudi. at ſi cle-
rici. alias [*legitima*] & hæc cõmunior [*Monitio*] triplex
de quo dic, ut ſupra de iudi. nouit [*Iudicij*] ideſt peti-
30 tionis, & modum procedendi: ut † ſi agitur ciuiliter,
conſequatur intereſſe. & quandoq; æſtimantur iniu-
riæ, de hoc, de iniur. olim. ſi in modum accuſationis,
ſi inuenitur certa pœna, ſiue ſit corporalis, ſiue di-
gnitatis remotio, uel famæ læſio, illa imponitur. C.
qui accuſa. non poſſ. l. non ignorat, & l. de crimine,
& l. penul. non durior, nec leuior. alias erit arbitra-
ria, de offi. dele. de cauſis, de tranſac. capitulo fina. Si
per inquiſitionem & crimẽ eſt graue, ab adminiſtra-
tione conuictus remouetur, niſi miſericorditer aga-
tur: ſed ſi ſit tale, ꝙ poſt pœnitentiam executionem
impediat, quid iur. uidiſti, ſupra eo. inquiſitionis. 1. re-
ſpon. In denuntiatione uerò ſm quod diuerſa eſt, di-
uerſæ ſñiæ formabuntur. In euãgelica iniungeẽ pñia
ſi iudicialis, ad ſatisfactionẽ condemnabitur. ſi cano-
nica, pęna imponeẽ, vel peccatũ fieri ꝓhibebiẽ, vẽ ali-
ter,

ter, ut requirit nunciationis modus, ſententiabitur
ſi in in modum exceptionis, impedietur ille actus,
quod dic, ut ſupra eod. ſuper his. Si autem inepta fuiſ-
ſet petitio, abſoluitur reus ab inſtantia iudicij, de iudi.
31 examinata [*Vſquequaque*] ideſt ad unguẽ† quò ad ſub-
tilitatem, licet ueritas non ſit omittenda, facit Clem.
de uerbor. ſign. ſæpe, & de hoc dixi ſupra, ſuper verſi.
peruenerit [*Facilius*] leuiores cauſæ, & leuiores proba
tiones ſufficiunt [ *Liberius* ] quia nec tot exceptiones
recipiuntur, nec cogitur ſic ad unguem formam ſer-
32 uare. Hoſti.¶ † Prima gloſſ. primo tractat tria, ſcilicet
quando prælatus inquirat: & qualiter, & de pœna in-
quiſiti. & recitanda eſt hoc ordine, ut uerſic. penult.
Item & illud recitatur poſt princ. gloſ. ibi, ſi ex officio
ſuo &c. & uerſic. crimine uerò, uſque ad uerſic. ſi ue-
rò infamatus, reſeruetur ante uerſicu. ſi uerò crimen
probetur, & primum, ſcilicet quando inquirat planũ,
quia ſcilicet quãdo infamatus eſt, & à fide dignis &c.
Circa ſecũdum diſtinguit, aut inquirit ex officio, aut
alio promouente. primo caſu præfigit terminum ac-
cuſare uolentibus, nullo ueniente deſcendit ad locũ,
uocat inquiſitum, qui contra iudices, & teſtes excipe
re poteſt, tradit capitula &c. ut §. debet, eo autem cõ-
tumace procedit, de qualitate teſtium dat duas remiſ
ſiones, & de compulſione ipſorum remittit ad capi-
tulum, dilectorum. ſi altero proſequẽte, recipit illius
teſtes, & ſi negetur infamia, uterque probat, nec pu-
tat glo. monitionem tũc neceſſariam. Circa tertium
diſtinguit, aut probatum eſt crimen, aut non. primo
caſu ſi eſt prælatus, remouetur. Si non, aut crimen im
pedit poſt pœnitentiam &c. ſi non eſt probatum, in-
dicitur purgatio, & punitur promouens, ſecũda pars
glo. ibi, Item nunquid, format, & ſoluit duas quæſtio
nes. ¶ Gl. 3. quærit, & ſoluit. ¶ Quarta arguit, & ſignat
contrarium. ¶ Pen glo. tractat de triplici modo pro-
cedendi ſuper criminibus, & eorum pœnis, circa ſecũ
dum ſignat duo iura in contrarium, & utrobique re-
33 mittit. ¶ [*In glo. 3. ibi. l. 2.*] uide de libell. obl. c. 2. in 1. glo.
in fin. primæ partis [*& ibi. l. pen.*] ſufficit iuramentum
eius, qui adminiſtrat relicta pro redemptione capti-
uorum, quòd ſine diminutione, uel dolo in eũ uſum
illa concurrerit [*Et ibi, ſi quando*] ponit caſum decret.
34 infra proxim. alleg. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, diſtingue*] Io. & Goff.
hic aſsignabant has differentias inter hæc duo mem-
bra. prima, quia primo caſu iudex facit reum iurare,
& reſpondere, & ſic intelligatur, quod dixi ſuper uer-
ſic. redde, in princ. cap. & dec. cum dilecti, ſupra eod.
ſecus, cum alio promouente, & hoc, ne per id aduer-
ſarius inſtruatur, ſecundùm Ioã. & forſan hoc uoluit
glo. infra uerſic. ſi uerò procedat. Item primo caſu pu
blicatis atteſtationib. iterum iudex recipit teſtes etiã
ſuper eiſdem capitulis. ſecus, cum productio facta eſt
à promouente, de hoc plenè dixi, ſupra de teſti. cum
35 clamor. ¶ *In* † *gloſſ. apud iudicem*] alia dicam ſecundum
Innocent. infra eodem, gloſſ. ſuper prædicto, uerſicu.
ſi uerò. Aſsignant etiam differẽtias inter generalem
inquiſitionem ſuper ſtatu eccleſiæ, & ſpecialem con-
tra certam perſonam. primam dixi, ſupra §. debet, in
prin. alia eſt, quia primo caſu recipiuntur teſtes, qua-
les inueniuntur, ſupra de teſti. ueniens. 2. C. de repu.
conſenſu. contra ſingularem perſonam non recipiũ-
tur, niſi idonei, ſupra de re iu. cũ I. & A. & uide quod
dixi, ſupra eo. qualiter, ſuper uer. occultis. ex hoc ſeq-
tur, quòd primo caſu non excipitur cõtra teſtes. dice
bat tamen Gof. infra de ſimo. licet, quòd denuncia-
tores, qui collegium infamauerunt, excipi poterit, &
quòd poterit inquiſitor ut ſuſpectus recuſari. ſubde-
bant, uel dic, ꝙ collegio iſta non competunt eo, ꝙ in
quiſitio ſuper ſtatu de plano, & ſine ſtrepitu fieri de-
bet, infra eodem titu. olim [*& ibi, recuſare*] no. quòd in
correctione remoueatur appellatio, ergo & recuſa-
tio. de hoc in ſpe. de inquiſi. §. 1. Item quòd eſt ſibi [*Et
ibi, criminoſus*] Idem Io. T. & Vinc. & Gof. quod tu dic,
quòd ſi eſt ordinarius, quãdiu toleratur ratione cri-
minis, ſubditi non poſſunt ipſius iudicium declinare.
8. quæſtio. 4. nonne. ad hoc, de cle. ex. cap. fina. & hoc
tenet Guil. in ſpe. de inquiſitione, ad fi. 1. col. [*Et ibi, unam
tantum*] uel ſi eſt officialis, qui non habet ad hoc man
datum, de offi. vica. capitulo ſecundo, libro ſexto [*Et
36 ibi, utrum ſit* † *infamatus*] uaria & interdum contraria de
hoc locuti ſunt moderni. Dixerunt autem hic Pe. &
Abb. quòd licet inquiſito negante infamiã non pro
cedat iudex in inquiſitione ueritatis, quã facit altero
promouente inquiſitionem, niſi primò ptobetur in
famia per eum, qui promouet, tamen ubi inquirit ex
puro officio, poſtquam ſibi conſtat de infamia, de ve
ritate inquiret, licet inquiſitus neget ſe infamatũ. nec
tenetur iudex ipſe de hoc facere fidem, cui enim hãc
faceret, cũ ipſe ſit iudex, ſi tamen ille propter hoc ap-
pellaret, prælatus coram ſuperiore fidem faciet de in
famia. iſtud etiam placet ſpeculatori de inquiſi. §. nũc
tractemus, uer. hoc autem ſcias. & hoc, ne illudatur
correctio. placet etiam Abb. ſup. e. inquiſitionis. Plus
ibi dicit Roſ. dixiſſe, ꝙ licet cum proſecutor vult pro
bare infamiam, inquiſitus poſsit probare cõtrarium,
non ſic tamen cum ſuperior ex officio teſtes recipit,
cum ad ſui inſtructionem ſummatim id cognoſcat,
nec preſumatur contra iudicem, ſicut contra promo
uentem. hoc idem infra repetam poſt Io. iſtud dictũ,
quòd nõ ſit neceſſe recipi teſtes ſuper infamia, tenet
hic Hoſtien. in ordinario, dicens ſecus in delegato. qđ
dic, ut dixi, ſupra eo. cum oporteat, & no. infra eod.
capitulo ſecundo, libro ſexto, & ut no. Hoſtien. ſupra
cap. cum oporteat, non debet ſimul cognoſci de ue-
ritate, & infamia, ſupra de iudi. exhibita. Conſuluit ta-
men Hoſtiẽ. ibi ordinarium, ut appellationes euitet,
ꝙ inqrat, & teſtes prius recipiat ſuper infamia, & ſic
communiter ſeruatur. pro qua obſeruantia bene fa-
cit clem. de appellatio. appellanti. 2. reſpon. Imò nota
uit Hoſtien. ſupra eo. qualiter, quòd in cauſa inquiſi-
tionis fit conteſtatio, uel quaſi cõte. cum infamia, ſi-
cut in accuſationis cauſa fit cum accuſatore, in cauſa
denuntiationis cũ denunciatore. Si ergo uocato ſub-
dito dicat ſuperior, intendo cõtra te inquirere ſuper
tali crimine, ſuper quo es infamatus, & ſubditus con
fitetur utrunque. ſ. crimen, & infamiam, procedit ſu-
perior ad pœnam criminis: ſed mitius punit propter
confeſsionem, de elec. innotuit. Si negat utrunque,
ſ. crimen, & infamiam, uel ſolam infamiam, ſi noto-
ria eſt infamia, poteſt procedere ad inquiſitionẽ ue-
ritatis, non laborando tunc circa inquiſitionẽ famæ,
de accuſa. euidentia, licet tutius ſit aliquos teſtes ad
cautelam recipere, ut eſt dictum: tum quia dictum fa
cile ſequitur multitudo, infra de pur. ca. cum in iuuẽ-
tute. §. 1. tum quia ſequitur, ꝙ infamatus ſit apud bo-
nos & graues, nec ortum habuerit à maleuolis, vt hic
tum quia multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, er-
go ad cautelam teſtes recipiat, de elec. bonæ. alias, ſi
appellaretur, in periculo eſſet proceſſus, cum ſit ne-
ceſſe coram ſuperiore probari infamiam negatã, ut
dixi. ſed ſi ſubditus confitetur infamiam, uel ſufficiẽ-
ter probatur, ſecurè proceditur, dũmodò in actis ca-
nonicè redigatur, quibus creditur, de probati. quo-
niam, & appareant, ut ibi: aliàs contra, eod. titu. c. fin.
& hoc modo dicebat Hoſti. cum infamia litem qua-
ſi conteſtari, ſicut aliàs dicitur, de do. & contu, prout.
& adde quod not. de reſtit. cum olim, non tamen di-
cit hanc quaſi litis conteſtationem eſſe neceſſariam,
ſed de ipſa per ſimilitudinem, & comparationem ſic
loquitur, nec enim infamia uiſibiliter, & uocabiliter
apparet



apparet in iudicio, nec iure aliquo hæc quaſi conte-
ſtatio eſt expreſſa. nec porrigitur petitio, & ſine his
uera litis conteſta. fieri non poteſt, de lit. conte. capi-
tulo uno. quo conſiderato dicitur in cauſa inquiſi-
tionis lite non conteſt. procedi, ſupra ut li. non cont.
quoniam. §. ſunt & alij. Quid ſi ſubditus auditis prædi
ctis uerbis, petit diem ad deliberandũ, uidet̃ non dan
dus, cum de facto ſuo quæratur, de quo certus eſt, de
reſcrip. ab excommunicato. Hoſti. dicit contrarium,
cum & de fama dubitare poſsit, & expedit peritos cõ
ſulere, ar. C. de inge. ma. ſi auiam, ut li. non conte. c. 1.
in prin. Si uerò quis inquiſitionem proſequitur, tunc
cum ipſo fit vera litis conte. ſicut cum accuſatore, vel
denunciatore, de pur. ca. c. pe. & contra ipſum exce-
ptiones legitimæ admittuntur. ſ̃. e. cum oporteat [*&
ibi, poteſt probare*] hoc intellexit Io. in hoc membro tã-
tum, non in ſuperiori, quando nullo promouente iu
dex procedit: quia non ſic preſumitur contra iudicẽ,
ſicut contra aduerſarium. uide quod ſupra dixi, & ſu-
pra c. cum oporteat, poſt primi. ſuper uer. famam [*Et
37 ibi, non* † *credo*] Vin. contra in ſpe. de inquiſitio. §. 1. uer.
ſed nunquid, & illud teneas, quando uia denũciatio-
nis proceditur: imò, ſi non eſt euangelica, ſed cano-
nica denunciatio, requiritur maior monitio. ſ. trina,
ut ſatis dixi de iudi. nouit. Sed ſi nõ incedatur per uiã
denunciationis, ſed inquiſitionis, licet aliquis officiũ
illud inquiſitoris coadiuuet, tunc puto ueram hanc
glo. [*Et ibi, dicas quod non*] idem Io. & Goff. & quid dixe
rit Vin. de B. & Compo. ſupra eod. qualiter, uide in 1.
uer. ſed nunquid, & uer. ſe. [*Et ibi, ſi nec*] ſuple, fieri põt
[*Et ibi, ex tuarum*] de hoc eo. ti. inter, in 1. glo. & hoc te-
38 nent † Ioan. & Gof. iudicem inquirere poſſe, etiam ſi
petat reus præfigi terminum accuſare uolẽtibus, of-
ferens ſe purgare, ſi nullus appareat [*Et ibi, melius eſt*]
idem Gui. in ſpec. de inquiſitio. §. nũc tractemus, uer.
porro, in fi. & uide quod ibi dixi, & quod prædixi ibi,
habetur in uer. ſe. [*Et ibi, interſit*] idem hic Gof. & Guil.
in ſpe. de inquiſitio. §. 1. uerſi. ſed nunquid extraneus
[*& ibi, credo*] ſecundum Io. cuius ſecundum mentem
fuit hec glo. [*& in fi.*] vide, quod ibi dixi ſuper. 1. gloſſ.
¶ [*In glo. 3. ibi, tutori*] quod dic ut, no. 5. q. 3. cap. ult. in fi.
39 primæ glo. [*& ibi, fletur*] Hoc † dicit Hoſti. ſub dubio,
forte, in rectoribus hoſpitalium, & ſimilium locorũ
non haberet hoc locum: quia tenẽtur ſingulis annis
his, quibus loca ſubſunt, reddere rationem, ut in cle.
de rel. do. quia contingit. §. illi etiam. ¶ [*In gl. arg. famam,
in fi.*] ubi de hoc, & ſupra de teſti. ueniens. 1. & c. præ-
l terea,[l] ut refert Gof. Hug. dixit, famam probationem
facere. & ſecũdum hoc poteſt huic reſponderi, ꝙ ubi
fama defert, tunc non probat, ne ſit actor, & teſtis. 4.
40 q. 4. cap. primo. ¶ [*In* † *glo. 11. q. 4. in fi.*] infra de adulte. ſi-
gnificaſti. non tamen inquiſitio fieri, ut hic, & ſupra
eo. inquiſitionis, in fi. T. & Goff. Phi. ſupra eo. licet, in
fi. dicit, ꝙ ſi infamia ortũ habuit à leuibus, ſuſpectis,
uel æmulis, non fiet inquiſitio, nec indicetur purga-
tio, all. de pur. ca. cum in iuuẽtute, hic declarat, quod
dixit de purgatione non indicenda uerum eſſe, niſi
ob cauſam, puta propter ſcandalum, ut ibi. Dicebat
Hoſti. ꝙ ſi omnino conſtaret, quòd à maleuolis eſſet
orta, nec eſſet multum ſparſa, nec ſcãdalum immine
ret, non eſſet de neceſsitate indicenda purgatio. ĩ. de
pur. c. cum in iuuentute. Dicit Innoc. quòd ſi ab uno
tantum, uel à maledicis orta ſit infamia, uel potius
ſcandalum, procedi poteſt ad inquiſitionem. 2. quæ-
ſtio. 5. mandaſtis, ad hoc quia ſi ſoli epiſcopo ſuſpe-
ctus eſt, poteſt indici purgatio. 2. queſtio. quinta, om-
nibus, in fi. ergo ab uno & ſemel tantum poteſt pro-
cedere infamatio. de hoc ar. uide, quod dixi. de of. or.
ex parte, ſuper ulti. glo. & uide quod in tex. dixi ſuper
uer. periculum, & de hoc in ſpe. de aboli. & purga. c.
fi. circa fi. ¶ [*In glo. pe. ibi, deponatur*] ſi crimen eſt tale, qđ
depoſitionẽ requirat, qđ dic, ut ſ̃. de iudi. at ſi clerici.
[*Et ibi, denunciatio euangelica*] aliud in iudiciali, uel cano-
nica ſecundum Hoſtiẽ. quod plenè uideas per Gui. in
ſpec. de denun. §. 1. uer. ut autem [*Et in fi.*] Si † uerò de
crimine ciuiliter agitur in modũ actionis, conſeque-
tur intereſſe, & quandoque æſtimationem iniuriæ,
infra de iniur. olim. Si per modum exceptionis, im-
pedietur ille actus, ad quem impediendum excipit̃,
ſupra eo. ſuper his, & c. accedens.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Infra eo. c. 1. pro hoc quod no. Bar. in l. Marcellus. ff. de renun. amo. & Inno. in c. 2. de confeſſ. & in c. dudum. ſupra de elec.
b ¶Per tuas. Et non eſt neceſſaria infamia: ut no. Io. An. inf. e. olim.
c ¶Eos aſſignet. Vide Barr. in l. de minore. ff. de quæſtio. in uer. dixi quòd poteſt.
d ¶Vbi. Vide Bar. in l. de minore, præalle. in uer. quomodo ſi teſtis interrogatur.
e ¶Ignorabat. Qnando dicatur quis agere criminaliter, & ciuiliter, uide glo. & ibi Bar. in l. 1. ff. de ſepul. uio.
f ¶Agebat. Vide. l. ſi ab eo, & ibi Bar. ff. de calum.
g §Fama. uide glo. & Bar. in l. 1. ff. de ſepul. uio.
h ¶Intruſus, uide Io. An. in c. mora, de regu. iur. lib. ſexto, in prima, q. in Mercu. & dominum Bar. de Sali. in l. 1. C. de teſta.
i ¶Tua. Vide c. poſtulaſti, & ibi glo. & Io. de fo. compe.
K ¶Omnis. Intellige alij, quàm deo, & ſic ſacerdoti, ut ibi no. glo.
l ¶Præterea. De hoc ſunt glo. etiam in iure ciuili contrariæ, prout latè per Bar. in l. de minore. ff. de quæſtio. uer. ulti. principaliter, & uide etiam ibi in l. fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Metropolitani ad correctionem exceſſuum, & reformationem morum ſingulis annis faciant eoncilium prouinciale, & quid preterea ſtatuant in eo, quòd futuro concilio.*
*Vacationes beneficiorum ſcire præſumuntur, nu. 6.*
2 *Epiſcopi ſingulis annis faciunt ſynodos.*
3 *Concilio generali Inno. quod Lateranenſe etiam fuit, quot conſtitutiones in quarta compilatione decretalium, fuerint, & quot in hac nouiſſima ſint, & ſub quibus titulis.*
*Quæ etiam regulæ in eo canonicæ, & morales & utiles conſtitutæ, & in quibus inueniantur titulis. §. ſubdit, in concilio quid proponendum, hic diſcitur. §. ordinem.*
*Ad ipſum qui cogendi uenire, nu. 7.*
*Hoc punit delicta, nu. 11.*
*Earum ordo quis à principio.*
*Ordinem conſtitutionum ſcire utile eſt. §. ordinem, & in quo conſiſtat utilitas, ibid.*
4 *Iura parum eſt condere, niſi ſeruentur.*
5 *Idoneæ perſonæ quæ dicantur, inueſtigatione quæ corrigenda, quæ reformanda ſint.*
*Veritatem citius percipere uiciniores præſumuntur.*
*Extranei non præferendi diœceſanis.*
6 *De plano, locutio quid hic, & alibi ſignificet.*
*Fideliter pergere quis dicatur.*
7 *Suffraganei ſubditum poteſt archiepiſcopus citare, et quo caſu, hic in fin.*
8 *Epilogus gloßarum.*
*De teſtibus Sinodalibus remiſſi. tractat de eis nu. ſupra 5. & infra 10. 11.*
8 *Suffragium gloſſar.*
*Quid agatur ubique, præfectus urbis habet milites, qui referant.*
10 *Addiiio gloſſarum.*
*Viuere de ſuo proprio perſonæ electæ in concilio prouinciali pro inueſtigatione morum debent, delegati autem à quo procurandi hæ non habent coercendi poteſtatem, iurare debent, nu. 11. & in quibus creditur, ibid.*
*Eis præferuntur archidiaconi inquirentes, nu. 12.*
*Prælatis quoque quando debeantur expenſæ.*
*Officialibus creditur, & in quibus.*
*In quibus admittantur ſine inſcriptione.*
12 *Inquiſitio plena præiudicat ſemiplenæ, in fi.*

## C A P V T XXV.

1 SIcut olim. Caſus.† Metropolitani ad correctionẽ exceſ-
ſuum, & reformationem morũ ſingulis
annis faciãt prouinciale cõcilium, in quo
per ſingulas diœ. ſtatuant perſonas idoneas, quæ ſolli-
citè inueſtigent, & ſequenti concilio referãt corrigẽ-
da. hoc negligentes ab executione officij ſuſpenden-
tur. Et ſic partes patẽt. Prima prouidet de prouincia-
li concilio, & agendis in illo. ſcda de teſtibus ſynodali-
bus, & ipſorũ officio. tertia de pęna hoc non ſeruan-
tiũ. ſcda ibi, ut aũt. tertia ibi, Quiſquis aũt [*Singulis an-
nis*] pauci metropolitani hoc ſeruant. Aliqui.n. nunq̃
faciũt ꝓuinciale conciliũ: aliqui ſemel in vita ſua: & q
melius faciũt de biennio in bienniũ, illud faciũt cũ tñ
ſm leges etiã ſingulis annis ſemel, bis, aut ſępius con-
uocãdũ ſit, in auct. de ſanc. epiſ. §. vt aũt oĩs eccleſiaſti-
2 cus ſtatus, col. 9. ſic † & epĩ ſingulis annis faciũt ſyno-
dos, ut ſequitur ſm Hoſt. [*Suffraganeis*] & aliis ad con-
ciliũ conuenientibus, ut ſequit. j. uer. ut aũt [*Canonicas
regulas*] de elec. cum in cũctis, & ſi [*Generali concilio*] ſci-
3 re † debes, ꝙ de gñali concilio, ſ. Inn. qđ fuit ẽt Latera
nẽſe, habuimus olim in quarta cõpilatione. 71. cõſti-
tutionẽ, quarũ 70. hodie hẽmus in iſta, & ẽt. 71. vna di
uiſa, ut patebit. j. & iſta fuit. 13. ordo vò illarũ talis fuit.
prima de ſum. tri. firmiter. ſcda. pe. ti. dãnam⁹. tertia de
hære. excõicamus, quarta de baptiſmo, licet, quinta
de priuil. antiqua. 6. e. t. vt priuilegia. ſeptima de of. or.
irrefragabili. octaua, ſ. c. prox. nona de of. or. qm ĩ ple
riſque. 10. e. ti. inter cætera. 11. de magiſ. quia nonnul-
lis. 12. de ſtatu regu. in ſingulis. 13. iſta. 14. de uit. & ho.
cle. ut clericorũ. 15. à crapula. 16. clerici officia. 17. de
ce. miſ. dolentes. 18. ne cle. uel mona. ſententiã. 19. de
cu. eu. c. 1. 20. eo. ti. c. 2. 21. de pęni. & remiſ. omnis. 22.
eo. ti. cũ infirmitas. 23. de elec. ne pro defectu. 24. quia
propter 25. quiſquis. 26. nihil eſt. 27. de æta. & qua. cũ
ſit. 28. de renuncia. quidam cedendi. 29. de præben. de
multa. 30. eo. ti. graue. 31. de fi. preſ. ad abolendã. 32. de
præb. extirpanda. 33 de cẽſi. procurationes. 34. de im-
mu. ec. quia plerique. 35. de ap. vt debitus. 36. e. ti. cum
ceſſante. 37. de reſcrip. nonnulli. 38. de proba. quoniã
contra. 39. de reſti. ſpo. ſępe cõtingit. 40. de arbitris, &
de do. & contu. contingit. & hæc eſt diuiſa, de qua di-
xi. 41. de pręſcrip. qm oẽ. 42. de pę. & remiſ. cum ex eo.
43. de iureiur. nimis. 44. de reb. ec. non alie. cum laicis.
45. de pęnis, in quibuſdam. 46. de immu. ec. aduerſus.
47. de ſen. ex. ſacro. 48. de ap. cũ ſpeciali. 49. quam ho-
die non habemus, & incipiebat, Sub interminatione
de ſen. ex. & ſtatuebatur ibi, quod cã cupiditatis non
dẽret quis excõicare, uel abſoluere, maxime in parti-
tibus, in quibus ex conſuetudine in excõicati abſolu
tione pecuniaria pęna infligitur. & excõicans iniuſtè
compellebatur iſtud reſtituere, & tantũdem de ſuo
iniuriam paſſo, & ſi non erat ſoluendo, alias punieba
tur. & adde circa hoc qđ dicã, inf. de ſimo. ad aures, in
fra de cõſan. nõ debet. 2. de clã. deſpon. c. cũ inhibitio.
51. de teſtibus, licet ex quadam. 53. de decimis, in ali-
quibus. 54. cum nõ ſit. 55. nuper abbates. 56. de pę. &
remiſ. quod in te, licet hodie non intituletur in con-
cilio: uel fuit de Iudæis, ab liberandam, quæ non fuit
in 4. compil. ſed neutrũ credo propter ordinẽ ipſarũ.
fuit igitur alia, quã nõ habemus. 56. de pactis, pleriq;.
58. de priui. ꝙ nonnullis. 59. de fideiuſ. quod quibuſ-
dam. 60. de exceſ. præl. accedẽtibus. 61. de præb. in La
teranenſi. 62. de reliqui. cũ ex eo. 63. de ſimo. ſicut pro
certo. 64. eo. ti. qm ſimoniaca. 65. eo. ti. audiuim⁹. 66.
eo. ti. ad apoſtolicã. 67. de reli. do. ne nimiã. 68. de uſu
ris, quanto. 69. de Iudæis, in nonnullis. 70. eo. tit. cũ ſit
nimis, 71. de apoſta. quidã. ¶ Ordinem ipſarũ poſui,
prout colligere potui ex antiqua: quia interdum id
ſcire eſt utile, ut per te experieris. has autem conſtitu-
tiones, ſed non omnes poſuerat Ho. ſm ordinẽ ſitua-
tionis, prout ſunt in hac cõpila. & dicebat, ꝙ ſi in cõ-
cilijs neſcit metropolitanus, quid proferat, ut ſe quã-
doq; dicit uidiſſe, poterit ſibi per has concor. ex qui-
bus ſtatuta ſua eliciat, ſubuenire, ſubdit, ꝙ erãt & aliæ
regulæ canonicæ, morales & utiles, ſicut de tem. or.
ad aures, & c. ſi. de ma. & obe. ſtatuimus, de ferijs. c. ſi.
de teſti. teſtimonium, de iureiu. cum contingat, & c.
quanto, & mulieri, de his q̃ ſi. à præ. nouit, & c. quan-
to, & ca. ſi. de his. quæ ſi. à ma. par. ca. c. ſi. de rebus ec.
non alie. ſi quis, de ſolutio. ca. 2. de dona. apoſtolicæ,
de pecu. cle. per totum, de teſta. cũ in officijs, & c. offi-
cij, requiſiſti, tua, & c. pe. & ulti. de parochi. ut domi-
nicis, de regũ. ſtatuimus, & c. ſe. de conuer. coniu. uxo
ratus, & c. gaudemus, de uoto, c. 1. de capel. mo. c. pẽ.
& ult. de iu. pa. poſtulaſti, de cẽſi. cum apoſtolus, & c.
cũ canonicis, & c. olim, de cõ. ec. uel alta. aqua, de ce-
lebr. miſ. ca. 1. & c. te referẽte, & duobus. c. ſe. de baptiſ.
c. 1. & 2. de reliqui. de obſer. ieiu. de ec. ædi. per totum,
de immu. ec. inter alia, & c. pe. & ult. ne cle. vel mo. c. j.
& c. ult. de ſpon. Gemma, & duobus ca. ſe. & c. tua, de
deſpon. impu. de illis, & c. atteſtationes, & c. ult. de cõ-
di. apo. c. ſi. de eo, qui duxit. c. ſi. de cogna. ſpiritu. Mar
tinus, & c. quanto, de cogna. leg. c. uno, de frig. lauda-
bilem, de ſecundis nup. per totum, de ſimo. Iacobus,
& c. ſi. ne præ. ui. ſu. querelam, de homi. poſtulaſti, de
cle. uene. per totum, de male. c. 2. ut ſatisfieret Hoſti.
has poſui, quæ poterant præteriri [*Relegentes*] iteratio-
nem & attentionem lectionis notare uoluit, cum di
cit, Relegentes. & ſupple, ad hoc ut eas &c. [*Obſeruari*]
4 quia † parum eſt iura condere, niſi &c. de elec. ubi pe
riculum. §. præterea, li. 6. [*Debitam*] ſcriptam. ſ. alias ar-
bitrariam. de hoc dixi. ſupra c. proxi. [*Statuant*] conci-
lio præſidentes, ſupra de ſtatu mona. ſingulis. §. ordi-
nẽtur. alii dicũt, ꝙ ſinguli epiſcopi debẽt iſtos ſtatue-
re. 35. q. 6. epõs in in ſynodo, uel dic ſm Hoſtiẽ. ꝙ alij
ſunt ij, quàm illi, & ꝙ primi & ſecũdi ſtatui debẽt [*Vi-
5 delicet*] no. quæ dicantur ꝑſonæ idoneæ. concor. ſupra
ca. proxi. uer. ex quibus. requiritur autem, quòd ſint
prouidi vt procul videant, & quòd de notorijs & ma
nifeſtis inueſtigent de plano interrogãdo ſeniores &
honeſtiores. requiritur etiã, ꝙ ſint honeſti, ne corru-
ptè aliquem falsò infament, uel deferant, infra de ſi-
mo. uemo. & eſt melius eos eſſe de illa diœce. quàm
de extranea, ar. de elec. qa ꝓpter, ibi, tres de collegio.
& quia alieni regni arcana ſcrutari non conuenit. C.
de comer. & mer. l. 4. poſt prin. & quia præſumitur, ꝙ
citius percipient ueritatẽ, ar. de præſump. quoſdã, &
& c. quanto, de teſtibus ueniens. 2. ad fi. ergo alijs præ-
ferãtur, qui ma. ac. poſ. uidetur [*Quæ*] perſonæ, ſic ele-
ctæ [*Per totum annum*] quia ultra non durat officium.
& ideo ſunt aliæ eligendę, ut omnis euitetur ſuſpitio,
6 ſecundum Hoſtien. [*Et de † plano*] aliter ſumuntur hic
hæc uerba, quàm infra capitulo proxi. Hoſtien. [*Iu-
riſdictione*] corrigendi, condemnandi, coercendi, iu-
dicialiter citandi [*Correctione*] exceſſuum [*Reformatio-
ne*] morum, de offic. ordina. irrefragabili, & ſupra eo-
dem capitulo [*Fideliter*] ideſt plene & merè, ſecundũ
quod inuenerint, ſupra capitulo proximo, ad fi. [*Præ-
contra 22. q. 4. innocens. ſol. ut ibi no. & 86. di. ſi quid
6 [*Incognita*] vt † iudici, etiam ſi ſciat ut homo. 6. q. 2. ſi tan
tum (*Senioribus*) Hiero. ſuper Ioelem. c. 1. ibi, congrega
te ſenes, dicit quorum ætas uicina morti, maturæq;
ſententiæ magis timorem & cultum ſuſcipit dei (*Non
tanquam*) uerba Inno. auctoris, quia finitus eſt canon.
7 [*Officij ſui*] quid ſi † clericus poſſidet eccleſiam, diœce-
ſanus dicit, quòd minus canonicè tenet illam: cleri-
cus petit ſibi libellum offerri: epiſcopus dicit, ꝙ uult
inquirere, cum tempore tanto uacauerit, quòd ad
ipſum deuoluta eſt poteſtas: clericus dicit, quod ex
hoc habet eum magis ſuſpectum, cum cauſam ſuam
agat, nunquid locus erit recuſationi ex hac cauſa? di-
cit Hoſtien. quòd non: quia ſicut à correctione non
appellatur, ita nec occaſione correctionis poterit fie-
ri recuſatio, ad hoc de ap. ſuper eo. 2. credit etiam non
offerendum libellum: quia niſi clericus probet ſe ca
nonicè inſtitutum, hoc eſt auctoritate epiſcopi, uel
alicuius ordinarij, ad quem ſpectet, omnino remouẽ
dus eſt ex officio, & ſine libello, de inſt. c. 3. de cler. per
cu. ca. fi. & ſi male tenet eccleſiam, certum eſt, quòd
animam ſuam damnat, & parochianorũ animas de-
cipit, ſupra de elec. dudum. 2. Ergo non detur libellus,
nec differatur inquiſitio, quia in talibus periculũ eſt
in mora. ad hoc ſupra eo. Mattheus, cũ ſi. & quia po-
teſtate, & non libelli oblatione utitur in criminibus
puniendis, ut patet de priuil. cum & plantare §. de cõ
fratribus. & ideo de talibus fit inquiſitio etiam gene-
ralis, ut patet de præben. graue. & quod per officium
talia expediantur, patet de æta. & qua. c. 2. 3. & 5. & ca.
cum bonæ, in fi. de ſup. neg. præ. c. 2. de cleri. non reſi.
quia nonnulli, & c. relatum, & c. conquerente, & ca.
inter. 4. & cap. fi. de præben. referente, & cap. de mona
cis 10. q. 1. regenda, & cap. ſequen. de offi. or. c. 1. Et eſt
caſus, ut ecc. bene. c. uno, de exceſ. præla. ad aures. nec
ob. de reſti. ſpo. conquerente: quia ibi nullus ordo ſer
uatus fuit, ſed epiſcopus ſimpliciter ſpoliauit non ci-
tatum, nec conuictum. uel dic ut ibi. ſupradicta intel-
ligit Hoſtien. uera in facto recenti. In antiquo dicit ſe
cus: tum. quia prælatus tam diu tacuit, ſupra de frigi.
c. 1. licet argu. contra de teſta. c. 1. tum quia forte diffi
culter poſſet probari. cito enim cadunt probationes,
& ideo ad delationem iuramenti forte recurrendum
eſſet in tali caſu, argum. C. qui teſta. fa. poſſ. hac con-
ſultiſſima, §. at cum humana, & C. de re. cre. genera-
liter. 1. reſpon. remittit etiam, ſupra de præſump. illud,
a ad fin. & infra de cler. ex. propoſuit [a] (*Cum igitur*) hic in-
8 cipias caſum (*Frequenter*) non † ſemel tantum (*Diſſona-
bant*) ſup. tandem (*Monacis*) propriis, quibus ſumptus à
monaſterio dari dicunt, ſupra de accuſa. ex parte, & c.
olim Vinc. (*Inſufficientia*) de hoc, infra c. proxi. uerſi. ille
quidem (*Exhibita*) patet ergo, quod denuncians ſimo
niam repellitur, niſi præmonuerit. de hoc, no. ſupra
de accuſa. inquiſitio 1. reſpon. & hoc credo, ut ibi dixi
tamen tenens opi. contrariam ad hanc decre. reſpon-
dere poſſet, quod forte ſimonia non erat talis, quæ
poſt pœnitentiam impediret dignitatis retentionem

puta



puta contulerat prioratum per ſimoniam, nec enim
dicitur hic, quod abbatiam acquiſiuiſſet per ſimoniã
& facit quod dixi, ſupra eo, dilectus, 2. uel neceſſe fuit
monitionem probari non propter crimen ſimoniæ,
ſed propter periurium, & dilapidationem [*Super hoc*]
forte uolebat Abbas reprobare perſonas, uel dicta:
uel dicebat unam ſolam monitionem probatam, vel
9 his ſimilia [*Voluimus*] hic † non punitur denunciator,
cum nõ ſua voluntate deſiſtat. & ſic non ob. ſupra ti.
1. c. 2. ſecundum Inno. ſecundum quem not. quòd li-
cet ceptus ſit proceſſus in modum denunciationis: ta
men, ſi ibi ingeratur aliqua difficultas, trãſitur in mo
dum inquiſitionis: ſed Hoſtien. dicebat hic ex volun-
tate papæ inſurgere hæc ſpecialia. Primum eſt, quod
dictum eſt, ꝙ eſt contra id, C. quomodo & quando
iu. auct. qui ſemel, ſecũdum, quod papa admittit eos,
qui venerant contra Abbatem, cum aliàs proſequẽs
non admitteretur in teſtem: imò niſi per alios proba-
ret, puniretur, ut dixi. Tertium collige ex decretali, ſu
pra de accuſa. ad petitionem, quod dic. ut ibi in glo. 2.
Quartum ex eo, quod dicam, infra ſuper uer. diſputa-
re [*inquirere*] in quo agendi modo nõ erat admonitio
neceſſaria, Vinc. [*Præmiſſis*] hic reaſſume principium
[*Plenam*] & meram, ſupra ti. 2, qualiter 1. & c. ſequen. &
quod hic not. Goff. dixi de accuſa. qualiter 2. in §. de-
bet, & prin. & ſuper 1. glo. Et quod hic dixit Inno. di-
xi, de accuſa. cum dilecti, in prin. in glo. 1. ipſius. & gl.
10 ſequen. & uide infra c. proxi. in prin. [*In † ſcriptis*] ut fie-
ri debet, de proba. quoniam [*Diſputare*] forte papa de-
dit aduocatos proceſſui, uel hi, qui primò proſeque-
bantur, denuò ſunt admiſſi; ſed prior uerior & iuſtior
ſecundum Hoſtien. [*Aſſertione*] iurata, infra ti. proxim.
uer. cunque aliàs non ſufficeret ſine confeſſione, quę
11 ſequitur, ſupra de teſti. nuper [*Relictum*] no. † relicta per
prædeceſſorem in bonis eccleſiæ computari, ad idem
de elect. quia ſæpe, li. 6. de offi. or. præſenti, eo, l. ubi de
hoc [*Eum*] dicebatur in an. propter has, & alias præſum
ptiones [*Quaſi de*] i. de quaſi dilapidatione, ut ſic poſſet
notari differentia inter dilapida. & quaſi dilapidatio-
nem propter mobilia, & immobilia; ſicut in poſſeſ-
ſione, & quaſi ſecundum Hoſtien. [*ſuſpectum*] ultra ea,
12 quæ dicit glo. dixit hic Hoſti. quòd † ſi euidenter con-
ſtat de ſuſpitione dilapidationis, uel uideatur papæ,
ſuſpenditur ab adminiſtratione, nam & ad hoc ſuffi-
cit ſecundum Inno. leuis ſuſpitio. ff. de ſoluti. quòd ſi
b forte. §. 1. ff. de ſuſpect. tu. l. 3. §. præterea [b] non tamen
per ſolam accuſationem remouetur, niſi alia proba-
tio adſit, ut hic, ſed contra inſti. de ſuſpect. tu. §. ſi quis,
autem. ſed ſecundum Inno. aliud eſt in tutore, qui nõ
habet niſi ſolam adminiſtrationem, ſicut & procura-
tor: unde facilius remouetur. ff. de procura. quæ om-
nia. aliud in prælato, qui ius habet in rebus ad digni-
tatem pertinentibus. quare difficilius ſibi tollitur ad-
miniſtratio. notat etiam hic, quòd ad inquiſitionem
proceditur propter ſolam infamiam dilapidationis,
etiam ſi non ſit ſuſpectus, ſed nõ ad remotionem ab
adminiſtratione, niſi ſit ſuſpectus, vt hic. vel dic, quòd
maior ſuſpitio eſt neceſſaria, ut remoueatur ab admi
niſtratione, quàm ad procedendum ad inquiſitionẽ
ſecundum Innoc. dicit etiam Hoſtien. eum ab admi-
niſtratione ſuſpendi, quando ipſo adminiſtrante in-
quiſitio impeditur, tunc enim alius adminiſtrator ſur
rogatur. & ſic intelligas. 3. q. 2. quia ea, arg. C. de ſuſpe.
tu. eum quem, ſupra de accuſ. olim. & ſecundum hoc
13 intelligantur no. in dec. uenerabili. dicebat † Hoſtien.
quòd quando de dilapidatione inquiritur, fiunt duæ
inquiſitiones, prima de ſuſpitione: ſecunda de uerita-
te. de prima fit inquiſitio ſummaria: ideò quia time-
tur, ne is, contra quem de ueritate inquirendum eſt,
officiales corrumpat, & inquiſitionem ueritatis im-
pediat, ſi in adminiſtratione perſeueret: ideoque ſi de
ſuſpitione ſummariè inquiſita ſuſpectus appareat, ab
adminiſtratione remouetur, ut hic, & 3. q. 2, quia ea,
ſecundum Goff, ſicut aliàs propter inquiſitionem fit
ſequeſtratio, ff. de app. imperatores. 2. q. 6, quot. & ſa-
cerdos ab executione ordinum ſuſpenditur, ſupra eo
dẽ accuſatum, & c. quot. infra de pur. can. inter ſolici-
tudines, & tutor ab adminiſtratione, ſi ipſum ſuſpe-
ctum eſſe liqueat apertiſſimis argum, ff. de ſuſpe. tu, l.
c 4, §, præterea: qui ſi ob fraudẽ remoueatur, infamis [c]
fit. C. de ſuſpe. tu, l. fi aliàs autem non remouetur, niſi
probata ſuſpitione, ut hic dicitur, & in aucten. de non
ali. re. ec, §. quia uerò Leonis, & ſequentibus, colla. 2.
14 ¶ Probatur † autem ſuſpitio per coniecturas, ut ſi ec-
cleſia magnos habet reditus, nec requiruntur magnę
expenſæ, & nihilominus eſt prælatus magnis debitis
obligatus, ut hic patet. nec excuſet ſe obtentu nobili-
tatis: quia quamtũcunq; nobilis ſit, reſtringere debet
ſe, & temperare expenſas ſecundum eccleſiæ faculta-
tes, ut patet in eo, quod legitur & not. ſupra de uita &
ho, cleri. quoniam, rub, 1. ſupra de inſti. cap, 1. & c, au-
ctoritate. probata uerò ſuſpitione ſuſpecto ſuſpenſo
inquiretur de ueritate dilapidationis non ſummatim
ut prius, ſed plene, & ſi ueritas reperiatur, nec poſſit ſe
excuſare, omnino deponetur ab adminiſtratione in
perpetuum, & dabitur nõ coadiutor, ſed adminiſtra-
tor, C. de ſacroſanc, ec. iubemus, 12. q, 2. nobis. Igitur
per primam ſententiam remouetur ab adminiſtratio
ne temporalium, quæ eſt in actu tantum, ſiue ſuſpen-
ditur, ne impediatur inquiſitio veritatis, & ne interim
bona eccleſiæ diſſipet, ut hic innuit, & 3. q. 2. quia ea,
ibi, interim & c. nihilominus tamen prælatus rema-
net, & adminiſtrator in ſpiritualibus 12. q, 2, nobis, &
c, vulteranę, 8. q. 4. nonne. 15. q. fi. c. fin. ſupra vt lit, pen,
per totum, ſecundum Goff. quod intelligas, niſi & de
ipſius malitia ueriſimiliter præſumatur; puta aſtrin-
git ſibi illos, qui ueritatem ſciunt, uel alio modo cor-
rumpit, uel eis minatur, ne ueritatem dicant, ſupra de
teſti. cum literis. §. 1, & cap. conſtitutis. 1. reſpon. tunc
enim & à ſpiritualibus ſuſpendi poſſet, infra de exceſ.
præla. tanta eſt clauis. nam & adhuc iuſtè timere poſ-
ſunt ſubditi, cũ ipſius iudicio nunc poſſint opprimi,
nunc erigi pro libito uoluntatis, 16. q, 2. ca, 1. poſt me-
dium, ad idem in eo, quod legitur. & not. ſupra de ac-
cuſa. olim, & c, cum P, §. prouiſo. In ſecunda uerò ſen
tentia, & quò ad actum, & quò ad ius omnino remo
uetur ab adminiſtratione ſpiritualium, & tempora-
lium, ſupra de accuſa. qualiter. 2. §. 1. in fi. & licet remo
tus in ordine ſuo remaneat: executionem tamen or-
d dinis non habebit, [d] cum per ſententiam remaneat in
famatus, C. de ſuſpec, tu. l, fin. & quia eius delictum fa-
ctum eſt notorium iuris, ſupra de tempori. or. c. fi. ſu-
pra de coha, cleri. & muli. c, noſtra, & c. fin. ſecundum
Goff. Si uerò conuinci non poſſit, poterit ſe purgare,
ut patet in eo, quod legitur & no. ſupra de accuſ. cum
15 P. §. fi, & c. ueniens, in fin. & † no. quòd in hoc crimine
tria ſpecialia poſſunt notari. primum eſt, quod abſens
& contumax condemnatur, etiam lit. non cont. C. de
pœnis, ne diu, contra regulam, ſupra ut lit. non cont.
ſecundum eſt, quòd propter ſolam ſuſpitionem per
coniecturas probatam ſuſpenditur is, contra quę fit
inquiſitio ab adminiſtratione, ut hic, & ſupra no. con
tra illud, ſupra ut lit. pen. tertium eſt, quòd quilibet au
ditur accuſans. nec enim gaudere debet priuilegio,
qui ſuos contubernales affligit. C. ubi de crimine agi
oportet l. 2. primò tamen ſunt hi, quorum intereſt, ad
mittendi. 16. q. 7. filiis 2, q. 7. quapropter 12. q. 2. nõ li-
ceat. nam & in popularibus actionibus magis idonei
præferuntur, ff. de popula. actio. l. in popularibus 35.
quæſtio. 6. c. 1. ſupra qui ma. accu. poſſ. uidetur, & de

hoc

16 hoc,no.de re.ec.non ali.ſiquis preſ.ad fi.† [*Multas*] ini-
micitias,& conſpirationes,& hæc admittuntur. adul-
terium,& furtum; & hæc repelluntur [*Teſtes*] contra
exceptio repellit iudicem,quæ non repellit teſtem,ſu
pra de off.dele.cum.R.ibi iudex repellitur, qui admit
teretur in teſtem,de offi.ar.c.fi.dicit Hoſtien.quòd ca
ſus diuerſi ſunt, non aduerſi. in criminibus teſtimo-
nium odioſum,& multum læderetur accuſatus,ſi nõ
admitteretur exceptio contra teſtem. item multum
læderetur iuſticia,ſi ſic de facili repelleretur, uel recu
ſaretur teſtis ut iudex.non ſunt igitur probationes pa
rimendæ,ſed dilatandæ, ſupra ut lit. non conte.quo-
niam,in princ.de facili uerò remouetur iudex ſuſpe-
ctus: quia coram ipſo periculoſum eſt litigare 3. q. 5.
quia ſuſpecti,ſupra de app. ſecundò requiris: ſed nec
ita facile remouendus eſt accuſator ſuſpectus ut iu-
dex: quia nec accuſator condemnat, ſed iudex. unde
maius periculum uertitur circa illum,quàm circa ac-
cuſatorem;& ideo plus prouidendum,de ele.ubi pe-
riculum, in princ.libr.6. [*Confuſa*] ſic ſupra de probat.
17 quoniam [*Succumberet*] quod † eſſet,ſi admitterentur
conſpiratores,& inimici [*Impunita*] quod eſſet,ſi repel
lerentur fures,& adulteri,cum forte per alios ptoba-
ri non poſsit [*Aequitate*] ſi.de offi. dele. quærenti [*Dun-
taxat*] non excludit exceptionem excõicationis, quæ
ſemper admittitur.de excep. exceptionem, & aptius
de ſen. ex.decernimus,li.6.ſed de criminibus tantum
hic tractat,ſecundum Gof. [*Quæ*] ſupp.ſi eſſent [*Videan
tur*] ipſi teſtes. & exponit Hoſtien. 1.euidenter præſu-
18 matur.¶ †Glo. 7. ponit duos caſus, in quibus moni-
tio eſt neceſſaria,ſcilicet in denunciatione,& excom
municatione, & tres, in quibus non eſt neceſſaria 1.
in accuſatione,dupliciter ſoluens quædam contraria
2.in inquiſitione 3.in pecuniaria cauſa.huic opponit
de l.debitores,& ſoluit. ¶ *Glo.ſic ſupra*] ad id,quod dici-
tur, ſecundum modum agendi, & c.alle.6.concor.ſi-
gnat tria contraria.primum & tertium inſoluta dimit
tit, de ſecundo remittit. ¶ *Glo.quò prælatus*] ad id,quod
dicitur,denũciatores teſtificari,ſignat duo contraria.
primum ſoluit.¶ *Glo.qui enim*] præmiſſo de forma pro
ceſſus contra dilapidatorem, quærit, an ſi reddat ec-
cleſiam indemnem &c. arguit quod ſic, & remittit.
19 ¶ *In† 7.glo.ibi,debitores*] ſequitur,præſentes prius denun
ciationibus admonendi ſunt. ¶ *In glo. ſic ſupra ibi,Pom-
ponius in negocijs,in fi.*] ibi,pro qualitate perſonarũ actio
formatur,& condemnatum moderatur [*Et ibi,ut fun-
dus*] in iudicio communi diuidundo non iudicat iu-
dex fundum uni adiudicatum, alteri fundo ſeruire:
quia non poteſt excedere,quod in iudicium eſt dedu
ctum. ¶ *In glo.quo prælatus ibi.l.3.*] uide in præ. decr.pri-
ma,de of.or.in glo.2. [*Et ibi.§.præterea*] uide de iudc. at
ſi clerici,ſuper glo.2. ¶ *In glo.uidetur,quod & in glo.ſequen
ti,ibi,ſi quemquam*] ibi in fi.habetur, quòd ad inſtar pu-
blici criminis,& læſæ maieſta.accuſatione propoſita
à gradu ſacerdotii retrahitur, & perpetua notatur in-
20 famia.¶ *In †glo.1.in fi.*] & ſupra ut lit.non conte. quo-
niam,§.quòd ſi ſuper,de app.qua fronte,& de re.ecc.
non ali.ut ſuper,de plus pe.c.uno, & de regula.licet,
ad fina. ¶ *In glo.2.in fi.*] i.Re.3.& 4.¶ *In glo.3.in fi.*] habet
21 hiſtoria,quod† reuelauit dominus Samuel ſe iudica-
turum domũ Heli, quia nouerat filios ſuos indignè
agere,& non corripuerat eos.quòd cum Samuel nar
raſſet Heli,reſpondit dominus eſt, quòd bonum eſt
in oculis ſuis, faciat. cumque poſtmodum in bello,
quòd filij Iſrael cum Philiſteis habuerunt, cecidiſſent
ex eis 30.milia peditum,& arca domini capta eſſet &
duo filii mortui, Heli audito de arca domini, de ſella
corruens &c.¶ *In glo.ex hoc,ibi, admonitio*] hoc cõtra, &
Vincen. hic de hoc 1.quæſti.3.ex multis,& q.7.requi-
ras [*& ibi,accuſari*] niſi probaretur diſpenſatum,de ſciſ-
ma,cap.2.ubi de hoc [*& ibi,admonitio*] iudicis,non par-
tis [*& ibi,indignè*] ubi de hoc [*& ibi, honeſtate*] uel ex ne-
ceſsitate,cum dies ſtatuta non fuerat ad ſoluendum,
ut ibi no. [*& ibi,accuſatio*] ibi de hoc in glo.ante pe.¶ *In
glo.86. in fi.*] & quod infra dicit de ſenioribus,& de di-
ſtrictione canonica,expone, ut ibi no.ad idem 15.q.
22 7.ſi quid igitur. ¶ *In glo.non enim ibi, matrimonij*] & † ubi-
cunque lis cum ſolo iudice agitur,de app.cum ſpecia
li,Vinc.¶ *In glo.ſic.ſupra ibi,ſemper*] ſaluo,quod dixi de fi-
deiuſ. peruenit, ſuper ulti.gloſ. [*& ibi, ex parte*] dic ut
ibi dixi ſuper glo.argum. quòd Hoſti.etiam dicit con
traria de decim.dudum,de re iudi.cum Bertoldus, de
conſue.cum dilectus, Et ibi remittit etiam Gof.vbi ui
de in glo.ſupple quod,& in glo. cum ergo [*Et ibi,& in
fi.*] & La. ſed certè ibi non pronunciatur contra natu
ram illius actionis quanto minoris. licet enim per il-
lam agatur æſtimatoria actione,ſcilicet quanti mino
ris fuiſſet emptor empturus: quia tamen iudex inue-
nit nullam eius æſtimationem,& nullum precium,&
ſic emptor pro nihilo empturus fuiſſet, & ideo facit
rem redhiberi.Goff.minus enim ualet,quod nihil va
let,ff.de tribu.l.illud §. minus, & ff.de reg. iur. minus
ſolutum intelligitur,& ſi nihil ſolutum ſit.¶ *In glo.quo
prælatus,ibi,innotuit*] ibi miſſus ad vnum non admittitur
ad aliud: ſed illud uerum nomine mittentis, hic autẽ
teſtificantur nomine proprio [*& in fi.*] Vincen. quaſi
d.quòd eſt magnum argumentum,quòd inimici nõ
ſint, ex quo fuerant ad denunciãdum admiſsi: tamẽ,
ut patet ex fi.hec exceptio reſeruatur.¶ *In glo.ſcilicet cri
minibus,in fi.*] uide quod dicam,infra c.proxi. in princ.
quod hic no.Innoc.¶ *In glo.qui enim ibi, in cauſa huiuſmo-
di*] & per Io.3.q.2.quia ea [*& ibi.l.ulti.*] adde,quod not.
infra cap.prox.in glo.pen. [*& ibi,uidetur quod ſic*] & hoc
23 †tenet Vinc.præſtita cautione in futurum 27. diſti.de
Syracuſanæ.quod mihi non placet.decr. quòd ſicut,
non ob.quia ibi facta fuit gratia c. de Syracuſanæ,nõ
loquitur de dilapidatore,ſed de eo,in quo ptopter fi-
lios timebatur dilapidatio, & ſatiſdatio non immu-
tat &c.inſtit.de ſuſpec.tu.§.pe.Goff.idem Io.& Egi.&
Ho.dicit hoc uerũ,etiam ſi eſſet epiſcopus, tum pro-
pter dilapidationem,tum propter periurium, cum ſa
cramento teneatur non alienare,de re.ecc.non ali.ut
ſuper,de feu.c.2.¶ *In glo.uidetur,quòd ibi,ſane*] ubi de hoc
[*& ibi,ſi quis papa*] ubi de hoc,& 1.q.1.ſi quis epiſcopus
[*& in fi.*] 2.q.1.in primis. ¶ *In glo.quia,ibi,ſimoniacum*] idẽ
24 Gof.dicitur†.tamen ſimonia piaculare flagitium pro
pter ſimilitudinem 1.q.1.quiſquis,vbi de hoc [*& in fi.*]
de hoc 15.q.3. ſane. dicebat Hoſtien. quòd ſi accuſa-
tus de crimine læſe ma.propter hoc ſuſpenditur,non
erit forſan propter immanitatem criminis reproban-
dum,infra de pur.cap.inter. ¶ *In glo.pe.ibi,qualiter*] ubi
nominatiuus, compulſi, ponitur abſolutè,uel poni-
tur pro datiuo, ideſt compulſis [*& ibi,euangelij*] Nume
ri.20.D.habetur hoc in euangelio non credo.

ANNOTATIONES.

a ¶Propoſuit.Vide Inno.de uerb.ſi.ueniens,& per Io. And.de of.
ord.c.ordinarij,lib.6.& in c.1.de reg.iur.lib.6.uide in ca. ad no-
ſtram,3.de iureiur.

b ¶Præterea.Ibi dicit tex.apertiſſimis documentis,in l. quòd ſi for
te pendebat accuſatio ſuſpecti contra tutorem, & ibi uide doct.

c ¶Infamis. Secus, ſi per inquiſitionem:ita no. glo.in §.præterea,
præalle.quod dicit Bar.alibi,non haberi,ſed uide glo.fin. in l.fin.
C.de ſuſpec.tu.

d ¶Habebit. Quò ad ſe,non quò ad alios,ex quo in ordine tolera-
tur,uel etiam quò ad alios ſecundum Di. Inn.in.c.ſi.de temp.or.
& uide Io.And.in c.ueſtra,hic alle.

*SVMMARIVM.*

1 *Rodericus Hiſpanus epiſcopus Palentinus.*
*Hac quæ continieantur decretali.*

*Inqui-*



2 *Inquiſitio quotuplex,& eius proceſſus qualis,remiſſ.an fiat ſuper ſtatu eccleſiæ infamato prælato cum forma iurandi,remiſſ.quid eam inducat, num.3.*
3 *Viſitatio duplici de cauſa fit, & etiam ſine infamia ab ordinario.*
*Remotio quorum facilior,& quorum difficilior, ob eam quis infamis euadat, num.16.*
*Regularis differt à ſeculari, & quo caſu hic.*
4 *Teſtes tales,qualis accuſatus,admittuntur,& qui aliàs admittatur,num.7.9.13.§.in glo.& ita,& num.14.& 15.*
5 *Quid credatur.*
6 *Simonia crimen maius cæteris,& duplex gradu.*
7 *Adminicula quæ hic.*
8 *Mutatio ſtatus an faciat deſinere inquiſitionem.*
*Ea an ceſſet mortuo capite, ſi ſit impetrata in capite & in membris.an per ceſſionem,num.fin.*
*An fiat in ſucceſſores.*
9 *Epilogus gloſſarum.*
*Inimicitiæ non capitalis effectus reconciliationis etiam remiſſ.*
10 *Suffragium gloſſarum.*
*Voluntas defuncti ambulatoria uſque ad ſupremum uitæ exitum.*
*Calumniatus ſemel me, etiam alio crimine non me accuſat, §.2.*
*Patroni tutoris famæ parcitur,§.pen.*
*Suſpecti tutoris cognitio poſt finitam tutelam ſoluitur.*
11 *Additio gloſſarum cum nu.ſequen.*
12 *Ob inſufficientiam prælati quando remoueatur, & quando coadiutor detur.*
13 *Conſpiratio quando fit in malum, eſt grauiſſimum crimen.*
14 *Arbitrium diſcreti iudicis, quæ temperent.*
11 *Poſt mortem litigatoris in quibus caſibus procedatur.*

## CAPVT XXXII.

PEr tuas. Caſus eſt præcedentis.
&intendit, quod ibi di-
1 xi,ponebant Pe.& Abb.uerſus,quos†fuiſ-
ſe dicebant Roderici Hiſpani, epiſcopi Pa
lentini.Qualiter.in qualem,per quos, quæ culpa pro-
betur.adde modum cæli,ſic diſtinguas,Licet Heli.Et
ſunt duæ partes in 1. conſultatio. in ſecunda reſpõſio
ibi.Noueris,que primò diſtinguit circa.5.ſecundò co
aptat illa propoſito,repetens factum, & declarans in-
terlocutoriam decr.ſupra proximæ. tertiò ibi, Tales
reaſſumendo,concludit.quartò ibi,Vnde,recitat ceſ-
ſionem [*Ad abolendam*] & in cuius fine ſic dicebatur,
Cũ tanta ſit labes huius criminis, ſicut in canone cõ-
tinetur, quòd ad ferendum in ea teſtimonium quili-
bet admittatur [*Edidimus*], ſ. cle.3. [*Ad cnius*] ſup.& om-
nium iurium, ſi qua ſuper hoc uiderentur contraria.
Hoſtien. [*Et utrum*] ſupp. ſi ciuiliter, ſecundum glo. &
Hoſtien. [*Rigorem*] ideſt aliquo proſequente, de accuſ.
cum oporteat, & c.ſe.Hoſti. [*Aequitatis*] ideſt ex puro
officio nemine proſequente,Inno.ſupra cap.prox.cu
2 ius glo.poſuit hic Hoſtien.tractauit† de inquiſitione,
quomodo interdum ſit ſpecialis, interdum genera-
lis ſuper ſtatu eccleſiæ, & quomodo in prima expri-
merent capitula,& crimina.in ſecunda nõ.de his ple-
nè dixit, ſupra ti. 1. qualiter. Tractauit etiam,an infa-
mato prælato poſsit inquiri ſup ſtatu eccleſiæ, & qua
liter tunc ſit forma iurandi.& de hoc dixi eo. ti. cum
3 dilecti, in princ.in glo.1.ipſius,& glo.ſeq.ſcias† etiam,
quod & ſi infamia non præcedat, ordinarius uiſitare
poteſt, cum illud faciat non ſolum propter crimina
corrigenda,ſed etiam propter populum inſtruendũ,
10.q.1.decernimus,& c.epiſcopus,& c. placuit. aliam
a uerò inquiſitionem inducit ſola infamia ſecundum[a]
eos.Et ſupp. non ſecundum temperantiam æquitatis
proceditur, diſtinguendum eſt,utrum &c. [*Ipſe*] con-
tra quem proceditur [*Regularis*] qui facilius remouet
[*Secularis*] qui difficilius remouetur [*Inferioris*] puta Ab
bas,uel inferior,qui facilius remouetur,ſupra tit.2.ad
4 petitionem,& c.qualiter 2. in fi. [*Bonæ famæ*] quo † ca-
ſu non admittentur niſi teſtes honeſti. Hoſtien. [*Infa-
matus*] quo caſu conſimiles in tanto crimine admittũ-
tur.de hoc,ſupra ti.2.cum P.Et ſupp.ſi fuerit grauiter
infamatus,conſiderandum eſt &c, Hoſtien. [*De facili*]
& ſic leuius tranſeatur [*Scandalo*] & ſic non quilibet ad
mittitur [*Præterea*] & ſic proſequitur tertium de quali-
5 litate teſtiũ [*Honeſti*] quibus † ſemper creditur. Et ſup,
ſi criminoſi [*Emendati*] quibus creditur, argum.l.di.fer
rum [*Perſeuerant*] quibus non creditur;quòd dic,ut ſu
pra de teſti, teſtimonium. Rurſus proſequitur quar-
tum de qualitate criminum. & ſupr,conſiderandum
eſt [*Crimina*] obiecta teſtibus [*Eadem*] reſpectu illorum,
6 de quibus agitur [*Maiora*] ſed quomodo ſunt † maiora
quoniam ſimonia? contra id.1.q,ult,patet,& infra eo.
c.dic, quòd non reſtringit ſe hic ad caſum noſtrum,
ſed dat generalem doctrinam: uel dic hoc dictũ:quia
in ſimonia ſunt gradus: quia altera maior altera: ut ſi
inquiſitus de ſimonia, quia prohibita, excipit de pro
hibitio,quia ſimoniacum.de hoc,de offi.dele.ex par-
te [*Iuſtitiæ*] quam ad ueritatem dicendam habere poſ
ſet etiam criminoſus [*Denique*] proſequitur quintum
& ſuple. ſi criminoſi ſunt teſtes, eſt conſiderandum,
7 utrum &c, [*Adminicula*] puta † infamiæ,uel unius boni
teſtis,Pe. [*Suffragentur*] quo caſu admittũtur teſtes ma-
xime emendati, infra uerſ.cæteris [*Ille quidem*] repetit,
quod prius diſtinxerat,& ad factum reducit [*Debilita-
reut*] ſcilicet exceptiones furti, & adulterij [*Ex toto*] ſig,
argum.ſupra de ſucceſ.ab inte.c.fin. [*Tales*] ſcilicet cri-
minoſos maximè emendatos, quibus minores oppo
nebant ex zelo iuſticiæ deponentes aliis adminiculis,
ſuffragantibus ſecundum Hoſtien. [*Contra talem*] ſcili-
cet regularem inferioris gradus grauiter infamatum,
& qui poteſt ſine ſcandalo remoueri, Hoſtiẽ. (*Taliter*)
cum agitur ciuiliter ſecundum temperantiam æqui-
tatis,non ut ab ordine deponeretur, ſed ut ab admini
ſtratione remoueretur, Hoſtien. [*Ceſſit*] quærebat hic
8 Abba.ſecundum Vinc.quid † ſi pendente inquiſitio-
ne contra aliquem Abbatem ille promoueatur ad
epiſcopatum inquiſitione pendente, nunquid inqui-
ſitores procedere poterunt? uidetur quod non 3.q.2.
cap.fin.ipſi tenent contrarium, quòd animaduertere
poſſunt, ut pœnitentiam imponant, & aliàs non, ut
b ab epiſcopatu remoueant, [b] inducunt ff.de tranſact.l.
3.nec ille debuit promoneri 81.di.tantis, ſupra titu.2.
omniporens, ubi etiam quædam dixi per eos hic no.
Dicunt etiam,quod ſi pendente inquiſitione in eccle
ſia promoueretur ſubditus in prælatum, procedit in-
quiſitio ut in membro, non in capite contra illum ra
c tione principii, de elec.dudum.1.& 2.de proba.poſt[c]
ceſsionem. Dicunt etiam,quòd promotio non tenet
per ca.tantis.& ſi impetrata ſit inquiſitio in capite, &
in membris,canonici mortuo capite poſſunt eligere,
quamdiu ſunt canonici 1.q.1.dedit. Si autem mortui
ſint illi,in quos debebat fieri inquiſitio,videtur,quòd
fiat in ſucceſſores,argum.de off.dele.quoniam,de im
mu.ec.aduerſus,Sed non eſt ita: quia crimina morte
extinguntur.C.ſi reus,uel accuſa,mor.l.1.Quod intel-
lige,quando contra nominatas perſonas facienda eſt
inquiſitio:Secus,ſi non nominatis perſonis contra ca
pitulum ſit facienda:quia capitulum ſemper eſt idem
ff.de iudi.proponebatur.7.q.1.denique, argum.16.di.
habeo,ſecundum Abb.de his omnibus uide in Spec.
de inquitione.§.nunc uidendum,ver.nunquid ſi pen
dente,& ſe.uſque ad fi. & uide quod dixi de elect.per
9 inquiſitionem,ſuper ulti.glo. ¶ †Gl.1. ponit caſum 5.
opponit,quòd in iudiciis &c.ſoluit.¶ *Glo,propter alias*)
tractat, quòd inimicitiæ non capitales non repellunt
à teſtimonio,ſed fidem minuunt, & quid ſi facta fue-
rit reconciliatio?¶ *Glo.& ſic*) quærit de periurio, an ad
mittatur

mittatur.ſoluit quod non.¶[*Glo.uerba iſta*)hæc glo.pro
ſequitur duas lecturas,unam ſcilicet.La.aliam Io.Vin
cen.& Tan.qui uariant in diſtinctione circa perſonas
teſtium: quia ſecundum La.ſoli emendati admittun-
tur. ſecundum Io. & ſequaces etiam non emendati:
quia tamen utraque lectura diſtinguit perſonam,cō-
tra quam: concluditur tales admittendos contra re-
ligioſos, qui non admitterentur contra ſeculares. ad
quod ſignat gl. contrarium de cap.in primis.2.q.1.re-
ſpondet, quòd in accuſatore loquitur. obiicit lecturā
La.per dec.teſtimonium, quòd ſi hic requiruntur te-
ſtes emendati, nil erit ſpeciale in ſimonia. Item obii-
cit textui,& utrique lecturæ.reliquæ diſtinctiones ſu-
perfluæ præter illam de modo agendi,& qualitate te-
ſtium,& acquieſcit obiectioni.uel ſecundum gl. dec.
teſtimonium,loquitur in non exceptis. ¶Pen.glo.in
amoto diſtinguit tres caſus. ¶Vlti.glo.quærit, an pro
pter ceſsionem inquiſiti deſiſtat iudex, & capi.arguit
10 pro & contra.¶[*In*† *5.glo.ibi l.1.§.2.*) uide de iur.calum.
literas, ſuper 1.gloſſ. ¶[*In glo. propter alias, ibi licet*) uide
hanc,& ſequentes de accuſa.cum oporteat,ſuper glo.
patet (*Et ibi l.3.*) uide ut lite non conte.accedens 2.ſu-
per 5.glo.(*Et ibi,& læſæ*)hæc lex probat, quod dicit gl.
& reddit rationem,quia ambulatoria eſt uoluntas de
functi uſque ad ſupremum uitæ exitum. ¶[*In glo.Et ſic
ibi §.eiſdem*) ſemel calumniatus contra me,etiā de alio
crimine me poſtea non accuſat,& no. de ſpon.is qui,
in glo.2.¶[*In glo.Et ita ibi,ad probationem*)uide in cap.ſta-
tim all.ſuper 4.glo.¶[*In glo.pe.ibi,patronus*)ille tutor, qui
remouetur:quia tunc parcitur ipſius famæ. ¶[*In glo.ul
ti.ibi, ſi quis poſtea*] ponit caſum dec.pe. de fo.compe.
[*Et ibi,poſt finitam*] ſequitur, tutelam cognitio ſuſpecti
11 tutoris,quamuis pridem recepta ſoluitur. ¶[†*In glo.1.
ibi,regularis*] uel ſecularis ſecundum Hoſtien.& G.Na.
¶[*In glo.3.ibi,excepto*]ut hæreſis,infra de pur.can. inter,
uel læſa maieſtate,de confeſ.ca.1.Hoſtien.¶[*In glo.puta
ibi, alterius*] hoc quò ad iuſtitiam imponendam parti
contra partem ſecundum Hoſtien.& de hoc,infra de
reg.iur. in iudiciis,lib.6. ¶[*In glo.hoc ideo,in fi.*]quod dic,
12 ut eo.titu.cap.1.li.6. ¶[*In*†*glo.propter,ibi,prælatus*] etiam
epiſcopus, ut in proxima concor.ſed contra licet ſim
plicitas promouendum impediat 29. di.Petrus; pro-
motum tamen non deiicit 11.quæſt. 1.fratris: ſed ibi,
loquitur de columbina.dixit Hoſtien. ſupra c.proxi.
uer.cum igitur,quòd ſi inſufficientia erat intolerabi-
liter, remouebatur: aliàs dabatur coadiutor. 1.quæ-
ſtio.1.quia Ioan.& capi.quamuis triſte. uide quod di-
xi,de æta.& qua.cap.fin.in gloſ. quid de Abbate. ¶[*In*
13 †*glo.conſpiratio,ibi crimen*]quando conſpiratio fit ad ma
lum:ſecus, ſi ad bonum.de hoc 11.q.1. ſi qui clerico-
rum,& dixi ſupra de iud.exhibita,ſuper 4.glo.¶[*In glo.
propter alias,in fi.*]& ibi de hoc, & ſupra de accuſa. cum
oporteat,in glo.patet.& uide quod ſuper ea dixi. ¶[*In
glo.Et ſic,in fi.*] fallit in caſu de hæret. accuſatus.§.licet,
lib.6.¶[*In glo.& ita,ibi,probationem*]Dicit Hoſtien.hanc
gl.intelligendam,quando de aliis criminibus agitur,
uel de crimine ſimoniæ contra non infamatum: aliàs
tales contra tales admitterentur,ut ſequitur.¶[*In glo.1.
ibi,tantum*]de hac expoſitione uide plures concor. 12.
14 di.illud.¶[*In glo.uerba iſta,in fi.*]dixit †Hoſtien.cum mul
ta ſparſerimus, licet per prædicta in multis inſtruan-
tur iudices,finaliter hęc materia iudicatur arbitraria,
ut patet in eo, quod legitur & no.de teſti. præterea §.
fin.de accuſa.cum oporteat,& c.inquiſitionis,& cap.
qualiter. 2.imò uidetur, quòd ipſam ſequatur, quod
ſit arbitraria.& facit quod dixi,de homi. ſicut dignū,
in fi.1. reſpon. unde dicebat Innocen. quod ſi agitur
in modum denunciationis,ſicut ad denunciandum,
ſic ad teſtificandum admittuntur infames,& ſummè
crimino ſi,dummodo ſint emendati,de teſti.quoniā.

Si uerò fiat inquiſitio,& ſit crimen exceptum, admit
tuntur crimino ſi, & etiam mulieres, non ſecundum
rigorem iuris, ſed ſecundum temperantiam æquita-
tis,quæ temperantia arbitrium diſcreti iudicis mode
ratur,qui multas conſiderationes habebit,leuius pro
cedendo, ſi agatur in modum inquiſitionis, uel de-
nunciationis, quàm ſi in modum accuſationis. item
leuius conſiderata æquitate, quàm conſiderato rigo
re, quamuis rigor,ubi criminaliter agitur,non poſſet
facile temperari.2.q.7.ſi quis epiſcopus.2. q.8.ca.1.ni-
ſi in crimine excepto,ſupra eo.tanta. Secunda conſi-
deratio circa perſonā,contra quam proceditur,ut fa-
cilius admittat teſtes,& procedat contra religioſum,
quam contra ſecularem.& facilius,ſi eſt minoris gra-
dus, quàm maioris, & facilius contra infamatum,
quàm contra illum,qui eſt bonæ famæ, & forte con-
tra illum nullo modo. Et facilius contra illum, con-
tra quem ortum eſt ſcādalum.& facilius,ſi poſsit pu-
niri de facili. Tertia conſideratio erit circa teſtem,ut
facilius admittat honeſtum, quam crimino ſum: fa-
cilius emendatum, quàm in crimine perſeuerantem.
Et facilius crimino ſum teſtificantem ex zelo iuſticiæ,
quàm ex odii fomite. Quarta conſideratio uerſatur,
circa oppoſita.facilius enim admittet teſtes, quibus,
minora, quàm quibus eadem opponuntur. & ſi ea-
dem cum ſunt ſocii,non facile admittentur, ſupra de
teſti.ueniēs.item facilius,ſi ſint paria,quàm ſi ſint ma
iora.item facilius,cum crimino ſi teſtes habent admi
nicula. item conſiderabit, an crimen ſit exceptum;
quod facilius conuincitur. Alii dicunt hæc omnia lo
cum habere in exceptis criminibus tantum,& quan-
do ciuiliter agitur.& quòd hæc temperantia non cō-
mittitur iudicis arbitrio,cum in iure ſit ſcripta ſecun
dum Innoc.argum.de offi.dele.de cauſis: ſed ut dixit,
Hoſtien.hoc nihil eſt:quia & ſi ſcripta ſit, generaliter
tamen ſcribitur,nec qualiter ea,uel in quibus præciſè
utendum ſit,uel non declaratur,ſeu diffinitur,& ideo
ipſam inſtructoriam & arbitrariā iudicare debemus
ſupra de tranſac.c.fi.de reſcrip.cum contingat.¶[*In gl.
15 ſic,ſupra in fi.*]dicebat † hic Goff.contra clericum ſecu-
larem etiam in crimine ſimoniæ infames ad teſtimo-
nium non admitti,etiam interuenientibus omnibus
adminiculis,de quibus hic habetur,quæ coadiuuant
ſolum contra regularem,& de æquitate, non de rigo
re: fatetur tamen clericum ſecularem in hoc crimi-
ne,ſi infamatus eſt, accuſari per infamem.ratio diuer
16 ſitatis hic habetur in litera. ¶[*In glo.ubi*†*quis,ibi,infamis*]
hoc uerum,ſecundum Hoſtien.niſi exauctorando .i.
degradando ſit amotus. tunc enim infamis eſt,& cau
ſa ignominiæ non addatur.ff.de his,qui no.infa.l.2.§.
ignominię[*& in fi.*]quod intellige,vt ibi no.& dixi ſu
17 pra de elect. ſuper eo. ¶[*In glo.ult.in fi.*]dicebat†Hoſtiē
hanc gloſſ. ueram, cum ille paratus eſt pœnitentiam
agere: aliàs contra 2.q.1.ſi peccauerit,infra de collu.
d crimina, dummodo non interſit alicuius ratione[d] ex
penſarum, uel fructuum, uel ut ſciatur,à quo, & de
quo ſit eccleſiæ prouidēdum,in quibus caſibus,& an
poſt mortem litigatoris proceditur.C. ſi pe.ap.per to
tum,C.ſi reus,uel ac.mor.fue.per totum, ſupra de ar-
bi.ex parte,infra ut lit.pen.c.1.& 2.lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Secundum. Vide materiam inquiſitionis in l.2. §. ſi publico,ff. de adul.per Bar.

b Remoueant. ad materiam facit q. de laico facto clerico, de quā per Bar.in l.1.ff.de pact.& Io.And.in c.1.de obli.ad ratio.

c ¶Poſt.Vide q.quam ponit Io.And.in ſpec.ti.1.§.reſtat, uer.quid ſi cauſa,& Bar.in l.leg.§.1.ff.de leg.3.

d ¶Ratione.Vide Bar.in l. deſtitiſſe, ff.de iudi. & uide bonum tex. in l.fi.& c.de ingenuiſ.§. ibi Bal.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Pecunia data pro confirmatione quando non imputetur confirmato, & nu.3.in fi.& nu.9.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *De medio pro de hoc mundo, & quare.*
*Pater pro abbate.*
2 *Electus petit confirmationem, ad fin.*
*Vt eligatur etiam, quis petit.*
3 *Facere dicitur,qui non facit.*
*Pecuniæ obediunt omnia.*
*Præſertim,ut hic ſumatur.*
4 *Solutio hic inducit uitium, alibi purgat.*
*Canonica pœna quæ.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.6.*
*Tacens conſentire uidetur.*
*Ratum poſſum habere etiam non nomine meo geſtum.§.1.*
*De fraude quis ſua commodum reportare non debet.§.2.*
7 *Additio gloſſarum,& nu.qui ſequuntur.*
*Religioſus eligi poteſt etiam ad alienam eccleſiam.*
8 *Adminiſtrare ante confirmationem an quis poſſit.*
*Confirmatus quid facere poſſit,& æquiparatur miniſtratori.§.1.*
*Excommunicationis ſententia ſi feratur in malefactores, niſi ſatiſfecerint, poteſt ab epiſcopo latore reuocari,ibid.*
9 *Electio, ſeu confirmatio an ualeat, pro qua data pecunia fuit.*
10 *Iudicandum non ſecundùm conſcientiam, ſed ſecundum probata.*

## CAPVT XXXIII.

1 SIcut tuis. C.Non † imputatur cō
firmato,cum eo prohi
hibente pro ipſius cōfirmatione pecunia
data fuit. Et ſunt duæ partes. in 1. abbatis
conſultatio in ſecunda.ibi, Quamuis,papæ reſpōſio
prima.6.narrat. 1.quærentis electionem. ſecundò ip-
ſius adminiſtrationem ibi, Et quoniam.3.confirma-
tionis denegationem ibi, Cęterum.4.electi inhibitio
nem ibi, Verum.5.inhibitionis tranſgreſsionem ibi,
Sed quidam.6.electi confirmationem ibi, Et ſic, Se-
cunda prin. facit.4.primò ſoluit obſtaculum. ſecūdò
reſpondet ibi,Taliter.3.reſpōſum fortificat ibi, Alio-
quin.4. contra facientes proteſtatur ibi, Illos autem
2 (*Sublato*) per mortem (*De*† *medio*) i.de hoc mūdo, qđ
quare dicatur medium,habes.23.quęſtio.4.hęc autē
uita (*Ipſa*) Semblacen. eccleſia (*Filium*) quia monacū
(*Patrem*) quia in abbatem,de æta.& qua.intelleximus
[*Cathedralis*]monaſterij Semblacen.[*Interim*]i.dum va
cauit Leodien.eccleſia[*A te*] petit ergo electus con-
firmationem,ſupra de elec.dudum.2.nam etiam po-
teſt petere,ut eligatur publicato ſcrutinio. de hoc de
elec.publicato, ſecundum Hoſti. [*Hoc fieri*] ſ.denega-
tionem confirmationis. Et no.ſecundum Hoſtiē. ꝙ
3 qui † non facit, dicitur facere.de hoc ſupra eo.nemo
[*Ignorante*] & contradicente,ut præcedit,& ſequit̃ [*Li-
berè*]vt credebas:interceſsit tn̄ pecunia, cui obediunt
omnia. eccleſiaſtes.10. G. Virgilius Eneidos.libro 3.
quid non mortalia pectora cogis,auri ſacra fames? fa-
cit.C.de epi.& cle.ſi quemquam [*Præſertim*] licet qui-
dam exponant pro tantum,tu exponas pro maxime
[*Imputari*]vt ex hoc tanquam ſimoniacus reproberis,
& caſſetur electio de te facta. puto autem, ꝙ confir-
matio tanquam emptitia & ſimoniaca nō ualuit, ni-
ſi ab inimico data fuiſſet,ſupra e.nobis.Go. [*Soluendo*]
4 hic † ſolutio inducit uitiū, alibi purgat. C. quod me.
cauſa.l.2.Go. [*Alioquin*] i.ſi hoc tibi imputaretur [*Ca-
nonica*] depoſitionis.ſ.cum no. infamiæ.1.q.3.cap.fin.
ſupra eo.c.2.in fi.etiam ſi per inquiſitionem ſit actū,
ſupra de accuſa.inquiſitionis.1.reſpon.& infra e.quo
5 niam Hoſt. ¶† Secunda gloſſ.obijcit,& contra obie-
ctionem arguit.ſecundò fatetur obiectionem, & illi
reſpondetur. ¶Glo.3.arguit, quod confirmatus &c.
ſecundò ꝙ per hoc uerbum ſub interminatione,&c
& glo.exponit, & remittit. ¶[*Glo.quia ſæpe*] ponit duo
generalia de tacente, ꝙ conſentit, & quòd contradi
cit.ad utrunq; ſignat contrarium,de reg.iu.qui tacet.
¶[*Glo.dixit*] ponit lecturam Vincē.diſtinguentis inter
6 electionem,& confirmationem. ¶[*In* † *gl.quia ſæpe,ibi,
ſi ut proponis*] cum nubit filia pater tacendo conſentit
[*& ibi.§.inuitus*] hanc, & l.ſe.uide de præſumptio. nō-
ne.ſuper ult.glo.¶[*In glo.nam ſi,ibi.§.quot*] deiectionem
factam meo nomine ſine meo mandato poſſum ra-
tam habere [*Et ibi, Item quæritur*] ibi bene fuit geſtum
ratione ratum habentis, ponit enim caſum, quando
cum, qui nil tibi debebat, monui, ut tibi ſolueret:&
is mihi ſoluit,& tu ratū habuiſti. ¶[*In glo.ſi.ff.in fi.*] po-
nit caſum de citato, qui procurauit per magiſtratum
detineri. ¶[*In glo.antepe.ibi, ſancimus*] uide in c.proxi.al.
ſuper glo.fi.[*Et ibi,ſi quis ſuo*] uide infra de hære.excō-
7 municamus,ſuper glo.ar.quòd.¶[*In* † *glo.1.ibi,alienam*]
dicebant La.Io.& Vin.ꝙ hic præceſsit poſtulatio, uel
prior eccleſia ſuberat huic immediatè[*& ibi, eccleſia*]
& quod religioſus eligi poteſt etiā ad alienam eccle-
ſiam,de hoc infra de elec.nullus,lib.6.dic hodie,vt in
clemen.de elec.cum ita rationi[*& in fi.*] & 61.di.nul-
lus inuitus. ¶[*In glo.2.ibi, ubi de hoc*] & de inſti.capitulo
8 primo, libro ſexto [*& in fi.*] uel ſecundum † Innocē.
eccleſia Collucen.contulit auctoritatem adminiſtrā
di: quia ius patronatus habebat in mon. notabat hic
Hoſtien. ꝙ ſi electus non confirmatus auctoritate iu
dicis ſui adminiſtrat, non eſt ei imputandum, ut hic:
ſed dic hodie,ut infra de elec.auaritię,lib.6.¶[*In glo.ar.
ibi,confirmatus*] non benedictus. T.ſed hic non erat cō-
firmatus,poteſt tamen ſic procedere ar. ſi hoc poteſt
miniſtrator,ergo cōfirmatus.facit de elec.is cui, li.6.
& ſic ceſſet reprehenſio Hoſti.qui mordebat hoc ar-
gumentum [*Et ibi,Salonitanæ*] ubi de hoc. Quærit Ho-
ſti.quid ſi ſententiam ſic latam epiſcopus reuocet? di
cit, quòd tenet reuocatio, quamuis ſit indecens, &
a iniuſtum, de offi.or.cum ab eccleſiarum[a], & c.ad re-
primendam. ¶[*In glo.forte,in fine*] infra de purga.cano.
cum in iuuentute. ¶[*In glo.quia ſæpe,in fi.*] Vincē.dic ut
infra de reg.iur.is qui tacet,li.6. ¶[*In* † *glo,dixit,ibi,Vin.*]
& Inno.hic,Io.Phi.& Hoſt.uidetur uelle hæc opinio,
ꝙ licet non ualeat electio taliter facta, ualet tamē cō
firmatio.Gof.contra.ut dixi hic in textu.pro opinio-
ne Go.multum facit, ꝙ petens confirmari tractat de
iure acquirendo. de hoc, ſupra eo.dilectus.i.pro pri-
ma facit;quia tex. vult ponderare aliquē eſſe contra-
dictionis effectum, per quod credo primā opinionē
ueram in expreſsè contradicente:ſecundam in igno-
rante,& non cōtradicente.¶[*In gl.nam ſi,ibi,T.*] & Vin.
[*& ibi.c.prox.*] ar.infra de ſen.ex.cum quis, lib.6.quod
etiam facit cōtra.¶[*In glo.quòd eſſet,in fi.*] & infra de reg.
iur.non debet aliquis, lib.6. ¶[*In* † *gloſſ.ult.in fi.*] Et per
hoc arguit Hoſt.non ſecundum conſcientiam,ſed ſe-
cundum probata iudicari debere.remittit,de offi.or.
ſi ſacerdos,& de of.dele.paſtoralis,§.quia uerò.

ANNOTATIONES.

a ¶Ab eccleſiarum.ibi uide latius Io.An. & per Hoſtiē.optimè de ſen.excom.uenerabilibus.§.ubi autem, lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Simoniacus quādo ſit, qui bona ſua cōfert eccleſiæ,ut recipiatur in in canonicum, & illa bona ſua teneat pro præbenda, & num.3.*
3 *Symonia an ſit ex corruptione teſtis,uel iudicis per dationem pecuniæ,in eius commiſſione inſpicitur intentio principalis, nume.3.*
*Quod tempus inſpiciatur, nu.5.in fi.*
*An & quando intentio ſola eam inducat,nu.6.*
*In connexis eadem ratio.*

3 *Dona-*

3 *Donare quibus caſibus quis dicatur, & nu.4.*
*Manifeſtum pro notorio.*
4 *Edilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
· *Fie iuſſor non agit mandati remiſſa ſibi actione à creditore.*
5 *Additio gloſſarum, & nu.6.*

## C A P V T XXXIIII.

1 QVa nos. C. Si † clericus eo pacto bo-
na ſua cõfert eccleſiæ, ut re-
cipiatur in canonicum, & illa bona teneat
pro præbenda, ſimoniacus eſt: ſecus, ſi hoc
fieret ſine pacto. & ſunt duę partes. in 1. deciſa cõſulta-
tio. in ſecunda reſponſio ibi, Deuotioni. & hoc diſtin-
guit, ſecundum membrũ proſequitur ibi, Si verò, cu-
ius determinationem ſubdit ibi, Licet autem [*vt*] ex-
primebatur ergo uitium, & erat contractus do, ut fa-
2 cias [*In talibus*] ſpiritualibus, uel quaſi. Quid † de eo, qui
dat pecuniam corrumpendo teſtem, uel iudicem. Di-
ci poteſt ſecundum Hoſt. ꝙ licet ubi agitur de tempo-
ralibus corruptio prædictorũ non ſit ſimonia: ubi tñ
agitur de ſpiritualibus, ſupra de teſt. ſicut, erit ſimonia,
uel quaſi, ar. hic, & ſupra capitulo primo, & expreſsius
ſupra c. nemo, & c. cum eſſent. & hoc propter conne-
xitatem, ar. ſupra de iur. pa. de iure. & cap. cum eſſent.
3 ff. de rei uẽ. quæ religioſis [*Purè*] hoc † eſt donare. ff. de
reg. iur. donari. Io. donari uidetur, quod nullo iure co-
gente cõceditur, & ff. de don. l. donari [*Admittatur*] for-
tius ergo excuſaret ſimo. quando prius eſſet receptus,
& poſtea ſic offerret [*Manifeſtis*] i. notorijs iuris, uel fa-
cti [*Intentione*] principaliter uix enim eſt, quin ipſam ha
beant tamam. 8. quæſtio prima, ſunt in eccelesia 86. di-
ſtinctio. non ſatis, ſecundum Innocentius, & Hoſtien.
[*Ille*] qui offert. Abb. [*Illi*] qui recipiunt [*Iudicem*] ideſt
deum 2. quæſtione prima unus, ſupra de iudic. nouit.
4 ¶ † Gloſſ. 3. no. quòd tempore receptionis &c. obijcit,
& ſoluit. ¶ *In glo. 4. ibi, ſi non remunerandi, in pri.*] ſi non re-
munerandi animo, ſed donandi creditor actionem re
miſit fideiuſſori, non agit fideiuſſor mandati [*& ibi. §.
5 ult.*] uide de ui. & ho. cle. cum ab omni, in 3. gl. ¶ † *In gl.
2. ibi, admittatur*) ad idem. ĩ. de cleri. ex. mi. propoſuit. ad
prælaturam uerò non debet ſe ingerere, de elec. quali-
ter, Hoſt. ¶ *In glo. 3. ibi ſed contra*] quod tenet Lau. & Ho-
neſtius eſt hoc ſecundum Hoſtiẽ. (*& ibi, Poſtmodum*) &
ibi de hoc (*& ibi, Verum eſt*) idem Vinc. & T.G. & Phi.
Hoſt. quid dixerit hic Inno. dicam, infra eo. quoniam,
ſuper. 1. gloſſ. (*Et ibi, ſiue poſt*) licet interdum liceat poſt,
quod non ante, & è contrario, ut in præ. c. quàm pio.
6 ¶ *In* † *glo. ult. ibi, intentio*) ut referunt Inn. & Hoſ. ſunt, qui
dicunt, ꝙ ſola intentio inducit ſimoniam in prohibi-
tis, quia ſimoniaca. in ſimoniacis uerò, quia prohi-
bita, requiratur pactio. de his, ſup. de offic. dele. ex par-
te. Tenendum tamen eſt, ꝙ nunquam ſola intentio in
ducit niſi mentalem. Quid autem de deſcriptione ſi-
moniæ dixerit hic Ho. dixi, ſupra cap. nemo, ſuper gl. 2.
(*& in fi.*) dic, ut infra eo. c. ult.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Ordines non debet quis recipere ab eo, quem credit ſimoniacum, & nume. 5.*
*Pro eis conferendis ſi ordinator recipiat pecuniam, an ſit ipſo iure ſuſpenſus, num. 7. & 11.*
*Pro eis ad diœceſanum recurrendum eſt etiam ab exceptis, eorum executio à quibus nõ recipiatur, nu. 8. in fi. & nu. 9. 11. eos nemo cogitur ſuſcipere, ſed in ſuſceptis miniſtrare, nume. 11.*
2 *Credendum eſt literis ſuperioris & quo caſu hic.*
3 *Ea ex uanis dictis non eſt informanda, talis ad prælati conſilium deponenda, & nume. 6. ſi deponi non poſſit, eſt ſequenda, & nu. 8. cir. fin.*
*Eam poteſt informare quiſque, prout ſibi placet in indifferentibus.*
4 *Sacramenta eccleſiaſtica à quo non recipienda, & quibus danda.*
*Peccatori occulto etiam excommunicato officia tenemur miniſtrare.*
6 *Simoniacus in ordine ſimoniacè recepto quæ amittat.*
*Simoniacus notorius in beneficio qui, & nu. 7.*
*Tales an ſint ipſo iure ſuſpenſi, & à quibus, & nu. 11.*
7 *In excommunicatis notorijs depoſitis, & ſuſpenſis idem intelligendum quod in ſimoniacis ſuſpenſis.*
*Suſpenſio conferenti ordinem ſimoniacè quamdiu duret.*
*Erronea opinione oſtenſa credere & obedire, & deponere tenetur eam, uer. & hanc.*
*Canonem male intelligere quando non peccatum mortale.*
8 *Ab obedientia ſuperioris non licet recedere, & ipſum ſpernere, niſi in exceptis caſibus, & quibus.*
10 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 11.*

## C A P V T XXXV.

1 PEr tuas. C. Non † debet quis reci-
pere ordines ab eo, quem
credit ſimoniacum. Miniſtrare tamen po
teſt in his, quos prius ab ipſo receperat,
communis diuiſio. Et ſecunda ibi, Nos itaque (*Car-
tuſien.*) uide infra de homici. ſicut (*Dioceſano*) ad quem
recurrendum eſt in talibus etiam ab exemptis, ſupra
de reſcrip. ueniens. Hoſtien. infra de temp. ordi. cum
a nullus, lib. 6. [a] [*Poſtmodum*] ſ. ſuſceptis iam ordinibus
[*Quorundam*] alias multorum, & forte iſti erant uicini
collaterales, uel ſecratarij epiſcopi, tamen priuati. Si
2 enim † ſuperior ſuus ipſum talem eſſe denũciaret, &
uitandũ mandaret, prima facie credẽdum eſſet ei, &
parẽdum, de proba. poſt ceſsionem, de treu. & pa. ca-
pitulo primo, 11. quæſtio. 3. curæ. Hoſt. [*Simoniæ*] non
dicit in ordinibus, uel aliter. Hoſten. [*Et infra*] quæris,
an miniſtrare poſsis in ſuſcepto, & ad maiores aſcen-
dere [*Ad ſuperiores*] imò nec in ſuſceptis miniſtrare de
bet contra conſcientiam [*Forte*] ſub dubio forte &c.
de procur. tuæ, uel ponitur pro fortiter ſecundũ Ho-
ſtien. [*Scrupuloſam*] i. credulam, & de facili pruriẽtem.
3 ¶ Et no. 5. ſecundum † Hoſtien. primum ex uanis di-
ctis in alterius præiudicium non eſt cõſcientia infor-
manda. Secundò, quòd ſi taliter ſit informata, eſt
ad prælati conſilium deponenda. Tertiò, quòd ſi de-
poni non poteſt, modis omnibus eſt ſequenda, ſuper
quo uide, infra de ſenten. excom. inquiſitioni, & ſu-
pra de temp. ord. ad aures. Quartò, quòd animi uir-
tus de cõſcientia ſcrupuloſa poteſt bonam facere. &
vilitas animi econtra. Quintò, quòd in indifferenti-
bus poteſt quiſque, prout ſibi placet, cõſcientiam in-
formare [*Difficultatem*] quò ad ſuſcipiendos, & ſuſce-
ptos [*Errorem*] no. Innocẽ. hic † quòd ſecundum quoſ-
dam à depoſito, excommunicato, uel ſuſpenſo quã-
tuncunque occulto non ſunt recipienda eccleſiaſti-
ca ſacramenta, ar. hic, in hoc excipiũt baptiſmum, &
corpus Chriſti, ut no. infra de hæreti. capitulo ſecun-
do, ipſius tamen in publico petentibus tenemur da-
re, de conſe. diſtinctio. ſecunda, non prohibeat, pri-
ma quæſtione prima, Chriſtus; quia nec in publico
ſunt uitandi, ut patet in eo, quod legitur & no. infra
de ſentẽ. excommunicatio. cum non ab homine, ſu-
pra de offic. ordin. ſi ſacerdos. imò & ſecundum In-
nocen. occulto peccatori quantuncunque etiam ex-
communicato tenemur miniſtrare officia, ſicut &
alijs, ne ſi prælatus taliter ſegreget, eos prodat contra
id, quod legitur, ſup. de off. or. ſi ſacerdos, infra de pe-
ni. omnis. §. caueat, ſecunda quæſtio. 1. Si peccauerit.
prima quæſtion prima, Chriſtus, & uide ſupra eod.
tanta. quod les adminiſtrarent, temporaliter, ualet
quamdiu ab eccleſia tolerantur. arg. ſ. de elec. nihil eſt
§. pe.



§. pe. & fin. ſupra de cohabi. cleri. & mulie. ueſtra. §. ſi.
Criminoſorum occultorum etiam ſacramenta non
uitabo, licet quò ad ſe ſint ſuſpenſi, ut ibi, & eod. titu.
cap. fina. 1. q. 1. ſacerdotes. nam ſola prohibitio homi-
nis, uel canonis hoc illicitum reddit. 32. diſt. §. uerum.
& no. infra de hæreti. cap. 3. Alii contra, ut no. infra de
chriſma. capitu. 1. ſecundum Innocen. Sed nunquid
5 † debuit iſte monacus recipere ordines à ſimoniaco
manifeſto in beneficio, uel occulto in ordine? non:
quia executionem non haberet ordinis ſic ſuſcepti,
ſupra eod. tanta. 32. diſtin. §. uerum: ſed hic monacus
ignorans fuit, ut ſupra reſpon. 1. & ideo papa cũ igno-
rante diſpenſat. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. hoc enim
6 † ſcias, quòd ſimoniacus in ordine ſimoniacè rece-
pto. & talis ſimoniacus ſolus executionem perdit nõ
tantum ordinis ſic ſuſcepti. 1. quæſtion. 1. quibuſdam
ſupra eod. tanta, infra eod. cap. penul. quinimmo om-
nium aliorum, & per conſequens admiſtrationem in
temporalibus 81. diſtin. eos: ſed hoc quare? nonne ha-
buit executionem aliorum ordinum non ſimoniacè
ſuſceptorum, & nonne ex conſecratione conſecutus
fuit ius adminiſtrandi? ſic, niſi aliud diceretur, ſup. de
elec. tranſmiſſam: ſed hoc ipſo, quod aliquem ordinẽ
ſimoniacè ſuſcepit, quantumcunque occultè à cano-
ne ſuſpenſus eſt, ut probatum eſt ſupra, & poteſt eſſe
ratio, quia licet plures ſint ordines, unum tamen eſt
ordinis ſacramentum: licet contra, infra c. pe. & idem
dicendum eſt de ſimoniaco notorio in beneficio, oc-
cultus enim ſuſpendendus eſt, non ſuſpẽſus. 1. q. 3. c.
1. 2. & 3. Tamẽ ratione illius beneficii ſimoniacè ſic q̃
ſiti ſine peccato, nec ſpecialiter, nec temporaliter mi-
niſtrabit: puta emit epiſcopatum, non ordiuem: quia
tunc eſſet ſimoniacus in ordine, & ſuſpenſus, ut no. ſu
pra, ſed epiſcopatũ. i. dignitatẽ epiſcopalem, & ſic pro-
motus ad dignitatem epiſcopalem confert ordines,
uel beneficia, uel alias adminiſtrat. ordines enim ab
eo collati nullum effectum habebunt quò ad execu-
tionem. 1. q. 3. ea quæ: quia fur cenſetur. ſupra de elec.
dudum, 2. reſpon. 1. & ſic rem alienam non eſt licitum
contrectare. 1. q. 1. ordinationes. Si uerò habet alia be-
neficia non ſimoniacè acquiſita, ab illis ſuſpenſus nõ
7 intelligitur eſſe. & quod † dictum eſt de ſimoniacis ſuſ
penſis, idem intelligendum eſt ſecundum quoſdam
de omnibus notoriis excommunicatis, depoſitis, &
ſuſpenſis. Suſpenſio uerò cõferẽtis ordinẽ ſimoniacè
per triennium tantum durat, infra eod. c. pe. uel eſt ibi
ſpeciale, quia non eſt ibi propriè ſimonia in ordine,
ut ibi dicam ſuper. 2. glo. Monacus autem iſte uidetur
in opinione fuiſſe, quòd etiam ſimoniacus in benefi-
cio occultus, & qui recipit pecuniã pro ordine confe-
rendo perdit executionem omnino, ar. 1. q. 1. reperiũ-
tur, & c. quibuſdam. Et hanc opinionem erroneã ſe-
quendo nolebat ordinari, ſed errabat, ut patet infra. e.
in propriis perſonis ſubierint,& expenſis,plenã ſuorũ
peccaminũ,de quibus ueraciter fuerint corde cõtriti,
& ore confeſſi,ueniã indulgemus, & in retributionẽ
iuſtorũ ſalutis æternæ pollicemur augmentũ.Eis autẽ
qui in perſonis propriis illuc acceſſerint,ſed in ſuis dũ
taxat expenſis iuxta facultatem, & qualitatẽ ſuam ui-
ros idoneos deſtinauerint,& illis ſimiliter,qui licet in
alienis expenſis,in propriis tñ perſonis acceſſerint,ple
nam ſuorum concedimus ueniam peccatorum. Hu-
ius quoque remiſſionis uolumus, & cõcedimus eſſe
participes iuxta quantitatem ſubſidij, & deuotionis
affectum omnes,qui ſubuẽtionem ipſius terrę de bo-
nis ſuis congruè miniſtrabunt,aut circa prædicta cõ-
ſilium,& auxilium impenderint opportunum.omni
bus etiam piè proficiſcentibus in hoc opere ſancta &
uniuerſalis ſynodus orationum,& beneficiorum ſuo
rum ſuffragium impartitur, ut eis dignè proficiat ad
ſalutem. Data Lateranen. 19. cal. Ianuarij pontifica-
2 tus noſtri anno. 18.exponebat demum & ſic[*Ipſis† autem clericis*] ſ.ſecularibus.ſed & religioſi adminiſtratio-
nem habentes prouentus uiceſimæ redituum ſuorũ
terræ ſanctæ conceſſæ percipere poſſunt.& dic ut legi
tur & no.ſupra de uoto.c.fi. [*Integre*]ergo etiam quot
tidianas diſtributiones,cum & ipſas percipiant reſidẽ
tes,licet illas non habeant in theologia ſtudẽtes, nec
in ſeruitio epiſcopi reſidentes,qđ dic vt legitur & no.
ſupra de præben.licet,& de clerico non re.decætero,
& infra de uer.ſi. olim.Videtur autem cõtrarium per
illud.c.ſupra de prçben.licet.So.non dicitur ibi, ac ſi
eſſet in eccleſia reſidens,ſicut hic.Iſta enim uerba ali-
quid operari debẽt,ut patet in eo, quo legitur & no.
infra de priuile.ex ore.§.1.ſed & maiori priuilegio di-
gnus eſt exponens perſonam tot periculis,& profici-
ſcens in ſeruitio Ieſu Chriſti,ut infra eo.§.ſanè. Idem
eſt, ꝙ ſtudens in theologia,& ſi habeat priuilegium,
percipiendi integrè fructus beneficiorum ſuorũ per
quinquennium,ut ſupra ti.1.c.fi.& §.fi.non tamen di
citur,ꝙ ipſos percipiat,ac ſi reſidens eſſet, nec ꝙ poſ-
ſit ipſos obligare,ut hic dicitur, & ibi no.ideo tenen-
dum eſt,ut prædixi,niſi papa aliud declararet, ad quẽ
& nõ ad magiſtrum ſpectat declaratio dubiorum.ut
patet in eo,quod legitur & no.ſupra qui fi. ſint le.per
uenerabilem.§.rationibus,niſi inſultes, & dicas,qua-
re ergo declaras hoc dubium? Reſpõdeo enim,ꝙ nul
lum declaro dubium.ſed uerum eſt,ꝙ in dubio à uer
bis edicti non recedo, quibus melius eſt deſeruire in
tali caſu,quàm aliud fantaſticè diuinare. ff.de le.3.nõ
aliter.ff.de act. exerci.l.1.§.ſi is qui nauẽ,uer.in re igi-
tur dubia,& uidetur hoc ſatis expreſſum, ſupra de uo
to.c.fi.§.fi.ubi de hoc,Hoſ.quicquid dicat Hoſ. tu dic
a contra,ut not.de cleri.non reſi.a c.uno,li.6.no.etiã de
hoc Guil.in ſpe.de hæreticis,in fi.& uide quod dicam
infra ti.1.excommunicamus,§. catholici [*Et ſi neceſſe*]
puta quia aliter non poteſt ſe parare.& ſic intẽdit pro
uidere non utilitati,ſemper enim eſſet ei utile, ꝙ hoc
facere poſſet,ſed neceſſitati,quæ legem non habet,ſu
pra de obſerua.ieiu. conſilium, ante fi. [*Per id tempus*]
ſ.per triennium.non ergo ultra. Quid ſi interim mo-
riatur.dic ut plene no. ſupra ne præ.ui.ſu.querelã [*Cupientes*] 4.pars[*Alios eccleſiarum prælatos*] hoc non dicit,
quia in ſuperioribus continetur, ꝙ ipſe papa Inn.III.
de his, quæ reſeruare potuit.30.millia librarũ in hoc
opus cõcedit præter nauigiũ, quod cruce ſignatis de
urbe,atque de uicinis partibus confert[*Conſortes*]quò
ad talia nullus zelus,nulla inuidia locum habet[*Quam prælati*] cuiuſq; cõditionis,uel religionis exiſtant [*Qui*
3 *buſdam*] religioſi,ver.[*Eximendis*]puta† hoſpitalarijs,qui
huic obſequio cõtinuè inſiſtãt,& ad hoc ſunt ſpecia-
liter deputati. unde & multi ſunt alijs priuilegiis de-
corati,vt patet.j.de priuil.dilecti,& c.porrò, & ſup.de
decimis, ex parte tua, in §.ſed præceſſor. non tamen
ſunt exempti,licet in proprios Ro.eccleſię filios ſunt
recepti,ut legitur & no.de uer.ſig.ueniens,lib.6.uide
quod dicam de priuile.recepimus,ſuper 1.gl.[*Perſonaliter*] quia ex his eadẽ ratio exemptionem ſuadet, &
de hoc.§.fit mẽtio,ſup.de uoto.c.fi. ut & ibi no.(*Nos*)
4 3.ps (*Fratres noſtri*) no.ꝙ in † genere oẽs cardinales pa-
pa fratres uocat,de hoc de offi.le.c.1.lib.6. (*Sanctæ Ro. eccleſiæ*) no.ꝯ̃ illos,q dñt,ꝙ cardinales nõ hñt ius capľi
ſiue collegii,ſed poti9 iure ſingulorũ cẽſent tãq̃ hoĩes
à diuerſis ꝑtibus mũdi ſingulariter uocati,& in ſingu
lis eccleſiis ſibi commiſſis intitulati, licet & diaconi

nõ dicantur habere titulum, ut in ſtyllo patet. vñ nec
habent arcam communem, nec ſyndicum, nec ſimi-
lia, quæ uniuerſitas habere conſueuit, ſiue collegiũ,
ff.quod cuiuſque uni.l.1.& no.infra de exce.præ.deli-
cta.& inter hęc duo iura, ſcilicet vniuerſitatis,& ſingu
laritatis magna differẽtia eſt. ut patet in eo, quod not.
ſupra de conſtitutio. cum omnes.reſpon.1. ſed errant
euidenter, qui talia autumant, æſtimant, uel affimant
præſumendo. Nam & de facto ita eſt, ꝙ ante fiũt car-
dinales, quàm eis aliquis titulus aſſignetur.& hac con
ſideratione habita cardinales dicũtur ſimpliciter, nul
la alia eccleſia expreſſa.23.diſtin. in nomine domini,
& 79.di.oportebat,& c.ſe.Cuius ergo eccleſiæ dicere-
tur tunc epiſcopus cardinalis? utique non alterius, q̃
Romanæ, cuius & ſemper cardinales ſunt, ut hic expſ̃-
sè dicitur, de re iudi.ad apoſtolicæ,§.& ut ad pñs, uer.
perpetrauit, lib.6. ad idem.79.diſt. ſi quis ex epiſcopis.
ſed & arcam communem habent quò ad ſeruitia cõ-
munia, & camerarium ſpecialem loco ſyndici, qui &
oblata æqualiter diuidit inter eos. Sunt & ſimul con-
gregati,& ad tractatus communes etiam totius mun-
di expediendos communiter conueniunt tota die, &
ſummum ius eligendi habent, quod ex iure congrega
tionis, non ſingularitatis competit, ut patet in eo, qđ
legitur,& no.ſupra de elect.c.1.& c.licet,& c.quia pro
pter. Quinimo & ſacrum collegium uulgariter & cõ-
muniter nominatur. unde & tale habendum eſt, arg.
ff.de fluminibus.l.1.reſpon.1.& no.ſupra de ſpon. ex li-
teris.nam & nomina debent eſſe conſequentia rebus
ut patet in eo, quod le.& no.ſupra de præben. cum ſe-
cundum apoſtolum,& in iure dicitur Eccleſię Roma
næ gremium.23.diſt.in nomine domini, circa mediũ,
ibi, Eligatur autem de ipſius eccleſiæ gremio. Eſtque
ſummum & excellens collegium ſuper omnia alia u-
nitum adeo cũ pa. quod cum ipſo unum & idem eſt,
ut patet in eo, quod legitur & no.inf. de priuile.in an-
tiqua.reſpon.1.de pęni. cum ex eo.§.fi. & ſupra qui fi.
ſi.le.per uenerabilem,§.rationibus, uer. ſunt autẽ. ſed
& collegarum appel.hi continentur, qui eiuſdem po
teſtatis ſunt, ff.de uer.ſig.collegarum.6.charta, & acce
dit, ff.de illicitis colle.l.fi.& l.græca. ibi poſita[*Plenariã
decimam*] alii uerò ſolam uiceſimam, ut ſupra §.1. & ſit
hoc cauſa exempli, arg.1.q.1. uiliſsimus.26.di.una, ſu-
pra de uoto magnæ,§.1.uer.quod enim agitur, cũ ſuis
concor.[*Omnes*] ſcilicet cardinales ad decimam, alii in-
feriores ad uiceſimam. uel forſan hic non intendit in-
cludere cardinales, ſed inferiores tantum [*Scienter*] de-
5 bet enim† probabilis ignorantia eſſe excuſata, inf. de
cleri.ex.min.apoſtolicis. Sed hoc quomodo poteſt eſ
ſe? nam in proprio facto non eſt tolerabilis error, ſup.
de reſcrip. ab excommunicato, & nemo præſumitur
uires ſui patrimonii ignorare, C. de reſcin.uend.quiſ-
quis, reſpon. 1. hoc non præſumitur prima facie: ta-
mẽ euenientes fortunæ cõtrarios euentus ſæpius ope
rantur, ut in auct.de nup.§.quia uerò hactenus, colla.
4.vnde & ſępius de facultatibus ſuis amplius, quàm in
his ſit, ſperant homines, inſti.qui. ex cau. ma.non poſ.
§.in fraudem. quia tamẽ talis ſententia periculoſa eſt,
conſuluimus, ut ad ſecuritatem conſcientiæ attendes
6 plus, quàm minus, quia tutius† eſt de benignitate præ-
mium reportare, quàm de auaritia reddere rationem
ſicut aliàs dicit. in ſi.26.q.fi.alligant.& no.ꝙ licet ad fi-
deliter recolligendã hanc partem aliqui deputentur,
non tamen habent poteſtatem aliquam diminuendi,
uel remittendi, niſi hoc expreſsè contineatur in literis
eorundem, arg.ff.de proc. procurator tutorum, ff.de
dona.filius.reſpon.1. ideo frequenter ſeipſos decipiũt
qui cum eis componunt[*Sanè, quia*]4.pars[*Iuſto iudicio*]
7 uerè iuſto, cũ enim† in obſequiis inſiſtentes papæ, uel
epiſcopi priuilegiati ſint, ut patet, ſup.de cle. nõ re.de-
cętero,& c.cum dilectus, iuſtius enim eſt, ꝙ qui ſeruit
deo, prærogatiua gaudeat ſpeciali.ideo no.ꝙ qui con
tra priuile.& libertatem eccleſiæ dei de facili interpre
tatur, uel iudicat humanis fauendo, & ipſa ampliãdo,
poteſt de iniuſtitia meritò reprehendi, ſuper quo ui-
de, quod no.ſupra de rebus ec.nõ ali.c.fi.[*Cæleſtis impe
ratoris*] ideſt dei, qui eſt ſuper terrenũ, ut patet. 11.q.3.
Iulianus.& eſt hic euidẽs ar. ꝙ clerici diuinis obſeqis
inſiſtentes à taliis omnibus debẽt eſſe immunes, qđ
& concedit lex etiã de uxoribus, & liberis, & familia
clericorũ, C.de epi.& cle.l.2.quod dic ut no. ſup.de ui.
& ho.cleri.c.fi. ſup.de immu.ec.nõ minus, & c.aduer-
8 ſus[*In modico*] ideo &† modica eſt læſio, quæ de facili to
leratur, ut patet in eo, quod legitur & no. inf.§.1.uer.cũ
huiuſmodi[*Grauaminibus*] ideſt oneribus. Nã & ſi hoc
intelligas de licitis taliis, cõiter tamẽ graues & onero-
ſæ ſunt. & quò ad ipſas hæc indulgentia nõ ſolũ de fa-
cto, ſed & de iure locũ hẽt. Si aũt hoc intelligas de iniu
ſtis, uel ſubiecti nullo tẽpore ſunt grauãdi: quia nullus
unquã in aliquo grauari debet, maximè à ſuperiore
ſuo, ut patet in eo, quod legit & no.ſup.de reſti. ſpolia
to.cõquerẽte, ſup.de app.ut debitus. hoc autẽ ſciendũ
eſt, ꝙ omnes taliæ & collectæ nõ obſtãte abuſu cõtra
rio hodie generaliter ſunt dãnatæ, ut in auct.de ec.ti.
§.ad hæc ſancimus, & ut nul.iudi. §. nulli uerò liceat,
coll.9.& in l.Federici, hac edictali,§. illicitas. quod dic
vt plenè no.in ſum. de immu.ec.§.à quibus[*Quorum per
9 ſonas, uer.& † bona*] non ſolũ propria, ſed ẽt poſſeſſa, ſiue
etiã detenta, uel quorũ periculũ ad ipſos ſpectat crucę
ſignatos, uel eos beare poſſunt, ff.de uer.ſig.bonorũ.i.
& 2.ff.de ac.re.do.l.rẽ in bonis, ff. ut in poſ.lega.is cui.
§.bonorũ.1.& 2.ff.de peti.hæredi. Idẽ uidẽdũ,§.fin.&
10 duabus l. ſeq.[*Nec immeritò*] nam & † ſine crucis ſigno
quilibet oĩ tempore in poſſeſſione ſua regulariter eſt
tuendus, ut patet, C.unde ui, ſiquis in tantam, ff. de ui
priua.l.penul.& in eo, quod legitur & not.ſupra ut lit.
pen.c.1.& de reſti.ſpol.cõquerente,& ſupra qui fi.ſint
legi.cauſam, 2.§.1. ubi eſt etiã in hac materia hoc expſ̃
ſum [*Protectione*] ſpeciali, non generali.quod dic ut le-
gitur & no.infra de priui. ex parte. 2. unde & ſi qui eis
iniurientur, per cenſuram eccleſiaſticam cõpeſcãtur,
ut infra eo.§.1.uer.1.[*Specialiter*] ad maiorem cautelã,
ut infra.§.1.in princ.& §.cæterum, uer.ſub in termina-
tione, ut ibi no.arg.infra titu.1. ſi aduerſus, in princip.
cum ſuis cõcor. & quia epiſcopi ſæpe in talibus negli-
gentes ſunt,& remiſsi, ut patet, infra eo.§.1. in fine, &
infra de priuile. dilecti[*Ita ut donec*] hoc eſt, intantum
ſe extendit hæc protectio, Vt donec de ipſorum &c.
ſcilicet cruce ſignatorum [*Certiſſimè*] ſi. infra eod.§.1.
11 uer.his autem. Non† ergo ſufficit præſumptio ſola. ſed
forſan ſufficit certus nuncius, argumen.in eo, quod le
gi. & not. ſupra de ſpon. in pręſentia. uel dic quòd a-
liud eſt ibi, ubi non ſufficit ueriſimilis præſumptio, vt
patet, ſupra ut lit.non conteſta.c.fi.§.ſi uerò, uer. ſi au-
tem etiam.aliud hic, ubi requiritur certa probatio. &
hoc eſt, quod hic innuit, quando dixit, certiſsimè. &
eſt ratio diuerſitatis: quia maior debet eſſe fauor dei,
& fidei, quàm matrimonii, ut patet, ſupra eod.§.in
princip.& in eo, quod not.infra eo.capitu.fina.in fine
[*Et quieta*] ſcilicet ſupra de peregrinantibus, capitulo
12 unico[*Contra† præſumpſerit*] res ſcilicet ipſorum inuaden
do, uel depredando, uel diminuendo, ſeu inquietan-
do eccleſiaſtica cenſu. &c. Eſt ergo hæc protectio ad
tuitionem,& ſpecialis, ut & not.ſupra eodem, uer. pro
ximo [*Si qui uerò*] quinta pars[*Deſiſtant,*]& ſuper hoc
fiat celeris iuſtitia: alioquin modica eſſet prærogatiua
cum omnibus competat iſtud de iure communi, ut
patet in eo, quod le.& no.ſupra de iureiu.c.1.& c.debi
tores.ſi.ſup.§.proxi.uer. quorum, & inf.eo.ſuper, uer.
animaduerſione,§.cæterum, in fi.[*Quod ſi quiſquam; uer.
coege-*



*coegerit*] nolens relaxare iuramentum, uel fideiuſſo-
res, uel obſtagia forſitan diſtringendo, ut patet, ſupra
de fideiuſ.peruenit,& de iureiur.ex reſcripto[*Animad
uerſione*] & hoc etiam de iure communi eſt, ut ſup.de
iureiura.debitores.2. de uſuris tua nos[*Iudæos uerò, uer.
Communio denegetur*] ſi.infra de uſuris, poſt miſerabilem.
13 qđ dic ut ibi no.[*His autem, uer.Principes † ſeculares*] alias
iudices.ſubaudi, uel epiſcopi, ubi habent dominium
temporale, ut ſupra c.poſtulaſti[*Certiſſimè*] ſim.ſupra
eo.§.pro.uerſ.Quorum perſonas[*Non incurrant*] de fa-
cto.nam de iure nec ante incurrere debent[*Compulſis
Iudæis, uer.Expenſis*] de hoc dic, ut legitur & no.ſupra de
pigno. cum contra & de iureiur.ad noſtram.1.[*Com-
putare*] quod nedum de Iudæis creditoribus, ſed etiam
de Chriſtianis fieri poteſt. nec poſſunt multum con-
queri de tali gratia creditores, Cum huiuſmodi bene
ficium &c.ut ſequitur[*Cum huius beneficium, uer. Non mul
14 tum &c.*] q.d.ubi† dilatoria aliqua à principe datur vel
tollitur, tolerari poteſt, argum.12.q.2. terrulas. nam
modica lęſio,& deceptio toleratur, ut patet.ff.de reſt.
in integr. ſcio.ff.de mino. in cauſæ 1.§. Pomponius.
& modica donatio, ſupra de dona.apoſtolicæ,& arg.
ſupra eo.§.proxi.rub.1.ſecus, ubi peremptoria datur,
uel tollitur: quia nec grauis læſio toleratur, ut patet,
C.de reſcin.uen.l.2.ſupra de decimis, ſuggeſtum,& in
ſuis concord.& ff.ne quid in flu.pu.l.unica.§.ſunt qui
putant,& ne quid in lo.pu.l.1.§.ſi quis à principe,& §.
meritò, niſi ex certa & præciſa uoluntate principis ali
quid dicatur; quod dic, ut le.& no.ſupra de offic.dele.
ex parte 2.& ſumitur hæc diſtinctio & mens iſtorum
uerborum ex eo, quod legitur, C.de preci.impe.offe.
b quoties, b & l. reſcripta [*Porrò, uer.Familiæ*] argu.quòd
15 † familia eodem priuilegio cum domino ſuo gaudet.
quod dic, ut no.ſupra de off.archidi.ca.fi.§.petiit[*Pu-
niendo*] continuatio eſt ſim.infra de priuil.dilecti[*Cæte-
rum*]5.pars[*Curſarij, & piratæ*] ſcilicet prædones, ſiuè la-
trunculi maris[*Et principales adiutores, & fautores*] hoc ad
ditur de nouo in hoc concilio generali. nam & pira
tæ per concilium Lateranen. ſunt generaliter excom
municati, ut infra de rapt. excommunicationem. Eſt
autem hæc potius declaratio, quàm additio. Nam iſti
participant in damnato crimine. non ergo dubium,
quin in eadem ſententia inuoluantur, vt legitur & no
ta.infra de ſen.ex.nuper à nobis.§.in primo,& capit.ſi
concubinæ.& ideo dicit, principales: quia aliud eſt de
fauentibus non principaliter, ſed per conſequentiam
quandam: quia illi non ſunt excommunicati, ſed ex-
communicandi, ut patet, infta eo.§.uer.alioquin[*Sub
16 † interminatione*] uer.comminatio eſt. ſic, infra de ſagit.
c.unico, & ſupra de iure pat.relatum.quod dic, ut ibi
no.[*Scienter*] ſim.infra de ſen.ex.ſignificauit, ĩ prin.[*In
aliquo uenditionis*] argu.hic, quòd excommunicatus po-
teſt uendere, & emere, & alios contractus inire, niſi
ſpecialiter prohibeatur, ſicut hic fit,& infra de hæreti.
ſicut ait.§.1.ubi de hoc,& c.ad abolendam.§. ciuitas.
nos autem ſentimus contrarium, vt patet in eo quod
plenè no.ſupra de do.& contu.ueritatis, ad fi.nec ob.
quod hic dicitur.reſpon.enim ut in ſe.glo.[*Contractu*] à
quo omnis excommunicatus arcetur quo ad ea, quę
utilitatem ſuam reſpiciunt: ſed ad maiorem exagge-
rationem uoluit iſtud exprimere hic, ut homines ma
gis cauerent ſibi, argum.in eo, quod legitur & no. in-
fra ti.1.ſi aduerſus, in prin.ſi.ſupra eo.§.ſi qui uerò, in
prin.& §.ſane, uer.quorum 2.ti.1. ſicut ait, §.1.in qui-
bus & multa ſpecificantur, quæ de iure cõmuni ſunt
ſicut & ſupra de iureiur. & ſi Chriſtus, in fi. & de pro-
17 cura.quia in cauſis[*Et iniungentes, uer.Vt † compeſcant*] ſi &
quantum poſſunt imponendo, & leuãdo pœnas, uel
alio modo quocunque [*Alioquin*] ſcilicet ſi circa hoc
fuerint negligentes [*Fouere, nec caret*]& ſumuntur hæc
duo uerba ex eo, quod legitur 83.di.error, & c.præce
denti,& ſequen.ad idem 86.diſ. facientes, infra de hæ-
reti.cap.2.& infra de ſen.ex. quantæ, ubi de hoc[*Eccle-
ſiaſticam*] Excommunicando ſcilicet perſonas,& inter
dicendo terras, infra de uerb.ſi.quærenti, & infra eo.
§.quia uerò,& uer.itaque, in glo. & infra ti.1.ad abo-
lendam.§.ſtatuimus, in fi.quinimò & ſuper hoc poſ-
ſent impeti,& manu militari diſtringi, ut probat 23.
quæſti.2.dominus. ſed & poteſt notari differentia in-
ter ſeueritatem eccleſiaſticam,& cenſuram; quod dic
ut no.ſupra de offi.dele.præterea.§.1.& li.6.de homi-
cidio, pro humani §.cum igitur, uerſ.uos tanto. Poſt
partem uerò text.quẽ hic habemus, ſequebatur, quia
18 uerò [*Et quia uerò*]7. pars [*Pacem † obſeruent*] quia pluri-
bus intentus,&c.ut patet ſupra de cleri. coniu.diuer-
ſis[*Cuius*] ſcilicet pacis uiolator excõmunicandus eſt,
ſecundum canones, ſupra de treu.& pa.c.1.ſecũdum
uerò leges decapitandus eſt, ff.de re.mili.l.fin.in fi. [*ut
ſaltem per quadriennium*] nam ipſam ſemper ſeruare debe
rent.ſi.ſupra de treu.& pa.c.1. quod dic ut ibi no.[*Ita-
que, uer.Reducantur*] hoc enim eſt eorum officium 20.di
ſtin.ca.1.5.q.2.ſi primates, ne debiliores à potentiori-
bus opprimantur ff.de offi.præſi.illicitas.§. ne poten-
19 tiores[*Pacem † aut treugam*] aliud enim pax,& aliud treu-
ga, ut patet in eo, quod legitur & no.ſupra eo.cap.ſi-
gnificauit, ad fi.[*In perſonas, & interdictum*] ſi.ſupra §.cæ-
terum, in fin. [*Niſi forte, uer.Malitia*] puta hæretici ſunt,
uel in malitia obſtinati, infra ti.1.excommunicamus,
1.§.moneantur, infra de rapto.c.2.ſupra de iudi.cum
non ab homine,& infra eo.uer.fi. [*Quod ſi forte, uer, Per
20 † auctoritatem eccleſiæ*] quæ quanta ſit perpendi poteſt
ex eo, quod legitur & no.infra li.6.de homicidio, pro
humani, §. ſacri, uer.ſicque, cum ſuis concord.ſupra
eo.ita quorundam.§.tales. & hoc eſt iuſtum bellum,
quod auctoritate eccleſiæ fit, de quo dic, ut no. ſupra
de iureiur.ſicut & infra[*Secularem potentiam*] hoc enim
regulare eſt, quòd ex quo eccleſia non habet, quid
faciat, recurrere debet ad brachium ſeculare, ut patet
ſupra de iudi.cum non ab homine, infra de cle.ex.ca.
21 2.in fi.cum ſuis concor. [*Nos ergo*] 8.pars[*Ligandi † atque
ſoluendi*]24.q.1.quodcunque; quod etiam omnibus ſa
cerdotibus in parte eſt commune.unde Matthæ.18.
cap. Amen dico uobis, quæcunque ligaueritis ſuper
terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolue-
ritis &c.& Io.20.F. Accipite ſpiritum ſanctum, quorũ
remiſeritis peccata &c. quæ uerba dicta ſunt non ſo-
lum Petro, ſed & omnibus diſcipulis, quamuis ſignan
ter ei dicatur, Tu uocaberis cephas.Io.1.c.1.caput ec-
cleſiæ 24.quæſt.1.rogamus 23.d.nulla ratione.& ite-
rum, Quodcunque ligaueris &c. Matthæ.16. ad deſi-
gnãdum unitatem eccleſiæ, & quod habet omnium
principatum: nihilominus eum tã pro ſe, quàm pro
aliis hanc poteſtatem intelligitur ſuſcepiſſe 24.quæſt,
1.quodcunque, & cap. cum beatiſsimus,& c.ſequen-
tibus. igitur hoc commune eſt eccleſiæ,& omnibus,
ſacerdotibus.ligant enim, vel ſoluunt.primo.i.ligatũ,
uel ſolutum oſtendunt, ut patet, infra de ſenten.ex.c.à
nobis.2.ſecundò excommunicando, uel ſententiam
relaxando, infra de ſen.ex.per tuas,& c.ſacro. tertiò ſa
tiſfactionem pœnitentiæ imponendo, ad quam faciẽ
dam obligant,& ſic ligant. uel parcendo,& indulgen
do;& ſic ſoluunt, ut infra de pœnitentiis, omnis, & c.
22 cum ex eo. In† his autem omnibus ſicut põtifex ſum-
mus ſuper omnes eſt, ſic præ omnibus poteſtatem ha
bet.unde & ex cauſa plenam indulget ueniam pecca-
torum, ut ſequitur. quod nulli alii licitum eſt, imò li-
mitatur poteſtas, infra de pœniten. cum ex eo. & eſt
ratio, quia ipſe papa uocatus eſt in plenitudinẽ pote-
ſtatis. ideoque plenam indulgentiam poteſt facere:
alii uerò in partem ſolicitudinis; ideoq; ad ipſos par-
ticularis

ticularis tantum pertinet, & ſemiplena. ad hoc 2.q.6.
decætero & ſupra de uſu pal. ad honorem de cæteris
dic, ut plene no. in ſum. de pœnitentiis, ſub rub. de re-
miſsionibus[*Veraciter*]non fictè, ut in ſequen. gl. [*Cor-*
23 *de contriti*]per† contritionem pœna æterna remittitur,
ſed agenda eſt pœnitẽtia temporalis, ut colligitur de
pœnitentiis, d. 1. multiplex, & c. quem pœnitet, in fin.
& c. uerbum, & c. ſi peccatum, & c. ſi primi hominis,
& d. 5. conſideret, in fi. & d. 7. ca. fi. temporalem etiam
ex cauſa ſacerdos alleuiare poteſt, & papa in totum re
mittere, vt patet in præ. glo. & in eo, quod leg. & no. in
fra de pœnitentiis, ſignificauit, & ca. Deus qui. ſine cõ
tritione autem nullus ueraciter abſoluitur, ut patet,
11.q.3. cum aliquis 24.q.2. legatur, de con. di. 4. omnis
qui, de pœ. di. 1. neminem. C. de hæreti. l. Manicheos,
in auct. ut non luxu. contra natu. rub. 1. colla. 6. ideoq;
qñ aliquis non cõtritus abſoluitur, ſolutio eſt quo ad
hominẽ, non quo ad Deum, hoc eſt quò ad militan
tẽ eccleſiam, & non triumphantem. infra de ſen. ex. à
nobis 2. & no. ſupra de teſti. ueniens 2. §. fi. [*Et ore con-*
24 *feſſi*]in uero† enim pęnitente requiruntur tria. oris cõ
feſsio, ut hic, cordis contritio, de pę. di. 1. conuertimi-
ni. & hæc præcedit, & d. 3. ſcindite, & capi. ſane, in fin.
Operis ſatisfactio, de pęn. di. 3. perfectum. primum ſci-
licet confeſsio non eſt res ſigni, ſed ſignum tantum,
ſcilicet contritionis. ſecundum uerò, ſcilicet contri-
tio eſt res ſigni, ſcilicet confeſsionis, ſatisfactionis, ſi-
ue mundationis. tertium, ſcilicet ſatisfactio, ſiue mun
datio non eſt ſignum alicuius rei, ſed eſt res ſigni tan-
tum, ſcilicet confeſsionis, & cõtritionis, ſicut no. ſim.
ſupra de cele. miſ. cum Marthæ, §. diſtinguendum[*Eis*
25 *autem, uer. Iuxta† facultatem, & qualitatem ſuam*]ſecundum
quod duceret, & expẽderet, ſi ipſemet iret. hoc enim
eſt de mente, ut patet ſupra de uoto magnæ, cap. pe.
uer. tibi pro te, & ſequenti[*Idoneos*] ſcilicet ad pugnan
dum, ſecũdum quod legitur & diſtinguitur. ſupra de
uoto, quòd ſuper his. ſed pauci ſunt remanentes, qui
hoc adimpleant. unde non credunt plenam indulgẽ-
tiam peccaminum ſe adeptos[*Et illis ſimiliter, uer. In alie*
26 *nis*]ſubaudi, cum ſuis non poſsint[*Perſonis*]ſatis †enim
expendit, qui plus non habet, & exponit perſonam,
& animam, ideſt uitam, quę omnibus eſt præferenda
temporalibus. C. de ſacroſan. ecc. ſancimus. 1. Collige
ergo ex hic uer. & præc. & his, quæ hic & ibi no. quòd
pauperes facilius ſaluantur, quàm diuites: quia citius
faciunt, quod poſſunt. Dominus autem cor interro-
gat, non manum 14.q.5. ſi quod inueniſti, & 15.q.6.
c. 1. ad fi. Item no. quòd ſicut ſocij temporales, quorũ
unus ponit pecuniam, alius laborem, ſiue perſonam,
lucrum ex ſocietate proueniens participant tempora
le, ut inſtitu. de ſocietate. §. de illa, ſic & ſpirituales ſo-
cii ſpirituale lucrum plenæ remiſsionis peccaminum
participare poſſunt, ut hæc patet, & in præcedenti uer
ſi. [*Huius quoque, uer. Iuxta qualitatem ſubſidij, & deuotionis af*
27 *fectum*] tales† ergo non conſequuntur plenam remiſ-
ſionem ex ui iſtius indulgentiæ, ſed participant tan-
tum, ideſt partem capiũt, ſecundum quod maius, vel
minus fecerint, prout no. ſi. in delictis, & pęnis, ſupra
eo. uer. percipientes. & eſt ſi. infra de priuile. ut priui-
legia. §. 1. uer. hoc autem, & uerſ. penul. & fi. [*Conſilium,*
*& auxilium*] Cum enim ſecundum beatum Aug. nul-
lum malum impunitum, nullum bonum irremune-
ratum, iuſtum eſt, ut retributionis boni particeps ſit,
qui in ipſo faciendo conſilium & auxilium præbet, ſi
cut & pœnæ mali particeps eſt, qui ipſis delinquenti-
bus fauet, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra eo. §. cæ-
terum[*Omnibus etiam, uerſi. Proficiſcentibus*]aliàs proficiẽ
tibus. ſed prima litera præualet[ *Synodus* ] ſcilicet iſta
28 †præſens, quæ quandoque uocatur ſynodus uniuer-
ſalis, ut hic; & quandoque concilium generale, ſu pra
de accuſa. ſicut olim, & infra ca. 1. (Datum Lateran.)
& cæt. quæ conſideranda eſt in reſcriptis, quod dic ut
le. & no. de reſcrip. eã te[*Præterea*] reſpicit, quòd in par
te deciſa excõmunicauerat non ſoluentes uiceſimã,
uel quia excommunicauerat hæreticos, infra ti. 1. ex-
communicamus [*Eis*] ſcilicet, Saracenis[*Piraticis*)eis
contra Chriſtianos exercẽtibus: ſecus, ſi contra alios,
cum non debeant piratica contra Chriſtianos inſti-
tui. Hoc non placet per uerbum ſequens, in d. terræ
ſanctæ. Innocẽ. Hoſtien. dixit, quòd uerbum, diſpen-
dium &c. reſpicit clauſulam, Aut quibuſlibet ( *Cenſe-*
*mus*]hæc pœna per ſeculares poteſtates imponitur. In
nocẽ. (*Et talibus*) hic incipit addere concilio Lateran.
& ſecundum Innoc. hæc pœnitentia imponitur per
eccleſiam[*Aperiatur*]ſi contra fiat, tenet, ſed reduci de
bent, niſi hoc faciant ſecundum Egi. (*Et tantundem*) er-
29 go† differt à capitulo, ſupra capitu. proxi. quia ibi ſim-
plum tantum ſoluitur: hic uerò duplum. & illud pau-
peribus erogatur: iſtud uerò in ſubſidium terræ ſan-
ctæ mittitur. & ſic cum hoc ſit grauius uindicatum,
ergo grauius eſt delictum per iura, quæ alle. glo. & de
ui. & ho. cle. ut clericorum, uer. ſtatuimus, ſecundum
Hoſtien. (*de ſuo*) ſed nonne ipſorum bona confiſcan-
tur? forte non erant adhuc confiſcata, uel in ipſa con
fiſcatione hoc fieri debet, uel loquitur de bonis poſt-
modum acquiſitis, infra de pœnis, fœlicis, §. uerum,
li. 6. uel ſecundum Abb. hanc pœnam imponit eccle
ſia; præcedentẽ uerò confiſcationis imponit ſecula-
ris curia, ut dixi etiam ſupra ſecundum Innoc. ( *Auda-*
*cia*) Hiero. ſuper Hier. lib. 6. C. aliorum tormenta, alio-
rum remedia ſunt; cum homicida punitur, alii terren
30 tur à ſcelere. ¶† Tertia glo. dat ſimile de uſura: conclu
31 dit tamen, quod hoc grauius. ¶† *In glo. ulti. ibi, famoſos*]
vide de calum. c. 2. ſuper ulti. glo. [*Et ibi, bona fides*) ma-
le meritus publica egeſtate laboret, ut exẽplo ſit aliis
32 ad maleficia terrenda. ¶† *In glo. 3. ibi, crimini uſurarum*) &
magis eſt ſi. pecuniæ ſimoniacæ, quæ redditur eccle-
ſię, in cuius contumeliam data fuit, ſupra de ſimoni.
conſulere, & c. audiuimus, in fi. & eſt argum. hic, & ſu
pra cap. proxi. quòd quicquid lucratur excommuni-
tus in mercimoniis, ſit pauperibus erogandum, cum
ex interdicta ſibi communione hominum lucrum
illud contingat, de cler. ex. illud; de hoc in ſum. de pœ
d niten. §. fina. ſub. §. quid de his, qui excommunicati [d]
Hoſtien. ¶ *In glo. pen. ibi, uerberibus*) quod ſonat uer. ca-
ſtigetur, ſecundum Go. (*Et in fi.*) ſupra de dolo & con
tu. finem, & infra de maledic. c. 2.

ANNOTATIONES.

a ¶Re. Quotidiani enim non ſunt fructus beneficij, ut not. Io. And. in ſpec. de conceſ. præben. in rub.

b ¶Quoties. Ibi uide doc. & Bar. in l. fi. C. ſi contra ius, uel uti. pub.

c Oſtendunt. Vide glo. in c. quodcunque 24. q. 1.

d ¶Excommunicati. Et uide bonum tex. in c. ſi diligenti, & ibi Io. And. in glo. no. Hoſtien. de præſcrip.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæi, uel pagani publicis officijs præficiendi non ſunt, eis ſi regalia iura uenduntur, quid iuris.*
*Pœnam iudex remittere an poſſit.*
2 *Iuriſdictionis, uel poteſtatis executoriæ uenditio non toleratur, ſecus redituum eius.*
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XVIII.

1 EX ſpeciali. Iudæi† uel pagani pu-
blicis officiis præficiẽ
di non ſunt: & ſi eis regalia iura uenduntur,
Chriſtianus non ſuſpectus ad illa colligenda præfici-
tur. Et in 1. deciſè ponitur regis culpa, & excuſatio. in
ſecunda contra utrunque prouidet ibi, Mandamus
[*Affectu*]propter hoc iudex remittere poteſt pœnam
quod dic, ut ſupra de offi. lega. niſi [*Vendiderit*] tolera-
2 tur, ergo † uenditio redituum, non iuriſdictionis, uel
executoriæ poteſtatis. ſic ſupra ne præla. ui. ſuas c. 1. &
ulti. Hoſtien. [*Deputet*]ipſe rex, non Iudæus, ne fiat ali-
quid fraudis [*Et eccleſiis*]nec aliis Chriſtianis, ut ſequi-
3 tur, & ſupra eo. cum ſit[*Iura*]per regem uendita. ¶† *In*
*glo. 2. in fine*]geneſis 41.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæus ſi emat ſeruum Chriſtianum, non tenet emptio & quatenus, uide nu. 3.*
*Tempus à quo memorandum hic.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Emptio liberi hominis ignoranter facta tenet, & num. 6.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Mercatoribus fauor debetur in mercimonijs.*
*Solidus moneta ut accipiatur.*
*Libram 72. aurei faciunt.*

CAPVT XIX.

NVlli Iudæo. Se ſummat. & tria
facit. dictum po-
nit: mercatori prouidet; prouiſionem de-
1 terminat[*Emere*] ſi † uerò iudæus emit ſer-
uum Chriſtianum, non tenet emptio quò ad hoc, ut
transferatur dominium in emptorem: tenet tamen
quò ad hoc, ut prior dominus illius dominium per-
dat[*Liceat*]C. ne Chriſt. man. l. una[*Retinere*]contra 17.
q. 4. Iudas; dic ut ibi [*Pro eo*]ſeruo ſcilicet empto cau-
ſa mercimonii 12. ſol. pro meliori mancipio, ſupra c.
1. [*Tres menſes*]à die ſerui empti, & traditi numerandos
argum. inſtit. de rerum diui. §. per traditionem, C. de
pactis, traditionibus. Hoſtienſi. crederem, quòd iſti
tres menſes computentur à tempore, quo potuit.
2 ¶† Tertia glo. quærit, & ſoluit. iterum quęrit, & remit
tit. ¶ Vlti. glo. reddit rationem textus: dat ſimile, dicit,
3 quid ſi emat: & ponit triplicem fauorem fidei. ¶† *In*
*glo. 3. ibi, nummos*]hanc, & ſeq. §. ſi numerus, qui eſt ulti.
uide de cenſi. ex parte, ſuper 3. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, liberi*
*hominis*]inter ignorantes ualet emptio liberi hominis
& ignorante emptore, dato quòd ſciat uenditor. ſed
4 ſi emptor ſcit ad nihilum, ualet. ¶† *In glo. 1. ibi, frater-*
*nitatem*] de hoc plenè. ea. d. §. hæc tunc, & diſtingue,
ut ibi nota. ¶ *In glo. 2. in fi.*]& ſic nota, mercatoribus in
mercationibus fauorem deberi. ad idẽ, ſupra de treu-
5 ga, & pac. c. 2. ¶ *In glo. 3. ibi, in loco † illo*]Vincen. hic, licet
ſupra cap. 1. fuerit alternatiuè locutus, intellexit hic,
ſolidum pro aureo. Idem Ac. C. de ſer. fu. l. quicunq;.
Idem Goff. per l. ff. de mino. ſi mulier, inſtit. de pœn.
te. lig. in fin. C. de ſpor. l. omnibus, C. de fal. mo. ſiquis
nummos. unde una lex dicit 20. ſol. dandos, ne liber-
tas præſtita reuocetur. ff. de manu. teſ. l. cum ex falſis.
& alia dicit aureos. ff. de inoffi. teſt. Papinianus. §. ulti.
ad hoc facit, quod de ſeruitio quinquennii no. ſupra
eo. c. 1. ad. ll. alle. in glo. reſponde ſecundum Abba. ꝙ
loquuntur de precio appoſito ab homine. Eſt etiam
ſciendum, quòd 72. aurei faciunt libram, C. de ſuſcep.
& arca. quoties, li. 10. & uide quod ſcripſi in ſpe. de in-
6 ſtru. edit. §. porrò, ſuper uer. fi. in fi. ¶ *In† glo. ulti. ibi, igno*
*ranter*]puta, quia credebat Iudæum venditorem emiſ
ſe cauſa mercimonii, & ſeruum uenditum audiebat,
dicentem, quòd nec baptizatus erat, nec baptizari uo
lebat: uel quamuis id diceret ſeruus, Iudæus dicebat,
quòd heri illum emerat, ſecundum Hoſtien. [*Et ibi, li-*
*beri hominis*) & l. & liberi hominis.



*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De hæreticis loca iuris canonici tractantia ſuggerit.*

## De hæreticis, Rubrica.

1 ¶ Viſo de his, qui baptizari cõtemnunt, & Chriſtum
non recognoſcunt, imò male colendo blaſphemant,
ſubmittit de his, qui poſt fidem, uel baptiſmum in he
reſim incidunt. & uide ad rubricam, quod no. infra c.
2 3. in 1. glo. habetur † materia. 24. q. 1. per totum, & q. 3.
§. quia uerò, uſque ad fi. & 1. q. 7. & 23. q. 7. per totum.
Repetitur in 6. & clemen. Conuenit rubricæ de ſum.
tri. damnamus, uer. ſiquis, de præſump. literas, de cele.
miſ. in quadam, de bap. maiores, de diuor. de illa, & c.
ſequen. de ſenten. ex. nouerint, prim. reſpon. & de uer.
ſi. ſuper quibuſdam 1. reſpon. facit de pręſcrip. ca. 2. ſe-
cundo reſpon. lib. 6. & clem. de uſuris c. 1. §. ſane.

*SVMMARIVM.*

1 *In fide dubius, infidelis quando eſſe dicatur, & num. 3.*
*Dubitatio procedens à ſcrupulo conſcientiæ potius eſt pœna, quàm culpa.*
2 *Omnino, pro aliquo modo.*
*Credendum non eſt dubijs in fide, & cui catholico.*
*Ignorantia non excuſat in his, quæ ſunt ex fide.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
*Hæreticus dicitur, qui etiam loci argumento deuiat à documentis, & tramite fidei.*
*Additio gloſſarum.*

CAPVT I.

DVbius. Breue [*Infidelis eſt*] hoc
1 † uerum in dubitatio-
ne, quæ habet pertinaciam, animi de
liberationem, & placentiam: ſed du-
bitatio, quæ procedit à ſcrupulo cõ-
ſcientiæ, potius eſt pœna, quàm cul-
pa, nec habet hęreſim, cum frequen
ter contra uoluntatem accidat: imò ille, qui ſe bene
firmat in fide, & talibus motibus reſiſtit, meretur, ſi-
cut & qui reſiſtit carnis ſtimulis 5. di. ſed penſandũ, &
c. teſtamentum: aliàs non eſſet dare fidelem, qui non
fuiſſet hæreticus. facit ad ṗdicta 24. q. 3. dixit, & quod
dicam, infra eod. cum Chriſtus [*Omnino*] ideſt aliquo
2 † modo hoc eſt nullo modo eſt eis credendum. ſi. om
nino, ſupra de iura. calum. in pertractandis. Hoſtien.
[*Fidem ueritatis*]ideſt ueritatem fidei, quia baptizari te-
nuit, uel in articulis errat, poſſet etiam intelligi de ca-
tholico, qui ignorat ueritatem negocii, de quo quæri
tur, cui in eo credendum non eſt, ſupra qui ma. accu-
ſa. poſ. uidetur. de iura. calum. in pertractandis. Hoſti.
[*ignorant*]non ergo excuſat ignorantia in his, quę ſunt
de fide. quod dic, ut dixi, ſupra de ſum. trin. ſuper rub.
3 ¶† *In glo. 2. ibi. l. 2.*] ibi dicitur, hæreticus, qui etiam leui
argumento deuiat à documentis, & tramite fidei.
4 ¶ *In glo. 2. ibi, tenui*] ideſt quantumcunque leui. Abbat.
[*& in fi.*]uel dic de tenui argumento, ut not. ſupra de
præſum. literas §. fi. in prin. Hoſtien. ¶ *In glo. ulti. ibi, in fi-*
*de*]licet baptizatus. idem in non baptizatis, ſupra de te
ſti. c. 1. cum concor.

*SVMMARIVM.*

1 *Epilogus, & ſuffragiom gloſſarum.*
*Non prohibens, cum poteſt, quem ab iniuria, tenetur. uide num. 2.*
*Scientia ſumitur hic pro patientia.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Correctio ad quos pertineat.*

CA-

## C A P V T II.

QVi alios. [*Errore*] fidei catholicæ,
vt faciat ad titulũ [*Non*
1 *reuocat*] fortius, ſi defendit. ¶†Prima glo. q̃
rit, & ſoluit diſtinguendo. ¶*In glo. 1. ibi, ſcien*
*tiam*] ſi ſeruus vulnerat, & occidit ſciente domino, te-
netur dominus: & ſcientia ſumitur hic pro patientia,
2 ut teneátur, ſi non prohibuit, cum id poſſet. ¶†*In glo.*
*1. ibi, prælati*] facit quod no. infra de ſen. ex. quantæ, niſi
dicatur aliquid ſpeciale in hæreſi, ut quilibet tenea-
tur ab illa proximum reuocare: uel quòd perſeueran
tia inducit quaſi iterationem delicti, ut quaſi uidea-
tur delictum omittendum [*& in fi.*] Hoſti. dicit, quòd
iudiciaria correctio ad ſolum prælatum pertinet, ut
in primis concor. Euangelica ad omnes, ut in ſecun-
dis, & remit. ad no. de cogna. ſpiritua. tuo, de teſtib. in
omni.

*S V M M A R I V M.*

1 *Hæretici pœna quæ.*
*Ei baptiſmus non prodeſt, nec alia opera bona.*
*Hæreticus quibus modis quis dicatur, num. 3.*
*Sciſmaticus etiam hæreticus eſt.*
*Hæreſis ſeparat omnem hominem ab eccleſia. unde dicatur, num. 2.*
2 *Epilogus, & additio gloßarum.*
3 *Bona ao reminiſcant mortificatis malis, in fin.*

## C A P V T III.

1 FIrmiſsimè. Hæreticus † perſe-
uerans æternaliter
damnatur, cui nec prodeſt baptiſmus, nec
eleemoſyna, uel martyrium. ſecunda ibi,
omni [*Sciſmaticum*] qui etiam hæreticus eſt unitam ec-
cleſiam diuidendo [*Incorporatus*] erat enim membrũ
abſciſum à corpore. 24. q. 7. quemadmodum 1. quæ-
ſtio. 7. conuenientibus, uer. item Ioannes. ubi dicitur,
quòd hæreſis ſeparat omnem hominem ab eccleſia.
ad idem 23. q. 5. ſi nos. facit 24. quæſtio. 1. hæretici, & c.
alienus, & cap. omnis qui, & c. quicunque [*Et poſt pau*
2 *ca*] deciſa; ac ſi dicat [*& infra*] uel &c. ¶†Glo. 1. ponit 7.
modos, quibus dicitur hæreticus. ¶*In 1. glo. ibi, hæreſis*]
& dicitur hæreſis ab elect. erroris, ut ibi, uel ab erro,
erras, uel ab hæreo hæres. quia nimium hærent ſuæ
opinioni. uel ab ereco, uel erciſco, quod eſt diuido, ſi-
cut dicimus fami. erciſcundæ [*& in fi.*] de hoc 24. q. 3.
3 §. quia uerò. ubi † no. largè Iudæos, & gentiles dici hæ-
reticos, quia non tenent atriculos fidei, ſecundum
quod omnes hæretici non ſunt excommunicati. Di-
cit Hoſtien. quòd duobus ultimis modis proprie, &
ſtrictè dicitur quis hęreticus, ſicut qui quò ad hoc nõ
recipit 4. concilia. ſic loquitur, C. eo. quicunque, C. de
ſum. tri. l. fina. Dicitur etiam hæreticus, qui priuilegio
Rom. ec. quæ præeſt omnibus, detrahit. 22. d. omnes.
Qui præcepta ſedis apoſtolicæ pertinaciter tranſgre-
ditur 19. d. nulli. Qui decretalibus epiſtolis contradi-
cit, uel eas non recipit 21. diſ. de libellis. Qui commu-
nionem catholicæ eccleſiæ non recipit, in auct. de pri
ui. do. hære. mu. non præſtan. poſt prin. col. 8. Hoſtien.
hic, & in ſum. eo. ti. §. 1. ¶*In glo. 2. ibi, Apoſtolus*] 1. ad Co
rinth. 13. A. ¶*In glo. ult. in fi.*] & mortificatis malis inter
2 dum bona reuiuiſcunt; [a] de pœ. di. 3. pium. Goff. & Ho
ſtien. remittit ad ſum. de pœni. & re. §. & an ficte. pri.
reſpon.

ANNOTATIONES,

2 ¶Reuiuiſcunt, facta ſcilicet in caritate quò ad uitam æternam,
uel etiam in peccato quò ad temporalia, de quo uide glo. de pœ.
di. 3. §. item ſi quis, ſecundum Aug.

*S V M M A R I V M.*

1 *Synodus Epheſina prima catholica.*
*Falſitas admiſſa in inſtrumento, uel in dicto teſtis quando uiciet*
*cætera, uel contra.*
2 *Sacramenta ab hæræticis an conferantur, an ab excommunica-*
*tis, depoſitis, & ſuſpenſis.*
*An à notorio fornicatore, an à ſimoniaco.*
3 *Additio gloßarum.*
*Origenes in quibus reprehendatur, & in quibus commendetur.*

## C A P V T IIII.

1 FRaternitatis. [*Epheſina † ſynodo*]
prima catholica
T. [*Quomodo poterunt*] q. d. non poterunt [*Ca*
*pitula*] ſcilicet quæ ſcripſerunt [*Auctores*] ſu
ſpenſiuè legas. & intelligit Innoc. hoc in expoſitioni-
bus ſcripturarũ, & omnibus aliis confectis ab his, qui
non gerunt publica officia 9. diſtin. ſi ad ſacras 16. diſt.
cap. 1. 37. diſt. ſi quid. In ſcripturis autem tabellionum
& aliorum publicum officium gerentium ſecus eſt:
quia licet unã chartam falſam fecerint, nihilominus
ualent aliæ, quamdiu in officio tolerantur, argum. 8.
q. 4. nonne, & melius, ſupra de cohab. cle. & mulie. ue
ſtra. & hoc propter publicam utilitatem, & ne uenic̃-
tes ad eos decipiantur, argum. ff. de off. præto. l. 4. ff. ad
Macedonianũ l. 3. reſponſ. 1. ff. de offi. præſi. ſi forte. C.
de Lati. liber. tol. l. unica. §. ſed domini, & §. ſed & ſi qs
homini libero. C. de teſta. l. 1. dicimus tamen, quòd ſi
inſtrumentum, uel dictum teſtis in uno probetur fal
ſum, non ſolum in illo, ſed in totum etiam reproban
dum eſt, argum. 3. q. 9. pura. ff. de ædil. ed. cum eiuſdẽ.
de con. di. 4. c. nõ liceat, & expreſsius 9. di. ſi ad ſacras,
vbi de hoc. & ibi habetur dictum Bart. quod etiam te
nuit in Vener. 50. quod uerũ eſt, quando tabellio, vel
teſtis mentitur circa ſubſtãtialia, uel circunſtantias ne
gocii, de quo agitur, principalis; puta cũ ageretur in-
ter cõtrahentes de boue, tabellio ſcripſit de aſino, uel
de pecunia argentea, & ipſe poſuit de aurea. uel age-
batur inter, P. & M. & ipſe ſcripſit inter G. & R. argum.
in eo, quod le. & not. de reſcrip. ſignificante. & eſt ra-
tio, quia nunquam debet ponere in inſtrumento, uel
teſtimonio, niſi quod in ueritate nouit, & uidit. nec
poteſt in hoc ignorantiam allegare 3. q. 9. teſtes, & ca.
hortamur, & cap. pura. & adde quod dixi de off. dele.
cum in iure, in fi. Si autem errauit, uel ſcienter menti-
tus ſit circa acceſſoria, uel circunſtantias negocii, de
quo agitur, non ſubſtantiales, nihilominus ualet in-
ſtrumentum quò ad ſubſtantialia; ut ſi dicat contra-
hentes eſſe de alia terra, quàm ſint, uel cõſanguineos,
uel affines aliorum, quàm ſint, & ſimilibus, & eſt ra-
tio, quia non conſiſtit in his officium tabellionis, vel
teſtis. nihil enim facit ad contractum, uel teſtimoniũ
undecunque ſint contrahentes, argum. ſupra de iudi.
cum deputati. & adde, quod poſt eum dixi de off. de-
le. cum in iure, poſt gloſſas in fi. & de hoc in ſpe. de te-
ſte. §. 1. uerſi. item quod aliquid, cum ſua remiſsione.
Eſt tamen euidens contra argu. in eo, quod le. & not.
ſupra de reſcript. ſignificante. cui contrario ſtaretur,
quando circunſtantię facerent ad caſum. licet autem
dicta alicuius ratione perſonæ non aliàs falſa proben
tur, uel reprobentur, redargui non poſſunt de falſo. ſi
tamen publica perſona de falſo accuſata, & condem
nata fuerat, ex tunc inſtrumenta, & dicta eius carebũt
robore ratione perſonæ, ut hic, & ſupra de teſti. teſti-
monium. alii dicunt, ut Ioan. in præ. ca. ſi ad ſacras, &
hoc placuit Goff. ut dixi, de elect. eccleſia 2. in glo. hic
tractat, quòd ſi in uno inſtrumento plura capitula
ſunt cõnexa ſibi, & unum ſit acceſſorium alteri, vno
caſſato cætera connexa & acceſſoria caſſata intelligũ
tur:



tur: ſecus, ſi ſint diuerſa & ſeparata, argum. ff. de min.
etiam, ff. de neg. geſ. cum actum, & l. at qui natura. fa-
cit ſupra de app. una ſententia, cum concor. uel diſtin
gue, ut ſupra de fide inſtr. ex literis primum tamen di
2 ctum magis placet Inno. ¶In ſacramentis † uerò ſe-
cus, quia illa etiam ab hęreticis recepta ualẽt quò ad
eſſentiam 32. di. §. uerum, & etiam grariam conferũt,
ſi qui illa ignoranter ſummunt. de Iuda enim cõſtat,
quòd fuit hæreticus, argum. 1. quæſtio. 1. eos qui, & ta
men baptizati ab eo gratiam receperũt: aliàs peccaſ-
ſet, qui cum cum aliis miſit ad baptizandum, qui ſic
baptizati ab eo deciperẽtur 1. q. 1. Chriſtus, & c. dedit.
ad idem eſt, quod dicitur de infantibus. 1. q. 4. c. 2. & 3.
idem etiam dicendum eſt, ſi coactè recipiat 1. q. 1. do-
minus declarauit, circa fi. coactione tamen abſoluta
interueniente. nam ſi conditionalis eſſet, peccaret,
nec gratiam reciperet 1. di. preſbyteros. Sed & neceſſe
eſt, quòd uoluntatem habeat illud ſacramentum re-
cipiendi; quod dic, ut le. & no. ſupra de baptiſmo, ma
iores. §. penu. & fin. Si ergo quis ſcienter accedat ad ſa
cramenta hæreticorum, peccat, nec recipit gratiam,
1. q. 1. etiam. & c. ſequentibus. & hoc ex ſola conſtitu-
tione eccleſiæ hoc prohibente; quod apparet ex eo,
quòd ipſa conſtitutio excipit baptiſmum in cauſa ne
ceſsitatis 32. di. §. uerum. & quia ſolus Deus dat gratiã
non miniſter, non attenditur, qualis ſit miniſter niſi
in eo, qui ſcienter contra conſtitutionem eccleſiæ re
cipit. & hoc non ſolum de hæreticis prohibitum eſt,
ſed & de excommunicatis, ſcilicet depoſitis, etiam ſu
ſpenſis. quod dic, ut legitur & no. ſupra de or. ab epiſ-
copo. c. 1. & 2. excepto notorio fornicatore, ſimonia-
co, qui licet ſuſpenſi ſint à communione ſacramen-
torum: tamen in articulo neceſsitatis corpus Chriſti,
& baptiſmum conferunt. 32. diſt. §. uerum. unde & in
tali articulo, ex quo licet ab eis ſacramenta recipere,
licitum erit eis tangere, non tamen conficere. nec eſt
iſtud ad ſacramenta alia extendendum: quia cum de
his ſpecialiter concedatur, conſequens intellectus pa-
tet, quòd de cęteris, hoc negatur 95. di. qualis, ſupra de
præſump. nonne, cum ſuis concor. ſcias, quod partẽ,
huius glo. quam quidam libri hic habent, dicit Arch.
quòd in origi. reperit cancellatam. ſed plus placet In-
noc. quod no. infra de ſciſmaticis c. 1. uerũ contra id,
quod dictum eſt, ignorantes, & coactos recipere gra
tiam, eſt apertè, quod legitur 1. q. 1. etiam, & tribus ca.
ſequentibus. ubi dicitur, quod ibi gratia non confere
tur. ſed illud intelligas poſt, quàm hoc ſciunt, & facul
tatem habent per manus impoſitionem reconcilia-
ri eccleſiæ, quam petere tenentur. 1. q. 4. c. 2. & 3. 24. q.
3. notandum. & niſi hoc fecerint, peccant; & ſic gratia
carebũt. uel aliter. ſi ſacerdos bonus eſt, per meritum
gratia confertur. ſi autem fictus eſt, licet fides eccle-
ſiæ, & uirtus ſacramenti proſit: tamen meritum eius,
quo caret, non prodeſt 1. q. 1. per Eſaiam, ſecundum
Innoc. cuius eſt glo. hæc quaſi tota ſecundum Hoſti.
¶Gl. 1. ſignat contrarium, qđ dupliciter fortificat, &
3 ſoluit. ¶†*In glo. 1. ibi, declarauit*] & cap. nonne. ubi habes
concor. ad hoc [*Et ibi, recipienda*] tanquam auctorizabi
lia: poſſunt tamen recipi ut rationabilia, & ſic ceſſent
cõtraria [*& ibi, Origenis*] aliqui dicunt Originem excu-
ſabilem, quia hęretici ad offuſcandum nomen ſuum,
hæretica interſeruerunt libris ſuis, hoc recitat Hoſti.
infra de ſent. ex. à nobis 2. hanc expoſitionem impro-
bat Hiero. in epiſtola ad Pammа. & Occ. eo maxime,
quia Euſebius, & Didymus ipſius tractarunt errores.
tamen ipſe idem fatetur aliquos dicere per ipſius peſ-
ſimos diſcipulos aliqua admixta, ſed non omnia, ui-
de ad Deſiderium de 12. lectoribus. B. videre potes de
ipſo, & ipſius commendabilibus actibus, & de ipſius
erroribus in hiſtoriis lib. 12. 8. c. cum 7. ſequenti. & in
Hiero. ad Pam. & Occ. 1. C. [*& in fi.*] ubi de hoc, & in-
fra de no. ope. nun. capit. 2. & infra de re. iudi. acceſſo-
rium, lib. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Præferre ut hic capiatur.*
*Ignorantia probabilis excuſatur,*
*Sepultura cui hic denegetur.*
2 *Nomen, & memoria aliquando damnatur poſt mortem.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*
*Huius decretalis pœna quando locum habeat.*
*Pagani Iudæis parificantur.*
*Pœnitentia an præſumatur in ultimo inſtanti morientis, in fina.*
*remiſſ.*

## C A P V T V.

1 SIquis epiſcopus. †[*Prætu-*
*lerit*] i. in-
ſtituerit. T. uel prætulerit eccleſię ſuæ. & in
teilige de epiſcopo, qui hoc fecit ſciẽs. pro
babilis. enim ignorantia eſſet excuſata, de cleri. excõ.
apoſtolicæ, infra eo. cap. fi. lib. 6. Abb. exponit. 1. erro-
rem ſuſtinuit [*Saltem*] q. di. nedum in uita [*Dicatur*] ergo
non ſepeliatur: & ſi ſepultus eſt, exhumetur, ſupra de
2 ſepul. ſacris [*Nomen*] damnatur † ergo ipſius memoria
[*Recitetur*] forte in libro, quo poni ſolent nomina epi-
ſcoporum defunctorum, & pronunciari obitus an-
3 nuatim. Hoſtien. ¶†Gl. 1. reſpon. per obiectionem, &
ſolutionem. ¶Vlti. glo. ſignat contrarium, & ſoluit.
4 ¶†*In glo. 1. ibi, hæreticos*] ſecundum Ala. & Lau. & idem
Innoc. & Hoſtien. non enim locum habet hæc pœna,
in illo, qui in his, quę teſtari poſſunt, inſtitueret extra-
neos, tamen catholicos, licet quidam contradicentes
quòd non præſumitur eccleſia dilexiſſe pręponendo
extraneos ipſi eccleſiæ. ¶*In glo. 2. ibi, hæreticis*] ſic etiam
parificantur pagani Iudæis, ſupra tit. 1. cum ſit. ¶*In glo.*
*ulti. ibi, c. 1.*] & infra c. accuſatus. §. ſi uerò, in fin. libro 6.
[*& in fi.*] de hoc. 24. q. 2. in ſum. & Hoſtien. remittit ad
ſum. de accuſa. §. ſi quis accuſari, & uide in ſpec. de ac-
cuſator. ad fin. uer. item quod reus. ſed nonne præſu-
mi debet pro iſto, qui in ultimo inſtanti potuit pœni
tere? dic, ut no. 88. di. neque.

*S V M M A R I V M.*

1 *Hæretici ſunt Iudæi, uel pagani.*
*Additio gloßarum.*

## C A P V T VI.

1 IN eos. *Qui non ſunt*] Quia † hæretici
ſunt Iudæi, uel pagani. ¶*In*
*glo. 2. ibi, dari*] ſecundum Ala. & T. ¶*In glo. ul*
*ti. in fi.*] & ibi in uer. item multi, ſecundum
literam, de ipſis ſtatuerunt defunctis, qui ſuas &c. pa-
tet idem in laicis, alia litera, quæ habet de epiſcopis, id
non probat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Deus non nouit opus imperfectum.*
*Ius diuinum, uel naturale reſpicit etiam præterita.*
2 *Articuli noui fidei qui dicantur, qui ueteres, à quibus & quali-*
*ter ſciendi.*
*Articulus ut ſtrictè, ut largius ſumatur, & largiſſimè.*
*In quo non licent dubitare.*
3 *Chriſtus ſicut uerus eſt Deus, ita uerus homo.*
*Habitus non negat eſſentiam, niſi negatiua ponatur.*
*Solùm, tantum, aduerbia negatiuam ſapiunt.*
4 *Additio gloſſarum.*

CA-

## C A P V T  VII.

1 CVm Chriſtus. Perfectus. nō † enim nouit etiã opus imperfectum, de baptiſmo, maiores [*Decætero*] quia iuris diuini, & naturalis eſt, hoc reſpicit etiam præterita. de hoc de conſti. c. fin. ad idem, infra de uſur. cum tu, ſed Ala. & Vincen.
2 per† hanc literam notabant, quòd propterea facere poterat nouos articulos fidei, quod fatebantur uerũ ſecundum unam acceptionẽ articuli, ideſt tale, quod credi oporteat, cum prius non ſic oporteret. ſed cum dicit articulus eo, quod neceſſariò credi debet & debuit, non facit nouum articulum: quia quod modo eſt articulus, ſemper fuit & erit articulus, ſicut ſtrictè ſumuntur expreſsi in ſymbolo Apoſtolorum, & hos ſm eos, fideles explicitè ſcire tenentur, allegant canones, de con. di. 5. quos hic allegat glo. largius ſumitur, cum comprehendit cum præmiſsis diffinitiones factas per Romanos pontifices, vel cõcilia, quale eſt tres perſonas eſſe coæquales, & alia multa, de quibus habetur 15. di. c. 1. & 2. & 3. & de con. diſt. 4. capit. pen. & ult. & iſta ſecundum eos neceſſe eſt credere implicitè: explicitè non niſi prælatis, qui legem ſcrutabiliter ſcire tenentur 38. diſt. omnes 23. di. qui epiſcopus, & de his hic remittam ſuper fi. glo. largiſsime uerò ſecundum eos ſumitur articulus, ſecũdum quod reſpicit omnem ueram ſententiã circa fidem, etiam nondum diffinitam. & in hac acceptione licet dubitare, de articulo fidei, ſcilicet nondum diffinito, ſicut de iã diffinitis licuit ante diffinitionem, allegant 24. q. 1. dixit apoſtolus. bene ponitur exemplum in uiſione diuina per nouam conſtitutionem Benedicti, quæ incipit, Benedictus Deus, Speculator uocat talia articula fidei, in ſpec. de diſpenſa. lega. §. nunc breuiter, uerſi.
3 2. contra [*Secundum quod homo*] dicit Vincen. quòd† quidam dicebant cõtrarium per id, quod dicitur ad Phi. 2. B. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo. unde dicebant, quòd aſſumpſerat humanam formam ut habitum, & potius continebatur ſub prædicamento habere, quàm ſub eſſe, ſed male dicebant, quod hic reprobatur. nec obſtat illa auctoritas, quia & humana eſſentia & forma habet habitũ hominis. Quare habitus non negat eſſentiam, quod intelligas, niſi poneretur negatiua, ut ſi diceretur, habitu ſolum, vel tantum, quod negatiuam ſapit, de cauſa poſ. cũ eccleſia. facit quod dixi, ſupra, de cle. non re. quia nonnulli, in magna glo. uerſ. quid ſi omnes [*Ita uerus*] non phantaſticus, ut dicebant Manichæi, de cele. miſ. in quadam, in prin. [*Anima rationali*] ipſum corpus uerè per ſe & eſſentialiter informante, ut in clem.
4 de ſum. tri. c. uno,[a] prin. ¶ † [*In glo. 1. excommunicatus*] ſup.
a non tam ex ui horum uerborum, quàm ex eo [*& ibi, c. 1.*] & ſupra de cel. miſ. in quadam [*& in fi.*] dic, ut dixi, ſupra de ſum. tri. ſuper glo. rub.

ANNOTATIONES,

a ¶Vno. Ibi uide pleniſſimè Ioan. And.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæretici, receptatores & fautores ipſorum ſunt excommunicati eis denegatur eccleſiæ ſepultura, & oratio. & nume. 2. negotiatio etiam cunctis interdicitur.*
*Canon eſt latæ ſententiæ hæc decretalis.*
*Negotiatio quibuſcunque exerceri non liceat.*
ſtulaſti, de cleri.excom. capitulo ſecundo [*Exterminatis*] quaſi extra terminos, & fines eiectis. Egi. [*Poſſideāt*]
10 & ſic † inuadēdi ſunt rebelles, & ipſorum bona aucto-
ritate eccleſię per alios catholicos occupanda, uigeſi
matertia, quæſtione ultima, §. his ita, & capitulo ſe-
quen. ſecunda, quæſtione quinta, §.ipſis autem, & ca-
pitulo ſi apud carnales, cum ca.ſequi. hoc autem agē-
tes dicuntur diligentisſimi rectores, & pii cōſultores,
ea. quæſt. ſi uos. ſunt etiam tales necandi, & ciuitates
cremandæ, ea.quæſtio. ſi audieris. Et temporalis do-
minus, qui negligit, plectendus eſt. ea.cauſa, quæſtio.
ſecunda, dominus. 3. quæſtio.7. qui ſine, in aucten.ut
diffi.iu.§.penultimo, & ultimo, collatio.nona, ſecun-
dum Hoſtien. [*Fidei*] aliàs fideli [*Saluo iure*] no.pro pro
11 teſtatione [*Principalis*] à † quo dominium illud teneba-
tur. & ſic immobilia ſunt prioris domini, ff.de cap. &
poſtli.reuer. ſi captiuus; mobilia fiunt occupantium,
eo.titu.l.antepenul.ff.de acqui.re. do.transfuga, C.de
cap.l.ab hoſtibus. uel dic, quòd ubi inter Chriſtianos
ex una parte eſt iuſtum bellum, ex altera iniuſtum, iu
ſtè pugnans omnia occupata ſua facit, quæ tamen ab
alio in feudum nō tenentur, ff.de cap.l.5.§.in pace, de
acqui.rerum do.naturalem, §.fi. uigeſimatertia, quæ-
ſtione quinta, dicat, & quæſtione ſeptima, ſi de rebus.
Sed & feudalia occupare poſſunt, ſaluo iure domini
innocētis, ut hic. ubi uerò infideles, uel Chriſtiani in-
iuſtè pugnantes bona immobilia iuſtè pugnantium
occupant, & poſteà recuperantur, ad antiquum do-
minum reuertuntur, ut in d.l.ſi captiuus. & de hoc, ſu
pra de iureiurand. ſicut.2. & de homici. pro humani,
ibi, diffidatus, libro ſexto, ſecundum Hoſtien. hæc au-
tem clauſula ceſſat, ubi non eſt principalis dominus,
ſecundū eum. (obſtaculum) præcedens litera facere
uidetur pro rege Arragonum, vt ſibi non præiudicet
occupatio facta per regem Francorum de comitatu
Toloſano ad mandatum eccleſiæ. ſed iſta litera eſt cō
tra eum: quia impedimentum præſtitit Gallicis occu
pantibus terram, ſecundum Abb. [*Lege*] de qua dictū
eſt ſupra uſque ad uerſiculum, Saluo [*Catholici*] indul-
12 gentiam † cruce ſignatorum cōtra hæreticos, & quod
hic not. Vinc. de prælato cruceſignato, qui obligauit
fructus ad triennium, uide ne.præ.uiceſ.cap.ult. ſuper
glo.2.infra hic no. reliqua uide ad literam in Spec.eo.
titu.§.in fauorem, uſque ad fi. ſ.an recipiat manualia,
& an debeat tenere uicarium [*Conceduntur*] habent re-
miſsionem peccatorum. & præter id plura alia, quæ
habentur, ſupra titulo primo, ad liberandam, in par-
te deciſa, quam ibi poſui, & gloſſaui. interpretatur au
tem conſuetudo etiam per religioſos inquiſitores in-
ducta, quod etiam tempore pacis eccleſiæ, ex quo
non reſtat hæreticorum perfidia, uel potentia, uel in-
caſtellatio, datur contra hæreticos ſignum crucis, &
ſic cruciati priuilegio, de quo hic loquitur, uolūt uti
13 [*Credentes*] pęna † credentium, receptatorum, & fauto-
rum [*Talium*] ſcilicet receptatorum, defenſorū, & fau-
torum. credentes enim omnino ſunt damnati, infra
c.penul.in fi.Hoſt. quod dic, ut ibi dicam [*Satisfacere*]
ſic, ſupra §.qui autem, & infra §.primo, conſiſtit autē
in hoc ſatisfactio, quod abiuret hęreſim: purget ſe, ſi

tantum eſt ſuſpectus,infra §.adiicimus. & ſi alia cauſa
notoria excommunicatus ſit, reſtituere debet perce-
pta,& quæ percipi potuerunt, arg.de reſtitu. ſpo. gra-
uis.& quæ ex occupatione aliqua,ſi forſan illam fece
rant,peruenerunt,ſupra de iureiuran.ſicut,uel ex offi
cio uſurpato,damnato, uel ſibi interdicto, ſupra titu-
lo primo, cum ſit. idem ergo & de his, quæ ratione
participationis ad eum peruenerunt, arg. dictorũ iu-
rium, & ſupra eo.ad abolendam, §.1. in fi. tenetur e-
nim ſatisfacere de acceſſoriis, & ſequelis hic, ſicut de
ipſa offenſa,ſm Hoſt.ad hoc, de uer.ſi.ex parte, inf.de
reg.iu.acceſſorium,lib.6. [*Contempſerit*] ſup.Hoſt.ſi lai-
cus fuerit; quia de clerico prouidetur, infra uer.ſi ue-
14 rò clericus[*Infamis*] ſecunda†pena in officio inquiſito
rum.habetur talis conſtitutio Federici. Patarenorum
receptatores,& complices,& quocunque modo fau-
tores, qui ut à pena alios poſſint eximere, de ſe uelut
improuidi nõ formidant, publicatis bonis omnibus
relegandos in perpetuum eſſe cenſemus, & ipſorum
filii ad honores aliquos nullatenus admittantur.Si ta-
men aliquis fautorum hmõi detexerit aliquem Pa-
tarenum,de cuius perfidia manifeſtè probetur, in fi-
dei præmium,quam agnouit,famæ priſtinæ de impe-
riali clementia reſtitutionis beneficium integrum cõ
15 ſequatur[*Nec ad publica*] 3.pœna† quæ locum habet e-
tiam in excommunicato,de procura.c.fi.Hoſt.[*Ad eli
gendos*] 4.pena,& idem etiam in excommunicato à ſu-
ſpenſo, ſupra de conſuetu. cum dilectus, de elect.illa.
Et no.quòd ponit hic vt diuerſa, per quod uidetur, ꝙ
nepos damnati, licet nõ poſſit habere eccleſiaſticum
beneficium,uel publicum officium, ut infra eod.c.2.
lib.6,eligere tamen poſſit ad illa [*Ad teſtimonium*]v.pe-
na.& idem in excommunicato, ſupra de teſti. veniẽs.
2.§. fi. [*Inteſtabilis*] 6.pena, de qua ſecundum Hoſtien.
an in excommunicato locum habeat, not.de excep.
pia,de ſenten.excom.decernimus,lib.6.& ibi plenè ſu
per ulti.glo. dixi [*Hæreditatis*] 7.pena [*Accedat*] ex teſta-
mento, uel ab inteſtato, licet aliud innuatur in parte,
in aucten ut cum de appel.co.§.generalem,& ſequen
tibus,colla.7,ſed corrigitur in illa parte, ſupra eo.uer-
gentis.Hoſt. [*Nullus*] 8.pena, quæ in quolibet excom-
municato locum habet, ſupra de iudic. intelleximus
[*Quod ſi forte*]6.pena.& idem in excommunicato noto
rio,ſupra de re iudi.ad probandum,ſaluo eo,quod ha
bes,infra eo.præſidentes,lib.6.[*Sententia*]lata etiam in-
ter eos,qui ignorabant eum talem, ſecũdum Io. cum
ſit lata à non iudice,alle.in contrarium.3.q.7.§.tria,in
prin.[*Nec cauſæ*] 10.pena, quæ ſequitur ex proxima [*Si
fuerit*] 11.pena,& idem in excommunicato aliàs,intra
de ſenten.excommunica.decernimus[*Si tabellio*]12.pe
na,quæ in allega.excommunicato uendicat ſibi locũ.
11.quæſtio.quarta,nullus.Hoſtien.qui de cæteris pœ-
nis per utrunque ius cõtra hæreticos promulgatis re-
mit.ad ſum.eo.tit.§.qua pena fuerit receptator,defen-
ſor, uel fautor, Hoſtien. [*In ſimilibus*] poteſt facere cõ-
parationem ad ſimilia officia, & ad ſimiles perſonas,
ut dicam ſuper glo.proxi. [*Deponatur*] ultra penas præ-
dictas.& additur hoc propter rationem,quæ ſequitur
[*Si qui autem*] pena illorum,qui talibus communicant
[*Tales*] ſcilicet credentes,receptatores,& fautores[*De-
16 notari*] argumen.quòd†communicare excommunica
to non denunciato ſit ueniale, poſt denunciationem
mortale,de hoc,ſupra quod me.cauſa,ſacris,de cle.ex
commu.capitulo finali [*Percellantur*] per ſententiam,
vel ipſo iure,ſi intelligas de minori,vel de participatio
ne in crimine [*Sepulturæ*] de hoc,dic hodie,ut infra eo-
dem, capitulo ſecundo, primo reſponſo, libro ſexto
17 [*Alioquin*] ſupple, ſecundum † Hoſtienſ. excommuni-
cati ſunt clerici ipſo iure, cum cenſeantur fautores,&
cum per papam tales ter excommunicentur in anno
celebrantes autem diuina coram excommunicatis, à
papa excommunicati ſunt,infra de ſenten.excommu
nicatio.ſignificauit. quod intelligas, ut ibi dicam. re-
ſtat,quòd ſi ſic excommunicati celebrant,& ſacramẽ
ta interdicta in anno miniſtrent, irregularitatẽ incur-
runt,infra de cleri.excommunicato mi. capitulo pri-
mo,& ſecundo, & capitulo poſtulaſtis [*Regulares*] ſup.
18 caueãt à prædictis[*Etiam hic*] ac ſi diceret,ſi† clerici gra
uius puniuntur,quàm laici.quia grauius peccant.ſi re
ligioſi grauius,quàm clerici,& ideo grauius puniun-
tur.ad hoc,infra eodem accuſatus,ad finem, libro ſex
to[*Vt illorum*] ſi omnes,uel maior pars deliquerint,pla
num eſt.aliàs contra,de his,quæ fiunt à maiorita.par.
capitulo quæſiuit, uel dic quòd hoc eſt ſpeciale pro-
pter immanitatem criminis,ſicut & aliàs, ſupra eodẽ
uergentis,de officio Archidia.ea quæ,Hoſtien. [*Diæce
ſi*] ſi.infra de priuileg. tuarum,de exceſ.prælato. illud
19 [*Quia uerò*] prohibitio † prædicationis abſque ſuperio-
ris auctoritate [*Ait*] ſecundo,ad Timo. tertio. A.[*Di-
cat*] ad Roma.decimo[*Non miſſi*] hoc dicit ſecundum
Hoſti. quia ſunt quidam miſſi per uniuerſum orbem
ordinarii,ſicut epiſcopi, qui habent auctoritatẽ à do-
mino prædicandi per uniuerſum orbem euangelium
omni creaturæ.Matt.ult.vigeſimaprima diſtin. in no-
uo.& de talibus ſacerdotibus,ideſt epiſcopis,poteſt in
telligi,decimaſexta,quæſtione prima ſtatuimus, & ſe-
cundum hoc,decimanona diſtinct.ſecundum.& hoc
niſi prohibeantur ab eo,cuius eſt diœceſis, ſexta,quæ-
ſtione tertia,ſcriptum.uel illud intelligitur de falce iu-
riſdictionis,non prædicationis.cum enim miſſio epi-
ſcopi,ut eſt dictum,probetur auctoritate diuina,non
debet prohiberi,ſed ubique recipi.ad hoc,ſupra capi-
tulo proximo,uer.Ioannes,dum tamen caueat ab er
rore.allega.contra,de pur.canoni. inter ſolicitudines,
quadrageſima diſtinctio.ſi papa. Maximè quia uerbũ
domini non eſt alligatum,ſecunda, ad Timo. ſecun-
do,B.dicit Hoſtien.quòd epiſcopus ſemper & ubique
ad prædicandum admittitur,niſi prohibeatur ab illo,
cuius diæceſin intrat.non prohibitus autem,licet præ
dicet in diæceſi aliena, non tamen dat indulgentiam,
niſi de ſpeciali papæ licentia,uel epiſcopi loci,infra de
peniten. & remiſſio. quòd autem. ratio diuerſitatis,
quia per prædicationem non intelliguntur multum
alieni limites uſurpari, nec paratur alicui graue præ-
iudicium:imò fit melior conditio diœceſani,& anima
rum ſibi commiſſarum, nonageſimaquinta diſtinct.
ecce.unde uidetur eo inuito hoc fieri poſſe, ff. de ne-
gocia. geſt.ſoluendo, ff.de ſolutio, l.ſoluere, & l.ſi de-
bitor: ſed hoc nõ procedit ſecundum eum: quia licet
non fiat illi graue præiudicium,tamen intereſt ſua,ne
fiat ipſo inuito, ne ipſius termini uideantur occupa-
ri,argumen.ff.de ne.geſt.cum pecunia, in fine,ad hoc
de uſu pal.ex tuarum. De non epiſcopis autem dic, ut
ſequitur [*Apoſtolica*] ut patet de Prædicatoribus,& Mi
noribus.in dec.Bonif. ſuper cathedram, innouata per
concil.Vien.de ſepult.dudum Benedic. quæ ad idem,
20 ſupra titulo primo,quàm ſit[*Epiſcopo loci*]non ergo†li-
cet Abbati hanc auctoritatem dare, ſecundum Inno-
cen.argumen.ſupra de præſumptio,nonne,& melius,
infra de exceſſib.prælato. accedentibus: ſecus, ſi miſ-
ſam uelit quis celebrare; quia illud poteſt concedere
quilibet curatus,dummodo conſtet, celebrare uolen
tem eſſe presbyterum,ſupra de cleri.peregrinantibus,
capitulo tertio, ſecundum Innocentium, & eſt ratio
ſecundum eum: quia in primo magis imminet peri-
culum, quàm in ſecundo, ut ſupra, & infra capitulo
proximo, uel dic quòd ſi perſona prædicare uolen-
tis ſit not. ſicut magiſter in theologia, uel alius com-
petens & idoneus prædicator, ut per epiſcopum ap-
probatus & deputatus ad curam, ut ſunt eccleſia-
rum



ſiarum prælati, uel alii, quibus prædicare generaliter,
uel ſpecialiter ſit conceſſum, etiam quilibet curatus
hanc auctoritatem dare poterit ſecundum Innocen.
ad hoc, ſupra de officio ordinarii, cum ab eccleſia-
rum. quod intelligit Hoſtien.caſualiter,& in tranſitu,
ſed etiam epiſcopus hoc generaliter cõcedere poteſt
per totam ſuam diæceſim, de offic.ordi. inter cætera,
quod inferior nõ poteſt, ut hic [*Priuatim*] priuata ma-
gis eſt ſuſpecta, ſupra capitulo proximo [*Vſurpare*] ut
patet ex his, quæ ſupra dixi, uſurpare intelligitur non
miſſus per papã,uel epiſcopum,uel non probans miſ-
ſionem per operationem miraculi,uel ſcripturæ teſt-
monium,ſup. capitulo proximo,uel probans miſſio-i
nem, prohibitus tamen ab eo, cuius eſt populus, niſi
ipſa miſſio ſuperioris auctoritate approbaretur [*Præ-
21 ſumpſerit*] ſup. ſi † moniti non reſtituerint [*Quàm citius*]
ad ſuperioris arbitrium [*Adijcimus*]uitatio,& perſecu-
tio hæreticorum [*Honeſtas*] ſupra de officio Archidia.
capitulo primo, de offic. ordi. inter cætera[*Semel*] ſu-
pra de officio Archidiaco.mandamus [*Tres,uel plures*]
ſecũdum quoſdam intendit hæc litera,quòd in crimi-
ne hæreſis requirãtur neceſſario tres teſtes ad minus,
quaſi iſte ſit caſus ſpecialis,quo non ſufficiunt duo,ad
dendus ad notatos.2.quæſtione quarta,in princi.cum
uideatur abſurdum, quẽ de tam graui crimine ad di-
cta duorum teſtium condemnari, maximè cum trun
cetur ordo defenſionis circa notitiam teſtium, infra
capitulo finali,libro ſexto. & ſic circa interrogatoria,
quæ dari ſolent,ſupra de teſti.per tuas,eodem titu.pre
b ſentium[b], lib. ſexto.ſed uerius uidetur, ideo de tribus
hic dici:quia quãto pluribus committitur inquiſitio,
tanto facilius fiet nunciatio,non quòd omnes tres de
beant nũciare,ſed unus ex tribus: nec tota uicinia, ſed
unus ex uicinia,& uide quod dixi poſt Innocen.ſupra
de ſimo. ſicut [*Viros*] ſi. ſupra de accuſatio. ſicut olim
[*Conuenticula*] ſi.ſupra capitulo proximo, in princ. [*Di-
22 ſſidentes*]ut†quia laici non profeſſi, portãt habitum re-
gularem:uel pone exemplum in his,qui ſequũtur nu-
ditatem totius corporis,uel partis,puta pedũ,uel non
conuiuunt hominibus,non uiſitant eccleſias,non au
diunt uerbum dei,non colunt dominicam, forte co-
lentes ſabbatũ:ſine lumine etiam die clareſcente non
comedunt:panis eſum abhorrent:die dormiunt, no-
cte uigilant. hæc, & ſimilia diſſident à communi uita
fidelium[*Purgauerint*]ſed in purgatione defecerint, vel
quia iurare nolunt,uel alio modo:ſecus,ſi negligunt.
23 de hoc dixi, ſupra §.qui uerò [*Si qui uerò*] pena† iurare
nolentium [*Obſtinatione damnabili*] hoc dicit propter re-
ligioſos,qui non rebelliter,ſed quædam honeſtate iu-
rare renunt. de teſti. nuper, de iureiurand. & ſi Chri-
ſtus,ad fi. ſi uerò oſtinabiliter iurare renuũt, dicentes
hoc mortale, habet locũ quod hic dicitur, & ſunt ta-
les de ſecta Vandenſium, qui omnino iurare renuũt,
ſecundum Hoſtien.ſecundum quem iſtud eſt leue ar-
gumentum ad cõuincendum hæreticum,de quo po-
teſt intelligi lex.2.C.de hære.ut dixi, ſup. de præſump.
24 literas,ſuper glo.penul.[*Volumus*] pena†epiſcoporum
non perſequentium hæreticos [*Euigilent*] etiam ſi per
ſedem apoſtolicam ſint inquiſitores in prouincia,vel
diæceſi deputati, infra eo.per hoc, libro ſexto. & tunc
erunt paſtores ſuper gregem ſuum uigilantes, Luc.2.
ſecundum Hoſtien.qui remit.de officio Archidiaco.
capitulo finali,negligens.in aliis reprobanda, ſed hoc
caſu deteſtanda negligentia epiſcopi[*Deponatur*] tamẽ
à ſolo papa. unde nec hoc caſu procedunt inquiſito-
res contra epiſcopos, infra eodem inquiſitores, libro
ſexto [*& poſſit*] de cle.non reſiden.quia nonnulli,& ca
25 pitu.relatum.¶[*Glo.† uidetur hic*] ſignat contrarium, de
dec.literas,& ſoluit. iterum, ſignat contrarium de cau
ſis conuenientibus,& ſoluit.¶[*Glo.argumen.quòd*]arguit
26 & ſignat contrarium. ¶[*In † gloß. argumen. quòd, ibi, Sanci-
mus*] uide in capitulo proximo, alle. ſuper ultima glo.
[*& ibi, ſi quis; no*] reuocatur lex, quæ permittebat,pro-
pter odium paternum per matrem filium exhæreda-
ri.¶[*In gloſſ. ſine quibus,ibi, congruit*] præſes debet recepta-
tores coercere, ſine quibus latrones diu eſſe non poſ-
ſunt [*& ibi, l. 1.*] uide de fur. qui cum fure, ſuper ulti.
glo.[*& ibi,l.1.*] qui occultat,uel ſociat criminis reum,
pati pena punitur. ¶[*In gloſſ.ult.ibi, §.1.*] uide de calum.
capitulo ſecundo,in gloſſ. ſecunda.¶[*In gloß.hæc omnia*]
ſola prima concord. facit ad propoſitum.aliæ melius
adaptantur ad fi.ſecundæ gloſſ.& l.ſcientiam,uide,ſu-
pra capitulo ſecundo, ſuper 1.glo.l.quid ergo, §.1. di-
cit,quòd pater,qui patitur filium,uel filiam conſtitue
re binas nuptias,notatur, quia conſtituiſſe uidet. ¶[*In
gloſſa penultima, ibi, §.in poteſtate*] loquitur in conuento
noxali,qui non vult iurare ſeruum in ſui poteſtate nõ
eſſe,nec ſe dolo feciſſe, quo minus eſſet. ¶[*In gloſſa ulti-
ma,ibi,indicia*] uide de probatio. tertio, ſuper ulti.gloſſ.
27 ¶[*In†gloſſa prima, in fine*] iſta enim conſtitutio immedia-
tè ſequebatur illas,& fuit tertia,ut dixi, ſupra de accu-
ſatio.ſicut.¶[*In gloſſ.uidetur hic,ibi, uiolentiſſima*] idem no.
ſupra de ſimonia.inſinuatum [*& ibi,annus*] de hoc, ſu-
pra de dolo & contuma.ueritatis [*& ibi,ut ibi*] de hoc.
uigeſimaquarta,quæſtione tertia, dixit apoſtolus [*&
in fine*] uel eius contumacia, infra eodem cum contu-
macia,libro ſexto.¶[*In glo.argumen.quòd propter,in fine*] il-
lud ſpeciale.& uide quod no. in præ. capitu. quæſiuit,
in ulti.gloſſ.cum ſuis remiſ.¶[*In glo.argumen.quod auctori
28 tate,in fine*] crux† tamen prædicari non poteſt ſine ſpe-
ciali papæ licentia, ſicut nec ipſius uotum redimi, ſu-
pra de uoto,quòd ſuper,& c.ſequen. ille ergo iudicat,
qui poteſt ſoluere,argumen. de reg.iu.c.1.de maio. &
obe.cum inferior.ſecunda ratio,quia propriè & prin-
cipaliter ad papam ſpectat reſpondere de fide, & per
conſequens eius acceſſoria expedire.24.quæſt.1.quo-
ties. Tertia ſit quantitas indulgentiæ,de qua ſequitur,
quam nullus facere poteſt niſi ſolus papa. Remit. ta-
men Hoſtien.ad ſum.de uoto,§.in quo caſu, & à quo
crux.¶[*In glo.ſine quibus,ibi,conſanguinei*] in quibus tamen
temperaretur pena extra iſtud crimen, ff.de excep.l.2.
ſed non in iſto ſecundum La. ¶[*In glo. ſic,ſupra ibi, exce-
ptionem*]de hoc,infra de ſenten.excom,decernimus,in
29 ult.gloſſ.[*& ibi,ſimilibus*] ut ſic†comprehendat omnia
publica officia cuiuſcunque nominis,quæ nec nomi-
nari poſſent,ff.de præſcrip.uer.l.4. & uariantur per di-
uerſas prouincias, nec de nomine curandum, ſup. de
procu.petitio,& omnes actus legitimos, ut ſupra glo.
prox.poteſt etiam per illud uerbum fieri comparatio
ad perſonas ſimiles, ſicut ſunt ſchiſmatici, & notorii
excommunicati, ſecundum Hoſtienſ. [*& in fine*] imò
dic,ut infra de reſcri.capitulo primo, libro ſexto. ¶[*In
gloſſa hic reſeruat,ibi,ipſum eccleſiæ*] ſecundum Ioan. & ip-
ſum abſoluere. quod uidetur uerum ſecundum Ho-
ſtienſ. quò ad ſententiam canonis: ſecus de ſententia
oris papæ, quam profert ter in anno, à qua non uide-
tur,quòd inferior a papa poſſit abſoluere,de maiori-
tate & obedien. cum inferior. ex quo ſequitur, quod
nullus poteſt ad plenum reconciliare hæreticum ſine
ſpeciali papæ licentia, quod eſt nota dignum ſecun-
dum Hoſtienſ.niſi dicas ſententiam oris papæ eſſe ca-
nonem generalem, à quo poſſit inferior abſoluere,
ex quo papa non reſeruat, de ſenten. excommunica.
nuper. & adde ſecundum eum, quod no. de priuileg.
ad hoc,de ſenten.excommunicatio.à nobis, 2.uer. ut
autem, & quod dixi, ſupra titulo primo, quod olim,
ſuper gloſſa ſecunda, & quod dicam, eo. titu. ut offi-
c cium[c], libro ſexto, in princ. ¶[*In gloſſa argumen. quod,ibi,
calumniæ*] dic, ut ſupra de iuramento calumniæ, impe-
ratorum.

ANNOTATIONES.

a ¶Hæreticus. Et hoc inſurgit ex quadam facta confeſſione. de cuius effectu, uide not. per Bartol. in l. eum, qui delatorem, ff. de iure fiſ.
b ¶Præſentium. Et hanc partem uidetur tenere Innoc. & Archi. & Io. Mo. in c. ut officium, de hære. lib. 6. ubi uide Io. And.
c ¶Officium. Circa prin. ubi tenet hoc ultimum.

*SVMMARIVM.*

1 *Laici, cuiuſcunque ſint profeſſionis prædicare non debent.*
*Eis quæ alia ſint interdicta.*
*Verendi uerbum quibus capiatur modis, in fine.*
*Doctorum nomine accipiuntur hic prædicatores, in fine.*
*Ordo, quid hic ſignificet.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*
*Vitia ſæpe ſub ſpecie uirtutum ſubintrant, & qualiter quandoque uertuntur in uſum uirtutum.*

## CAPVT XIIII.

1 SIcut. Laici† cuiuſcunque ſint profeſſio
nis prædicare nō debent. [& *infra*]
hic deciſum habes, ſupra eo. cum ex iniun
cto, uer. ſicut enim [*Laici*] dicit Goff. quòd
ij ſpirituales actus interdicuntur laicis, ſ. prædicare, ut
hic, & in concor. decimas recipere. 16. q. ult. decimas.
Item oblationes. 10. q. 1. quia, & c. ſanctorum. item co
gnitio cauſarum eccleſiaſticarum, de iudi. c. 2. & 3. re-
cipere compromiſſum de re ſpirituali, de arbi. cōtin-
git, Eligere, de elect. quiſquis, & c. ſacroſancta. recipe-
re reſignationem beneficii à clerico, de renun. quod
in dubiis. Dare inueſtituram. 16. q. ul. ſi quis deinceps.
Suſtinentur tamen de gratia in iure patronatus, quod
in ſpirituale eſt, de iure pat. quoniam, & ut partes ſuas
interponat electioni tractandæ, eo. tit. nobis. vide ple-
nius hos caſus poſt Hoſt. in prę. dec. contingit, de arb.
in ult. glo. [*Verendum*] ideſt timendum, vel cauendum:
quandoq; ponitur pro uerecundia. 8. q. 1. uereor [*Sub-
intrent*] quaſi inter bona & ſancta uerba occultè ſemi-
nata per tales [*Doctorum*] ideſt prædicatorum ad propo
2 ſitū [*Ordinis*] ideſt profeſſionis, uel habitus. ¶*In*† 1. *glo.
ibi. l. ubi*] uide hanc & ſe. de ele. cum in iure, ſuper 1. glo.
3 ¶*In*† *glo.* 1. *ibi, ſæpe uitia*] ultra. 4. exempla, quæ dat ille ca
non, dicens, ꝙ tenax parſimonia: effuſio largitas, cru-
delitas zelus iuſtitiæ, & remiſſio pietas uult uideri. Se-
neca. 43. Ad Lucil. addit, Temeritas ſub titulo fortitu-
dinis latet. Moderatio uocatur ignauia. pro cauto, ti-
midius accipitur. in his magno periculo erramus. &
ad idem uideas ualde pulchrè in Hiero. de homine
perfecto, §. ibi ecce. iniuriam feciſſe uirtutis eſt, aliena
poſſidere potentiæ &c. Et quomodo quandoq; rea-
liter uitia uertuntur in uſum uirtutum, uide Grego.
ſuper Iob. 2. capitulo, vbi exemplificat de ira, ſuperbia
& fortitudine [& *ibi, Eſa.*] ſexto capitulo [& *ibi, mitte*]
in hoc facit ad propoſitū: aliàs uideret facere contra,
quia ſe obtulit; ſed nō obtulit ſe prædicationi, ſed miſ-
ſioni. ¶[*In glo. ult. ibi, ad hoc*] quod intelligas, ut ibi not.
[& *ibi, ordinis*] ideſt profeſſionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Paupertas non eſt de genere malorum.*
*Hæreſis ab eccleſia iudicatur. In eius crimine licet pœnitere, nu. 2*
*Eccleſiæ appellatione qui hic comprehenduntur.*
*Pœna huius conſtitutionis mitigari & mutari poteſt ab inquiſitoribus, in fine.*
2 *Accuſans an per pœnitentiam deſiſtere poſſit ab accuſatione & uitare pœnam talionis.*
*Hæretici qui ſint credentes erroribus hæreticorum, damnati ſunt.*
*Quo ſupplitio afficiantur, num. 4.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

## CAPVT XV.

EXcommunicamus. Se ſummat, &
1 4. ſunt dicta [*Pauperes*] paupertas† non eſt
de genere malorum. 15. quæſtio. 1. illa [*Ar-
naldiſtas*] forte iſti ſic dicūtur à nominibus adinueniē-
tium iſtas ſectas, ſicut Donatiſtæ, à Donato: dulciniſtę
noſtri temporis à Dulcino [*Diueras*] 24. quæſtio. 3. ca-
pitulo penul. [*Eccleſiam*] non per iudicem ſecularem,
cum ſit crimen eccleſiaſticum, infra eo. ut inquiſitio-
nis, §. prohibemus, libro ſexto. & appellatione eccle-
ſiæ, intellige diœceſanum, & inquiſitores, ſi ſunt in lo-
co deputati per papam. alter enim ſine altero damna-
re non poteſt. quod dic ut in clem. eo. titu. multorum
[*Degradatis*] per epiſcopos ſuos etiam non adiunctis ſi-
bi aliis epiſcopis. quod dic, vt infra eo. capitulo primo
libro ſexto [*Detrudantur*] mitigari tamen & mutari po-
teſt hæc pęna per inquiſitores. quod dic, ut infra c. ut
2 commiſſi, uer. & illorum, lib. 6. Sed dubitatur† circa
pęnam talionis, an poſſit accuſans, & deficiens per pę
nitentiam euitare pęnam talionis, ſicut & ipſe de hæ-
reſi accuſatus, & conuictus poteſt? Et dicit Iacob. de
Are. C. de accuſ. l. fi. ꝙ non, dicens ſic obtentum. nam
ſpeciale in crimine hęreſis, quòd licet pęnitere, vt hic.
ſed accuſans nō tenetur de hæreſi, ſed de calumnia. in
quo crimine ſtatutum non eſt per pęnitentiam uitari
pęnam. & facit, quod no. C. de quæſtio. l. penul. [*Errori
3 bus*] hæretici† ergo ſunt, ex quo credunt errores: ſed
ſunt alii, qui credunt hæreticos bonos eſſe. & de tali-
bus credentibus, qui aliàs fidem catholicam tenent,
ſupra eo. excommunicamus, §. credentes, ſecundum
Abb. Ad hoc, infra eo. tit. accuſatus, §. ſi uerò, in prin.
lib. 6. dicit Hoſtien. hodie credentes non excommuni
cantur, nec ſuſpenduntur, ſicut receptatores, & defen
ſores, licet olim ſecus eſſet etiam tempore concilii, ſu
pra eo. excommunicamus, §. credentes. & hoc ideo,
4 quia damnati ſunt, ut hic patet. ¶Gl.† 2. quærit, ſoluit,
ſolutioni obiicit, & reſpondet. ¶[*In glo. 2. ibi, ſupplicio*]
nam igne cremantur. de hoc dixi, ſupra eodem ad a-
bolendam, §. laicus [& *ibi, docere*] ad hoc, infra de pri-
uileg. ſuper Speculato. [& *ibi, intelligitur*] idem not. ui-
geſimaſeptima, quæſtione quinta, aliquanti [& *in fi.*]
remitt. Hoſtienſ. ad ea, quæ no. ſupra in ſumma, eo. ti-
tu. §. qua pęna. ¶[*In gl. ult. ibi, damus*] dic, ut infra eod. ſu-
per eo, libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad hæreticorum obſequio, & debito fidelitatis, ac poteſtate, qui abſoluantur, an reconciliati recuperent amiſſa, num. 3.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
*In ſtatu eodem permanenti fides ſeruanda, quo erat tempore ſtipulationis.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Reſtitutus an recuperet amiſſa, & quis.*

## CAPVT XVI.

ABſolutos. Hominum. de hoc, ſup. de
ſimo. ex diligenti, infra de
1 reg. iu. c. fi. [*Obſequij*] dicit hic† Goff. quòd fa
miliares, ſerui, liberti, mercenarii ſunt etiā
abſoluti. non obſt. 11. quæſtione tertia, quoniam, in-
fra de ſenten. excom. inter alia, quæ loquuntur in ex-
communicato non hæretico. uxor aūt nō recedat ab
excommunicato, ut ibi; ab hæretico ſic 28. q. 1. ſic. n.
[*manifeſtè*] ſecus, ſi occultè, ſupra de ſimo. ſicut nobis,
in



in fin. cum ſuis concor. Phi. tamen dicebat idem, ſi oc
cultè, dummodo probari poſſit. ſi intellexit, probari
poſſit. & ſit probatum, tunc procederet eius dictum,
de uerb. ſi. cum olim [*Aſtricti*] abſoluti ſunt etiam filii
à patria poteſtate. quod dic, ut infra cap. 2. in fi. lib. 6.
2 ¶†Gl. 2. reſpon. per quæſtionem. ¶[*In glo. 2. ibi, cum quis
1. Rub.*] ſi ſtipulatus ſum mihi, aut Titio dari, Titio tūc
rectè ſolui poteſt, ſi in eodem ſtatu manſerit, in quo
3 erat tempore ſtipulationis. ¶† *Glo. 1. ibi, ipſo iure*] olim
non erat ſic expreſſum, ſecundum Hoſtien. qui quæ-
rit, an ſi talis reconcilietur ipſo iure, fidelitates recu-
peret, quod uidetur, argum. C. de ſenten. paſſ. & re. l. 1.
& vlti. 2. q. 3. §. notandum, in fi. dicit contra ſecundum
eum, ſicut nec recuperarent, ſi fuiſſent uaſalli ſenten-
tialiter abſoluti, argum. ſupra de diuor. de illa: ſecus, ſi
ad tempus lata eſſet ſententia, ſcilicet quamdiu, &c.
de pæ. c. ulti. in fi. nam per abſolutionem tunc excom
municatus recuperat hæc iura, facit quod dixi, de ui
& ho. cle. capi. fin. ſecundum eum huic ſo. concordat
Abb. per dec. ſupra eo. uergentis, contra ſupra de ele.
quia diligentia, uide quod ibi dixi ſuper glo. fin. dice-
bat hic Abb. poſt Vincen. quòd illud in eccleſia: hoc
a in priuato [*Et ibi, Lapſi*] facit quod no. 11. q. 3. Iulianus.
¶[*In glo. 2. in fi.*] adde, quod nota. 15. quæſtio. 6. nos ſan-
ctorum, & quod dixi de dol. & contu. ueritatis. Ho-
ſtien. remit. ad ſummam, de ſen. exc. §. fi. uerſi. quid ſi
teneor ſacramento.

ANNOTATIONES.

a ¶In priuato. Vide Ioan. And. de ſent. ex. grauem, ſuper uerſi. priuatos.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio, ſeu diſpoſitio tituli.*
*Sciſma quid inducat.*
*Sciſmatici in quem fidei peccant articulum, qui tales dicantur, num. 3.*
2 *De eis locos alios iuris, quàm hic tradentes, recenſet.*

## De ſciſmaticis, Rubrica.

1 ¶Quia ſciſma† inducit hæreſim pro eo, quod omne
ſciſma intendit ſibi conſtituere eccleſiam, & uniuer-
ſalem eccleſiam impugnare, quæ una eſt 24. quæſt. 1.
loquitur. vnde peccant in articulum fidei, & in unam
ſanctam eccleſiam catholicam, ideò ponitur rubrica
2 de ſciſma. ſecundum Gof. habetur† materia 1. q. 7. quo
ties. 7. q. 1. factus, & duobus ca. ſeq. & cap. denique, 6. q.
1. ordinationes 24. quæſt. 3. inter hæreſim, & capit. cle
ricus. 2. quæſt. 1. in pluribus ca. & repetitur in 6. con-
gruit, de elec. quia diligentia, & capi. licet, de præſcrip.
3 ca. 1. & 2. cum uobis, de hæreti. c. 3. & licet† largo mo-
do dicantur ſciſmatici excommunicati, & criminoſi,
24. quæſt. 3. apoſtolicæ 1. quæſtio. 1. ſacerdotes; hic ta-
men ſtrictè dicuntur ſciſmatici, qui diuiſi ab unitate
eccleſiæ conantur ſibi epiſcopos, preſbyteros, & con
ſtitutiones facere 7. q. 1. Nouatianus. Criminoſi tamē
dicuntur largè ſciſmatici, ſed excommunicati minus
largè. ex quibus aliqui non peccāt, de reſt. ſpo. literas,
de ſenten. ex. inquiſitio. Si quis autem contra epiſco-
pum ſuum inſurgit, epiſcopatum ſibi teneat, & ſuos,
ſacerdotes faciat. 7. quæſt. 1. ſcire. 24. q. 3. inter ſciſma,
dicitur ſciſmaticus, & locum habet decr. prima, infra
eo. nam excommunicati ſunt ut hæretici, ut ibi. Alii
contra ſecundum Innoc. qui hoc no. infra capit. 1. Et
hoc tenet ibi Hoſtien. dummodo recognoſcat eccle-
ſiam Ro. non enim eſt tunc ab unitate diuiſus. & ſecū
dum eum qui nullum caput recognoſcit, non tamen
epiſcopatum tenet, nec epiſcopalia exercet, talis ace-
phalus reus & improbus dicitur, ſed non ſciſmaticus.
93. di. nulla 18. quæſtio. 2. Abbatibus. Dicuntur etiam
ſciſmatici, qui coniurant contra prælatum: non tamē
habet in illis locum dec. 1. quia non ſunt ſuſpenſi, ſed
ſuſpendendi, & etiam deponendi, ſecundum Innoc.
& Hoſtien. & adde, quod dixi, ſupra de iudi. exhibita,
ſuper 4. glo.

*SVMMARIVM.*

1 *A ſciſmaticis acta quæ irrita ſint qui dicantur eiuſmodi quod ad eos eccleſia uacare cenſetur eis adhærentes, & fauentes an excommunicati, num. 3.*
*Sciſma tenere qui iurat, ſuſpenditur, & à quibus.*
*Hæreſiarchæ pro ſciſmaticis hic.*
2 *Emens res eccleſiæ quando ſit excommunicatus.*
*Alienatione reuocata ad quem habeat emptor recurſum.*
*Alienari prohibita ſi non poſſunt rehaberi ſine pecunia, quid iuris.*
3 *Hæc decretalis canon eſt latæ ſententiæ.*
*Inter ſpontaneos actus, & inuitos differentia, in fin.*
*Iuramentum etiam non obligatorium præſtantis pœna, ibid.*
4 *Epilogus, & ſuffagium gloſſarum, nu. 5.*
*Commodum cum incommodo compenſandum, & num. 8.*
*Fauore alicuius quid introductum eſt, in eius non debet retorqueri læſionem.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Papæ ſciſmatici qui fuerunt, & male perierunt.*
7 *Ordinis executionem qui non habeant, uel non conferant, quid ſit §. illud autem.*
*Ab obedientia quarum quis recedere queat §. quod autem dictum*
*Ignorantiam quis probare non cogitur, niſi ſit præſumptio, contra eos, & quæ §. quid de intruſis. præſtat cauſam diſpenſandi, §. quod illud autem.*
*Opinio ueritati quamdiu præferatur §. illud autem.*
*Innocentius notatur confuſionis, & in multis locis eius gloſſæ ab Hoſtienſe non appoſitæ ſunt, niſi precibus quorundam, cir. fin.*
8 *Compenſatio commodi & incommodi ubi habeat locum.*

## CAPVT I.

QVod à pdeceſſore. Irritę† ſunt
1 ordinationes, beneficio
rum collationes, eccleſiaſticarū
rerū alienationes factæ à ſciſma-
ticis. & ab ordine, & dignitate ſu
ſpenditur, qui iurat ſciſma tene-
re. ſecūda ibi, Adiicientes. tertia
ibi, Alienationes. quarta ibi, Il-
los uerò [*Guidone*] cum iſti rexe-
rint eccleſiam. quo dicūtur ſciſmatici: imò potius di-
cuntur tales, qui diuertunt ab illis. Dicit Hoſti. quòd
iſti ſe intruſerunt tēpore Alex. III. canonicè electi, &
ſic incurrerunt pœnas 23. di. in nomine do. de elect. li
cet. Illa tamen nondum emanauerat. & ideò dicūtur
ſciſmatici & etiam apoſtatici 89. diſt. ſi quis 1. & ca. ſi
quis pecunia. & tempore talium quò ad ipſos eccle-
ſia uacare cenſetur ſecūdum eum [*Hæreſiarchis*] i. ſciſ-
maticis. Inno. [*Ab eis*] uidetur idem, cum ſit eadem ra
tio defectus, ſcilicet executionis, quam dare non po-
teſt, qui non habet. de hoc dicam in magna glo. [*Ac-
ceperunt*] adde, quod habes, de hæret. cap. 2. §. ad hoc, li.
2 6. [*Laicos*] auctoritate† ipſorum ſciſmaticorum, aliàs
emens non eſſet excommunicatus, ſed excommuni-
candus, de for. com. conqueſtus, ſecundum Hoſtien.
[*Firmitatē*] reuocata uerò re ſic alienata, is cui fuit alie-
nata, recurſum habet ad iſtum, ſicut ad falſum tutorē
a ff. quod cum fal. tu. l. falſus. §. ſi doli, ſecundum Vinc.a
[*Reuertantur*] ſi de facto non poſſunt rehaberi niſi da-
ta pecunia. dic ut legitur, & not. ſupra de re. eccl. non
alien. cap. fin. ut lit. pend. eccleſia 2. [*Subiacere*] eſt ergo
3 †canon latæ ſententiæ, uel fuit hoc locale, uel forſan
hæc

hæc ſententia reſpicit illos, qui ſciſmaticis adhærebãt,
& eis fauebãt. Tales enim excommunicati ſunt, ſicut
hæretici, & fautores ipſorum, ſupra ti. 1. excommuni-
camus. §. credentes. unde & ſciſmatici dicunrur hære-
tici, ut dixi in rubrica. Alii dicunt tales non excom-
municatos, ſed excommunicandos 23. di. in nomine
domini, in fi. ubi dicit, Damnetur. nec ob. hoc. c. quia
Alex. excommunicauit illos localiter, & ad tempus.
illi autem ſciſmatici ab unitate eccleſiæ recedunt, ut
Græci, excommunicati ſunt ipſo iure, ut in prædictis,
iuribus, & 19. diſ. nulli. dicit Hoſtien illos ſciſmaticos
tantum, qui ſe extollunt contra Ro. eccleſiam, & ab
ipſa ſe ſeparant, excommunicatos ipſo iure cum ad-
hærentibus. & dicuntur tales hæretici, ut ſupra eo. ca.
Alii verò ſunt excommunicãdi. & dicit iungendum
ad ſum. eo. ti. ubi remitit [*Qui ſponte*] ſecus, ſi non ſpon-
te. 1. di. preſbyteros, ſupra de his, quæ ui, met. ue ca. fiu.
cap. ſacris. Goff. [*Manere*] ſiue iuramẽtum ſeruauerint
ſiue non 22. quæſt. 4. diffinitio, & cap. ſeq. R. [*Suſpenſos*]
quia temere iurauerunt, quamuis iuramentum non
4 obliget 22. q. 4. per totum. Goff. ¶ † Vlti. glo. quærit,
5 arguit affirmatiuè, ſoluit negatiuè. ¶ *In † ult. glo. ibi, ſi ne-
gocia*] geſſiſti pro me abſente negocium, ex quo obue
nit damnum, & lucrum, debeo compenſare [*& ibi, ſi
iudex*] minor, cui conceſſa eſt in integ. reſti. non cogi-
6 tur illa uti. ¶ † *In glo. 1. ibi, Guido*] qui fuit Cremenſis, &
uixit annis tribus, mẽſibus. 4. & diebus 24. ſecundum.
T. & Vincen. & Hoſtien. qui dicit, quòd huic ſucceſſit
Ioãnes de Struma, qui & Calixtus uocatus eſt, cui ſuc-
ceſſit Lando, qui & Innocen. uocatus fuit, & omnes
ab Alex. excommunicati fuerunt, & mala morte pe-
rierunt, quorum tres fuerunt preſbyteri cardinales.
hoc patet ex chronicis. ſed hic tantum de duobus fit
7 mentio. ¶ *In glo. 2. ibi, executionem*] Si † forma eccleſiæ ſer
uata fuit: ſed ſi ſeruata non fuit, dic irritas etiam quò
ad characterem. 1. q. pri. extra catholicam, ſecundum
Goff. [*& in fi.*] de quo dic, ut plenè no. 9. q. 1. in ſumma
dicebat hic Innocen. quòd nullum peccatum, quan-
tumcunq; graue & enorme ſit, in ordinatore, vel or-
dinato impedire poteſt, quo minus ordiuatus chara-
cterem recipiat, & executionem in habitu, licet nõ in
actu: quia ligata eſt executio in aliquibus caſibus, ſi-
b cut patet in homicida[b], qui & ſi ordinet, & ordinetur
tamen executionem non habet: quia per conſtitutio
nem eccleſiæ irregularis cenſetur. unde nunquam ſi-
ne peccato poteſt celebrare, niſi ſecum per papam di-
ſpenſetur, ut patet ſupra de tempo. ord. capi. fin. quan-
tumcunque pœnitentiam egerit, ſupra de accuſat. in-
quiſitionis: confert tamen ordinis executionẽ dignis,
& etiã eam recipit, ut exequatur, quando erit dignus.
Alii autem criminoſi, ut adulteri, fures, periuri, & hu-
iuſmodi, licet quamdiu ſunt in peccato, celebrare nõ
debeant, ſupra de coha. cle. & muli. c. fi. nexibus tamẽ
conſtitutionum non habent ligatam executionẽ ſui
ordinis, quin quandocunque egerint pœnitentiam, ſi
ne aliqua reconciliatione liceat eis ſuum ordinẽ exe
c qui, ſalua diſt. no. ſupra de temp. ordi. ex tenore[c] idem
uidetur dicendum, & de irregularitate ordinatoris,
uel ordinati, quæ non impedit executionem, quin cõ
feratur habitu, & exercitio ſiue actu, puta quia defe-
ctum patitur in natalibus, argum. 56. di. apoſtolica, &
cap. Cænomanenſem, & cap. fi. ſupra de renun. niſi cũ
pridem §. perſonæ. Idem uidetur dicendum & de in-
famia. nam & ſimoniaci etiam in beneficio ſunt infa
mes. C. de epiſ. & cle. ſi quàmquàm §. fi. & tamen exe-
cutionem conferunt, ſupra de ſi. per tuas. 2. hoc idem
uidetur dicendum de excõmunicatis occultis, & om
nibus aliis ſupradictis, ſcilicet quòd executionem cõ-
ferant, quamdiu ab eccleſia tolerantur, argum. 1. q. 1.
Chriſtus 6. q. 5. c. 2. & 3. & etiam tales recipiunt execu-
tionem, ſed ligatam, ut dictum eſt de homicida: & ta-
men ſunt indigni, de con. di. 2. non prohibeat. nec ob.
9. q. 1. c. 1. & 3. ſupra de ordi. ab epiſcopo c. 1. & 2. quia
ibi loquitur de illo, qui non toleratur ab eccleſia, ſed
per ſententiam, uel denunciationem erat iam ei exe-
cutio interdicta. unde nec ipſam alii dare poteſt, ſal-
uo excommunicato, de quo dici poteſt, quòd quam-
uis toleretur, dummodo probari poſſit excommuni-
catio, poſſum prohibere uolenti ordinari, ne ab eo re
cipiat ordines: quia excommunicatus eſt. uel poſſum
ei dicere, non recipiam à te ordines, cum excommu-
nicatus ſis: nec debeo tecum participare, & ex hac cau
ſa poſſit legitimè appellari: ſecus enim in infamibus,
& aliis ſupradictis, in quibus non eſt admittenda talis
exceptio. Sufficit enim, quòd ab eccleſia tolerantur,
7. q. 4. nonne. ratio diuerſitatis hæc eſt, quia cum excõ
municato participari non poteſt ſine periculo: in aliis
ſecus. ¶ Quod autem dictum eſt de excommunica-
to, idem intelligas de notorio fornicatore, & ſimonia
co: quia à tali obedientia, propria auctoritate recedi
poteſt. 32. diſt. §. uerum. item ſuſpenſus ab officio, & à
collatione ſacramentorum per ſententiam hominis.
Item depoſiti propter crimen, quod ab officio remo
uet, ſine quo ordines non conferuntur. 82. diſt. Maxi-
mianus, & cap. ſi quis clericus, & ca. ſi quis preſbyter.
Item epiſcopus, qui renunciauit loco, & ordini. iſti
omnes non conferunt executionem, ſupra de ord. ab
epiſcopo c. 1. & 2. Idem de remotis ab eccleſia, uel ab
adminiſtratione, ſecundum quoſdam. Sed melius di-
citur, quod licet remoueatur ab eccleſia, non tamen
intelligatur ſuſpẽſus ab ordine, uel officio. & ideo be-
ne confert executionem, licet peccet conferendo, ſi-
cut uidimus de illo epiſcopo, qui renunciauit loco,
non tamen ord. talis enim executionẽ retinet; & ideo
de mãdato alterius poteſt ordines celebrare, ut patet,
ſupra de ordi. ab epiſcopo cap. 1. item omnes illi, qui
ordinantur, à ſuſpenſis per ſententiam hominis, uel
cæteris, qui executionem non habent, uel in infinitũ
ab ordinatis ab eis, hoc corrigitur in fi. executionem
non recipiunt, ut ſupra eo. can. reſpon. 1. niſi per ma-
nus impoſitionem, uel diſpenſationem fuerint recõ-
ciliati 24. quæſtio. 3. notandum. In hoc tamen nõ ui-
demus aliam rationem, niſi quia ſic eſt ab eccleſia in-
ſtitutum 32. di. §. uerum, quę ſuper charactere, vel gra
tia dei non conferendis, cum hæc non ſint in poteſta
te papæ, ſed Chriſti. nihil ſtatuere potuit ſuper nõ pec-
cantes 32. di. §. uerum, Excommunicati autem mino
ri excommunicatione, & ſi ſint ſuſpenſi à participa-
tione, non tamen à collatione ſacramentorũ, & ideo
ipſa conferunt, & executionem transferunt. quod dic
ut le. & no. infra de cleri. ex. mi. ſi celebrat. §. fi. ¶ Quid
de intruſis. reſpon. quamuis ſint ineligibiles, & ſuſpen
dendi, non tamen ſuſpenſi ipſo iure, & ideo executio
nem transferunt. nec ob. 62. di. ca. 1. & 2. quia licet in-
truſus illis, quibus per intruſionem datus eſt, non cõ-
ferat executionem, vt ibi, hoc non eſt ideo, ꝙ ſit ſuſpẽ
ſus, ſed quia non ſubditis non poteſt executionẽ con
ferre, ſecundum Inno. tu dic ſecundum Hoſti. ut not.
ſupra de tempo. ord. ꝙ tranſlationem, hic tamen, quę
præmiſſa ſunt, plus placent Inno. quàm quæ no. ſupra
de ſimo. per tuas 2. & cap. tanta, ſupra tit. 1. fraternita-
tis. ſed contra ipſum eſt 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. ubi
dicitur, ꝙ ſi quis eſt ordinatus à ſimo. non ſimoniacè
de miſericordia toleratur. Sol. ibi loquitur ſecundum
Inno. de notorio ſimo. & hoc apparet per id, quod ſe-
quitur in eodem cap. ubi niſi probauerit ſe ignoraſſe
eos ſimoniacos, quia nullo modo cogentur probare
ignorantiam, niſi præſumptio eſſet contra eos ex eo,
ꝙ non licebat eis ignorare: quia alii ſciebant, ut patet
ſecundum Hoſtien. in eo, quod legitur & no. ſupra de
poſtul.



poſtul. præla. c. 1. §. quod nec ſufficit, & de elect. inno-
tuit. §. parentes, ff. de uerbo. ſig. latæ culpæ, ſed contra
hoc eſt, quod in c. ſequitur, ſcilicet quòd tunc pro ca-
tholicis habeãtur. ex quo apparet, quòd eorum ſimo
nia non erat notoria. Sol. non dicit, quòd non haben
tur pro ſimoniacis, ſed pro hæreticis. & hoc vult dice-
re illud capit. quod ſiue eſſent notorii ſimoniaci; ſiue
damnati hæretici, non eſt diſpenſandum cum ordina
tis ab eis, niſi probent ſe ignoraſſe eos ſimoniacos eſ-
ſe ſecundum Inno. ſed & bene poſſet eſſe probabilis
ignorantia in partibus alienis: quia bene poteſt eſſe in
una regione notorium, quod in alia eſt occultum, ut
no. ſupra de ele. bonæ, infra §. licet autem, ſecundum
Hoſtien. ¶ Illud autem ſcitote ſecundum Inno. quod
ſi diceremus contrarium, ſcilicet quod nullus ſuſpen
ſus ab homine, vel à iure executionem ordinis habet,
nec cauſa poteſt aliis dare, nec ordinatus ab eo in infi-
nitũ, ex hoc infinita & intolerabilis abſurditas ſeque-
retur. Tot enim ſunt uincula, quod uix aut nunquàm
haberet aliquis ordinis executionem, ſed huic reſpon
det Hoſtien. quod quamuis durante ignorantia præ-
feratur opinio ueritati, in omnibus, & oĩa fide Chri-
ſti purgentur, ſupra de coha. cleri. & muli. ueſtra; ueri-
tate tamen cõperta, erit modis omnibus abſtinendũ.
ut patet, ſupra de eo, qui duxit in matr. ueniens, ſupra
de ſecundis nup. ca. 2. ſupra de preſ. non bapti. c. 1. 2. &
3. ſicut & no. ſupra de excep. cum uenerabilis §. intel-
leximus, uer. fin. probabilis. n. ignorantia, & maxime
multitudo ſi in cauſa ſit, eſto ꝙ totus mũdus ſit inuo-
lutus, præſtabit ſaltem papæ cauſam legitimam diſpẽ-
ſandi, ſupra de ord. ab epiſcopo c. 1. & 2. ſupra de tẽpo.
or. c. 2. de cle. ex. mini. latores. Quid ergo ſi prælatus,
meus eſt homicida, uel excõmunicatus, & nullus ſit,
niſi ego, nũquid recuſabo à tali ordines recipere, Ab-
ſit ſecundum Inno. 6. q. 2. c. 2. & 3. alioquin non miſiſ-
ſet Chriſtus Iudam unà cum aliis, ſi intelligeret, ꝙ ſu-
ſpenſi occulti ſui executionem ordinis non haberẽt,
1. q. 1. Chriſtus, & in hac opi. fuit Hugo, & Mar. Hiſpa-
nus, ut no. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis, & c. reperiuntur.
imò & plus dicunt quidam, ꝙ etiam nominatim ex-
communicatus, uel damnatus hæreticus, uel depoſi-
tus, dummodo ordinatus ab eo hoc ignoret, confert
non ſolum ordinem, ſed etiam executionem. & hoc
expreſsè innuitur 9. q. 1. ordinationes: quod etiam ex
eo probatur, ꝙ ordinator nihil confert in ordinatio-
ne, ſed ſolus Deus 32. di. §. uerum: quia cor interrogat
& non manum 14. q. 5. ſi quod inueniſti 16. q. 6. ca. 1. &
fi. Non ergo dubium, ꝙ ordinatus recipit ordinem: p
conſequens & poteſtatem faciendi ea, quæ pertinent
ad illum ordinem: quia ordo eſt ſacrum ſignaculum,
quo confertur ſpiritualis poteſtas, & officium facien
di ea, quæ pertinẽt ad illum ordinem, ergo ordinatus
hanc poteſtatem habet, niſi propter aliam cauſam im
pediatur. & hoc etiam ex eo apparet, quia ſecundum
omnes ſi hæreticus excommunicatus, uel depoſitus,
quantumcunque notorius, conficiat corpus Chriſti,
confectum eſt de hoc, infra de cle. excom. c. 2. in 1. gl.
& ſi ordinauerit, ordinatum eſt, fatemur tamẽ, ꝙ pec
cat ordinem exequendo, nec inuenies capitula anti-
qua, quæ pœnam imponant ordinatis à talibus niſi il-
lis, qui ordines à talibus recipiunt ſcienter. ſic enim
loquitur 1. quæſt. 1. qui perfectionem, & c. uentum, &
32. diſt. §. porrò. Præterea, cum hæc pœna non ſit im-
poſita à iure naturali, ſed potius contra: quia cum ſo-
lus Deus in collatione ordinis operetur, quare uica-
rius Chriſti ignorantibus pęnam infligeret: hoc eſſet
contra. ca. 26. q. fi. alligant. Licet enim eccleſia ex cau-
ſa ſcientibus propter contemptum decernat pœnam
imponendam; tamen iniuſtum eſſet ipſam ignoranti
bus imponere ſine cauſa. nec ob ſupra de ordi. ab epi
ſcopo ca. 2. quia intelligendum eſt illud, quando igno
rantia erat ſupina. ſed nec huic ſolutioni contradicit,
ſupra de ordi. ab epiſcopo, cap. 1. ad fin. ubi dicitur, &
ſi non ſit ſupina ignorantia, poteſt epiſcopus diſpen-
ſare. illud enim ideò eſt: quia nõ poteſt eſſe ſine ſuſpi-
tione ſcientiæ, poſtquã epiſcopus denunciauerit ma-
nifeſtè; nec ignorantia probabilis probabatur, quam
ſi probaſſet, diſpenſatio neceſſaria non fuiſſet 9. q. 1.
ordinationes. alioquin niſi ſic intelligas, per illa iura
vno uerbo tolluntur multa alia; quod non eſt ſentiẽ-
dum, ſupra de elect. eccleſia 2. §. denique, ſecundum
Innoc. cuius eſt tota hæc glo. paucis exceptis. poſtea
correxit ſe, & ſcripſit ſic. uel poteſt dici, ꝙ iuſta cauſa,
fuit ſtatuendi nouum ius contra naturalem æquita-
tem in notoriis factis, ſicut eſt cõtra renunciantes, &
nominatim excommunicatos, & præciſos ab eccle-
ſia, ut nullus ordinatus à talibus admittatur ad execu
tionem ſine diſpenſatione. Tu uerò dicas de hac ma-
teria, ut no. ſupra de ordi. ab epiſcopo, cap. 1. & 2. & in
ſumma eo. ti. §. quid iuris, & infra c. 1. in fi. ſecundum
Hoſtienſ. hac incerta confuſione exploſa, quam nec
appoſuiſſet hic, ſicut nec in multis aliis locis, niſi ad
quorundam precum inſtãtiam importunam, qui ni-
ſi habeant omnia dicta Innoc. nihil reputant ſe habe-
re. Illud autem certum eſt, non uideri æquum, quòd
poteſtas exequẽdi tollatur omnibus ordinatis ab eis
in infinitum: quia non extenditur niſi ad ordinatos
à nominatim præciſis, ut patet ſupra eo. c. reſpõ. 1. ſe-
cundum Inno. q. d. non tranſit hæc pœna ad tertiam
perſonam, ſicut nec excõicatio. contradicit tamẽ lex
dicens, ꝙ ſi per plures manus ambulauerit, idem iu-
ris erit. ff. de mino. in cauſæ, §. §. fi. & l. ſed, uer. ſeq. & l.
ſed ubi, & quod dicit canon, ꝙ de radice infecta bo-
8 nus fructus exire non poteſt 1. q. 1. fertur. ¶ *In † glo. ult.
ibi, compenſari*] debet habere hoc locum ſecundũ Hoſt.
quando cum eadem perſona facti eſſent diuerſi con-
tractus & connexi, arg. ff. de procur. in cauſæ. C. de re-
pudi. l. una. ff. pro ſocio, ſi non fuerint. §. fi. & l. ſeq. ubi
uerò contractus ſeparati ſunt, uel cum diuerſis perſo
nis initi, locum habeat ſecundum eum, quod ſequi-
tur in gl. alle. etiam. ff. de mino. etiam ſi. §. 1. & l. quod
ſi minor. §. reſtitutio [*& in fi.*] idem no. ſupra de ele. ni-
hil eſt, in fi. ult. glo. ubi plenius recitaui dictum Hoſti.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vinc. hic, ſi credidit illum prælatum non ſciſmaticum. ſecus ſi ſciuit. ut eo. ti. l. 1. §. fin. & l. ſequen.

b ¶ Homicida. & in aliis ſimilibus, de quibus no. in c. niſi. de renun. & uide Inno. de ſimo. per tuas 2.

c ¶ Ex tenore. Saluo notorio fornicato. de co. cle. ueſtra.

*SVMMARIVM.*

1 *Huius decretalis pars ubi.*
*Incunctanter, indubitanter.*
2 *Epilogus, & ſuffagium gloſſarum, num. 3.*
*Sententia à non ſuo iudice lata nullum conſtringit litigantium.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Diſpenſatum quando dicatur cum eo, cui quid ſine diſpenſatione conferri non poterat.*
*Diſpenſatio qualiter probetur aduerſi. Per teſtes.*
5 *A quo fiat.*

## CAPVT II.

1 FRaternitati. Pars † ſupra de eo q cog. conſan. frater-
nitati. Boat. [*Ordinatum*] etiam ignoranter
[*Poteris*] & debebis: uel forte hoc dixit pro
pter diſpenſandi facultatem [*Repellere*] de facto: quia
de iure iam repulſus erat [*Incunctanter*] id eſt indubitan-
ter

ter[*Super hoc*]ſcilicet ſup er danda executione ordina-
2 to per ſciſmaticum.¶†Glo.1.reſpondet per quæſtio-
nem,an ſcienter promouens &c.:& tenet quod non.
ſubmittit de probatione diſpenſationis, & diſtinguit
inter crimen publicum & occultum.¶Glo.2.reſpon
det per queſtionem,quis diſpenſet cum tali &c.ponit
3 opi.tenet contrarium.¶†*In glo.ulti.ibi.l.ulti.*]nullum li
tigantium conſtringit ſententia à non ſuo iudice di-
4 cta.¶*In*†*glo. 1.ibi,ſi in aliquo*]ubi de hoc,& 54.diſt.ſi ſer-
uus, pri. [*& ibi,intendat*]idem no.de conceſ.præben.li-
teras,in fi. ulti.glo.idem hic Vinc.Goff.& Hoſtien. &
Inno.ſupra de fil. preſby. ueniens.uidetur tamen ipſe
tenuiſſe contrarium,de cle.coniu. diuerſis. & de hoc
in ſpecu.ti.2.§.antepe.uer.dicunt autem,&ſeq.Tu dic
quod ipſo facto diſpenſatur per eum,qui hoc poteſt,
ſi præmiſit ſuper diſpenſatione facienda, uel non cau
ſæ cognitionẽ,& poſtea promouit,uel ordinauit hoc
intendens, licet diſpenſationis uerba non exprimat.
ad hoc, ſupra de ap.ad audientiam. Si uerò non præ-
a miſſa cognitione prędicta promouit,nõ intelligitur[a]
diſpenſare,imò punitur,ut in ca.qui in aliquo.proba-
tur hæc diſtinctio per ea, quæ no. ſupra de ſimili ma-
teria,de coniu.ſer.c.fi.in glo.fi.[*& ibi,per teſtes*]argu.de
cleri.pere.tuæ[*& ibi,ſuper hoc*]ad hoc ſupra de ſimo.ex
diligenti.nec enim crederetur ſoli epiſcopo ſuper ea.
de hoc 81.di.ſi qui ſine[*& ibi,accuſari*]ab eo, qui ſuum
priuatum intereſſe proſequitur, ſecundum Hoſti. 4.
q.6.omnibus 2.q.1.prohibentur.aliàs ſecus,de pœ.di.
4.diuina,de conſecra.di.4.quæris[*& infi.*] ubi de hoc.
5 ¶*In*†*glo.2.ibi,l.ulti.*] & infra de priuil. tuarum,& infra
de reg.iur.ea, quæ fiunt, li.6.[*& ibi,dicit*]dixit Phi.hoc
dictum: quia epiſcopus non diſpenſat, niſi ubi à iure
permittitur,de temp.or.dilectus.de hoc de iudic. at ſi
clerici[*& ibi,ſciſmatico*] uide quod dixi in præal.dec.at
ſi clerici,ſuper glo.argu. quod [*& infi.*]dixit Hoſtien.
quod cum quæritur de epiſcopatu adipiſcendo, ſolus
papa diſpenſat,de elect.quia diligentia.idem in mon.
exempto de conſue.cum venerabilis,de renun.c.pen.
& ul.in aliis beneficiis,ſi is,de cuius diſpenſatione agi
tur,ſcienter,uel ſupina ignorantia ductus recipit ordi
nes,nullus citra papam diſpenſat.Si uerò ignoranter,
& ignorantia fuit probabilis, diſpenſat proprius epi-
ſcopus non delinquens, de ord. ab epiſcopo,cap.1.&
2.delinquens non,ut in prin.glo.

ANNOTATIONES.

a ¶Intelligitur. Niſi ſit princeps,qui eo ipſo diſpenſare dicitur, ut l.quidam conſulebat,ff.de re iudi.cum ſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Oeconomia tituli,ſeu rubricæ.*
2 *De apoſtatis, & baptiſma reiterantibus ubi legatur alibi,quàm hoc in titulo.*

## De apoſtatis, & reiterantibus baptiſma, Rubrica.

1 ¶Quia † hæretici, & ſciſmatici in apoſtaſiam inci-
dunt, ideo poſt illos tractatus &c. quia uerò baptiſ-
mum reiterãtes etiam apoſtatare videntur à ſacramẽ
to prius percepto,ideo & de his ſubmittit.ſecunda ve
rò decre. facit ad ſecundam partem rubricæ.reliquæ
uerò ad primam.in codice ſunt duæ rubri.& ſecunda
2 præcedit.de† prima parte rubri.l.diſt.cap.ult.2.quæſt.
7.alicui 3.q.4.cap.1.2.& 3.6.quæſt.1.infames,in princ.
20.queſtio.3.in tribus primis capi.26. quæſti.ulti. non
obſeruetis.de ſecunda parte, de conſ.diſt.4.non licet,
uſque ad cap.preſbyteris.conuenit primæ parti de ui.
& hone.cleri.Deus qui, & cap.penul.uerſi.niſi iuſta,
& iura ibi alleg.ſuper rubri. item ne cleri.uel mo.cap.
1.lib.6.& clemen.de ui.& ho.cap.2.ad ſecundam par-
tem,ſupra de baptiſmo. c.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici priuilegium canonis, ſiquis ſuadente, quando amittant, & num.3.*
*Teneri,etiam ad uiolentiam refertur.*
1 *Epilogus,& additio gloſſarum, nu.3.*
*A religione recedere quibus modis quis dicatur, & eius non gaudere priuilegio.*
*Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
4 *Apoſtata quæ amittat,& quibus ſubdatur pœnis.*

### CAPVT I.

1 PRæterea. Sic conſtrue. præte-
reà, ſi † clerici in cri-
minibus comprehenſi teneãtur, qui
relicto &c.uſque conuerſantur[*Præ-
cipimus*]ſup.tales non liberari per cen
ſuram eccleſiaſticam[*Teneãtur*]i.vio-
2 lenter retineantur. ¶†Gloſſ.1.diſtin-
guit triplicem apoſtaſiam.¶Secunda glo.ſignat con
3 trarium,& tripliciter ſoluit. ¶†*In glo.1.ibi,tranſgreditur*]
iſtud cadit interdum in primam apoſtaſiã,quod dic,
ut infra de elect.generali, in glo.contrafaciens, lib.6.
[*& ibi,religionis*]de his dic,ut infra ne cle. uel mo.ca.2.
li.6.dicebat hic Inno. hoc fieri multis modis, ſcilicet
dimittendo tonſuram,uel coronam,accipiendo vxo
rem, dimittendo veſtem religioſam, uel clericalem,
redeundo ad ſeculum.20.q.3.c.1.2.& 3.27.q.1.omnes
& hic diſtinguebat etiam an cõſtitutus in minoribus
agat aliquid penitus contrarium ordini clericali, ut
quia ſecundam uel corruptam uxorem ducit,uel ſit
miles,& exercet ſæua,tunc priuatus eſt omni priuile-
gio clericali 84.diſ.quiſquis.econtra, ſi duceret,uirgi-
nem, vel militiam faceret nõ exercendo ſæua, poſſet
clericaliter uiuere, & priuilegio gaudere 32.diſ.ſeria-
tim,& c.ſi qui uerò .ſed ſi ſeculariter uiuat negociàn-
do, tenendo tabernam, uel tonſuram dimittendo,in
nullo gaudet priuilegio,de cleri.con. Ioãnes,& c.ſeq.
credit tamen Inno. ꝙ teneant ante monitionem pri-
uilegium canonis, ſiquis ſua:poſtea non, ſi in omni-
bus laicaliter ſe habent. Et ꝙ ſecundum prædictam
diſtinctionem erunt de foro clericali, uel ſeculari,ni-
ſi conſuetudo reſiſtat, quæ iuriſdictionem tribuit.C.
de eman.l.1.quod intellexit Hoſti.de conſue. quæ fa-
ueret eccleſiaſtico foro, puta ꝙ bigamus ſit de foro
eccleſiæ, & gaudeat priuilegio in perſona, & rebus.
hoc reprobatur de biga.ca.2.lib.6.ubi dicam[*& in fi.*]
4 imo etiam†excommunicatur,& deponitur,& quan-
doque iudici ſeculari traditur,ut ibi,& 11.q.3.ſi autẽ,
& ſupra de iudic. cum non ab homine. & habent hæ
pœnæ locum etiam in ultimo genere apoſtaſiæ.ad id
16.q.1.legi.l.di.c.fi.21.q.4. epiſcopi,& c.ſequentibus.
& ſi monitus ſe non emendauerit, caret omni priuile
gio clericali. ſed primus apoſtata adhuc grauius puni
tur ut hæreticus, quia hæreticus eſt, ſupra de hæretic.
excommunicamus 1.& 2.quędam verò hic no.per In
no.& Hoſti.circa cap.eos 20.q.3.dicam, infra eo.tuæ.
¶*In glo.2.ibi, habebant*] hæc ſolutio probatur,de priuil.
ex parte 3.Innoc. [*& in fi.*]Hoſtien.remittit.de ſenten.
ex.perpendimus,& ibi uideas.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad ordines acolytus, qui rebaptizanti miniſterium præbuit,quã do promoueri poſſit ad ſuperiores.*
*Sortilegis nullo modo credendum.*
*Baptiſma reiteranti quæ pœna, nouus character non confertur, n.5.*
*Huic*



1 *Huic ſacramento tribus fit modis iniuria, & num. 5.*
*Pœnitentia occulta occulti criminis: publici publica.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num.4.5.*
*Iteratio hic noui quid non confert.*
*Decretalium deciſio parit ambiguitatem.§.1.*
*Ex miniſterio quis damnatur.*
6 *Iuris ignorantia minores in quibus non excuſet.*
*Decipere, & decipi quando par uitium.*

### CAPVT II.

1 EX literarum. Caſus. Si † crimen
acolyti, qui reba-
ptizanti miniſterium præbuit,eſt occultum
promoueri poteſt: ſi publicum, non poteſt niſi di-
ſpenſetur cum eo religionem intrante. communis
diui.2. ibi, diſcretioni, in qua diſtinguitur ſecundum
membrũ ibi, Si uerò [*Sortilegarum*] quibus nullo mo-
do eſt credẽdum,vt patet de ſortilegiis.c.1.& 2.[*Itera-
tionem*] ſi hoc doloſè fiat, & ſcienter,ſecundum leges
punitur ultimo ſupplicio. C.ne ſan.bap.itere.l.1. & 2.
ſecundum canones clericus deponitur: laicus excõ-
municatur, & pœna grauiori punitur, nec decætero
ordinatur per iura,quæ alle.prima glo. & 1.q.7.qui in
qualibet.hoc uerum,cum conſtat,quem fuiſſe bapti-
zatum:aliàs ſecus;quod dic,vt ſupra de bap.& eius ef.
ca.2.ſecundum Hoſtien.qui remittit ad ſum.eo.§.fin.
2 [*Iniuriam* [tribus † modis fit iniuria ſacramento per ite
rationem,ut hic: quando in alia forma, q̃ conſtitutũ
eſt,confertur.Item quando extra eccleſiam.Vin.[*Fra
ternæ* ] fuerat enim frater carnalis rebaptizati,ut patet
in auct.religionis,ſic,infra de ho.ſignificaſti 2.[*Pœni-
tentiæ*]occultę,ex quo peccatum eſt occultum,aliàs ſi
publicum eſt,publicè pœnitebit, ſupra de pœnitẽtiis
3 quæſitum. ¶† Glo. 2.quærit, & ſoluit.Gloſ.4.arguit,
declarat,& remittit.¶Vlti.glo.no.ſignat contrarium
4 ſoluit diſtinguendo, & opin. ponit. ¶†*In 4.glo.ibi,§.in
delictis.1.*]§.eſt,& hanc & ſe.uide in dec.pueris. infra al
5 leg.ſuper ulti.glo.¶†*In glo.2.in fi.*]non tamen per reite-
rationem character noui ſacramenti cõfertur,ſed di-
citur fieri iniuria,primò ex animo iterantis,ſecũdum
Goff.quod dic,ut no.Io.68.diſt.§. quod ergo.¶*In glo.
3.in fi.*]reſpondendo & cooperando preſbytero reba-
ptizanti,vt patet in antiqua,quod non debuerat deci-
di ſecundum Hoſti.cum quidam errantes intelligant
hunc acolytum rebaptizaſſe: alii eum rebaptizatum,
fuiſſe: & de tali præbente miniſterium poteſt loqui.l.
1.C.ne ſan.bap.rei.ut ibi uot. ¶*In glo.argum.quod ibi, mi-
tius*] & eſt ſi.quod no. ſupra quod me.cauſa,ſacris.di
6 cit † hic Goff. quòd licet ignorantia iuris ciuilis excu-
ſet minores,ff. de iur.& fac.ignoran.l.regula.§.1.illud
non habet locum in articulis fidei, uel ſacramentis,
uel iure naturali.C.de in ius uoca.l.2. In his enim par
uitium eſt decipere,& decipi.6.quæſtio.1.ſi cupis.¶*In
glo.ultim.ibi,in quibuſdam*] imò nec ad beneficium inter-
dum, ut ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *De apoſtaſia infamatus compellitur habitum ferre, donec de illa ſe purget.*
*In purgatione uenit infamia apoſtaſiæ, ſicut & natalium.*
3 *Epilogus,& additio gloſſarum.*
*Hæc decretalis intelligitur de conſtituto in ſacris.*
*Clerici qui in habitu ſeculari non tolerandi.*
*An ſint in ſtatu ſalutis beneficia retinentes non deferentes habitum,nec tonſuram,nec deſeruientes eccleſiæ.*
3 *In minoribus conſtitutus non dicitur apoſtatare.*
*An ad tonſuram ferendam compelli debet, qui primam tonſuram tantum accepit.*

### CAPVT III.

1 QVæ fraternitati. † Caſus. In
famatus de
apoſtaſia compellitur habitum ferre, do-
nec de illa ſe purget[*Secundo*] primum non
habemus (*Clericalem*) uel religioſum (*Deficiente*) illa .n.
apparente non indiceretur purgatio,de ſimo.de hoc,
de purga.cap.c.pe.(*Probatione*)& ſi non apparet accu-
ſator.2. quæſtio.5. ſi legitimi. Io. uel ideſt ſi defecerit
(*Exhibere*) uenit ergo in purgatione infamia apoſtaſiæ
ſicut & infamia natalium,infra de pur. cap. accedens
(*Excommunicationis*) de ſenten.exc.cum deſideres, 2.re-
2 ſpon.ad idem de off.or.ex parte.¶†Glo.2.quærit,obii
ciendo,& ſoluit.¶In glo.2.ibi,non eſt niſi in caſu, in-
fra ne cle.uel mo.vt periculoſa,li.6.(*& ibi,eos qui ſemel*)
& quod hoc capi. intelligatur de conſtituto in ſacris,
non in minoribus tãtum, probatur ſecundum Inno.
& Hoſti.qui hoc no.ſupra c.1.ex eo quòd ibi dicitur,
Taxati in clero 1.aſtricti, quod non eſt ante ſacrum
ordinem.ad hoc,infra de elec. cum eo, lib.6.Item ex
eo, quod ibi ſequitur, in mon.deputati.æquiparãtur
enim cõſtitutis in ſacris, & religioſis, de voto c. vno,
lib.6.Item ex eo, quod ibi dicit, Reuertantur.conſti-
tutis enim in minoribus tantum reuerti non cogere-
tur, de cle.con.c.1.(*& ibi,intellige*)niſi beneficia retine
rent, quod dic,ut no.l.d.cap.ulti.an tales non portan
tes habitum,nec tonſuram,nec deſeruientes eccleſię,
nec intereſſentes diuiuis ſint in ſtatu ſalutis, & an ad
reſtitutionem fructuum teneantur, tract.Rai.in gloſ.
huius ti.uer.item nunquid,& uer.ſe.[*& in fi.*]idem In-
3 no.qui† dixit conſtitutum in minoribus nõ dici apo-
ſtatare,ſed clericatum relinquere.no.Goff. in ſum.hu
ius ti.§.circa,& Rai.in glo.huius ti.uer.quid ſi aliquis,
& Hoſti. in ſum.§.qualiter, uer.quid ſi clericus,quod
etiam is,qui primam tonſuram tantum accepit, com
pelli debet ad eam ferendam 21.diſt.clericos 54.di.ex
antiquis,de ui.& hone. cle. ſi quis ex clericis.iſtud di-
ctum etiam placuit Hug.per præal.cap.eos, ad quod
ſupra,reſpondi,pro primo dicto Inno. facit cle.de ui-
ta & ho.cle.quoniam,uer.ſi uerò. ubi conſtitutus, in
minoribus utens ſecularibus ueſtibus, niſi tonſuram
admiſceat, non punitur.dicebat Boati.de cle.non re-
ſi. fraternitati, quòd clericus primæ tonſuræ uerbo
renunciare non poteſt ſine licentia epiſcopi, ſed fa-
cto ſic.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæi baptizati ritus Iudæos dimittere coguntur.*
*Hebionitarum hæreſis quæ.*
2 *Ad prælatos ſpectat complere ritus Iudaicos,& in quibus.*
*Bona conferuntur inuitis.*
*Ex malis duobus minus eligendum.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Domini uiam agnoſcere, & retroire quodam reſpectu minus malum, quàm nunquàm agnoſcere.*

### CAPVT IIII.

1 QVidam. Caſus. Iudæi † baptizati
ritus Iudaicos dimittere
compelluntur. pars prima ponit Iudæo-
rum baptizatorum exceſſum, contra quẽ
ſecunda pars prouidens ibi, cum autem,duas aucto-
ritates præmittit, & duas rationes ſubdit; & fuit olim
in 4.compilatione ſub tit.de Iudæis (*Ritus*) forte in ci-
bis diſcernendis in ſabbato colendo, & ſi. [*Retinentes*]
hoc faciunt Hebionitæ, qui legem cum euangelio,
ſeruant.24.quæſt.3.quidam,uer.Hebionitæ, & male:
quia translato &c.de conſti.translato,ſecundum Gof
fre.[*Ingreditur*]eccle.2.capi.[*Contexta*]deutero.22.[*Præ-
latos*]

a *latos*]ad† quos hoc ſpectat ex officio inquirere, punire,& corrigere, de offi. ordi.c.1. cum ſit[*Compeſcatur*] per pœnam contra hæreticos inſtitutam,infra de hære.contra Chriſtianos,lib.6.[*Coactionis*]non ob. ſupra de Iudæ.ſicut: quia illud loquitur de nunquàm conuerſo:hic de conuerſo,& peruerſo.& no.ꝙ bona õcferuntur inuitis[*Minus*]no.ex duobus malis minus eli
3 gendum.de hoc.13.di.per totum.¶*In†glo.2.ibi,tria, in fi.*]uer.ſi contra patrem[*& in fi.*]quod dic,ut ſupra de tranſac.ex literis, in 1.gloſſ.¶*In ult.glo.in fi.*]& infra de elec.quorundam, li.6.tamen, ut dixit Goff.quodam reſpectu minus malum uiam domini agnoſcere, & & retroire, quàm nunquàm agnoſcere: quia primo caſu reuiuiſcunt,de pę.di.3.pium.ſecundo caſu,non quia nunquam fuerunt, bona ſine fundamento baptiſmi.1.q.1.cum Paulus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Apoſtatæ carcerari,& affligi poſſunt,ut habitum reaſſumant,& nume.3.*
*Carcere utimur ad cuſtodiam,& ad pœnam. eum frangenti pœna, num.3.*
2 *Eccleſia habet publicum carcerem, tormenta, mutilationem, & mucronem.*
*Decapitatio hic ut ſumatur.*
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 ANobis. C. Apoſtatæ † carcerari & affligi poſſunt,vt habitum reaſſumãt.communis diui.2.ibi,ad quod.[*Apoſtatis*] irregularitatis, ut patet per ſequentia[*Cum*]aliàs,qui:prima melior [*Habitum*]clericatus,uel religionis[*Volueris*] non quicquid &c. hoc tamen debet uelle iudex, ſi aliter non poteſt corrigi,ſecundum Hoſt.[*Carcerare*]carcere utimur ad cuſtodiã, & ad pœnam,infra de pœnis,quamuis, lib. 6.dicebat
2 Gof.ꝙ † eccleſia haber publicũ carcerem,ut hic,& ſupra de depo.grauis,& tormenta 5.q.5. illi qui 4. q.3.ſi ea rei, Mutilationẽ 5.q.6.delatori. Mucronẽ, per quẽ decapitat.16.q.2.uiſis,ad fi. quod intelligit de ſeparatione à Chriſto, qui eſt caput 2.q.7.§.quia ergo, quæ mors eſt,qui fi.ſint le.per uenerabilem, in fi.de his,in
a cle.de hęre.ᵃc.1.de mucrone vide quod dicam de purga.ca. inter ſolicitudines,ad finem[*Miſera*]forte panis &aqua,infra de ver.ſi.nouimus[*Donec*]eſt ergo carcer
3 hic temporalis pœna,non perpetua. ¶*In† glo 1.ibi,iudicium*] uel etiam pœnas corporales,vt ſequitur.¶*In glo. 2.ibi,debet homo*]vide quod dixi de ſi.dilectus.2.ſuper 1. glo.[*& ibi,dicitur*]& ſi nec iſta proficiunt, ut quia frangit carcerem, peiora committit, proceditur, ut no.ſupra de iudic.cum non ab homine, & ſecundum l.fractori carceris eſt, pœna capitalis, etiam ſi aliàs innocens fuerit,ff.de effracto l.1.ff.de cuſto. re l. pe.ſecundum Hoſti.qui remit.ad ſum. de accuſ.ſub §.qualiter procedatur in accuſatione, uer. reo exhibito.

ANNOTATIONES.

a ¶Hære.Vide Io.And.poſt Inno.in c.qualiter, 2. de accuſa.

*S V M M A R I V M.*

1 *In apoſtaſia monacus ordinatus ad ſacros, ſine diſpenſatione papæ non miniſtrat in illis, & quando, & num.3. multo minus ad ſuperiores aſcendit.*
*Apoſtatæ religionis excommunicati ſunt.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num.3.*
*Ordinati qui opus habeant papali diſpenſatione.*

CAPVT VI.

1 COnſultationi. C. † Monacus in apoſtaſia ordinatus ad ſacros, ſine diſpenſatione papæ non miniſtrat in illis (*Sacrum*) licet papa in non ſacro non retineat ſibi diſpenſationem,non tamen recipit illius executionem,ſecundum Vin.vnde dicebat Hoſti.quòd in illis diſpenſat epiſcopus,allega.infra de ſent.exc.nuper,de præſump.nonne,& ſi.de biga. ca.1. & 2. ſed cum apoſtatæ religionis ſint hodie excommunicati,infra ne cle.uel mo.c.2. lib.6.uidetur diſtinguendum,ut infra de ſent.exc.cum illorum (*In apoſtaſia*) ſi enim primò reconciliatus fuiſſet, & poſtea ab epiſcopo catholico ordinem ſuſcepiſſet, non eſſet neceſſaria diſpenſatio (*Sic*) ſcilicet in apoſtaſia (*Suſcepto*) multo minus ad ſuperiores aſcendere, de ſen.ex.cum illorum,ſecundùm Boat.qui dicit,ꝙ licet aliqui dicãt
2 contra,hoc eſt tutius. ¶†Gloſ.1. addit tres caſus; finis
3 reſpondet per ſolutionem contrarii. ¶*In†glo.1.ibi,conuenientibus, in fi.*) item qui ſimoniacè, & à ſimoniaco ordinantur.9.q.1.c.2.& ibi de hoc in ſumma quæſtionis,& de his not.uerſus.1.q.1. omnis cuiuslibet, Si bis ordo datur &c.Hoſtien.addit caſum de eo, qui ſcienter ſe fecerit ordinari ab excommunicato,uel ſuſpenſo ab homine,ſupra de or.ab epiſcopo, c.2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Continuatio tituli quæ.*
2 *De filiorum occiſoribus ubi,præterquam hic,legatur.*

## De his, qui filios occiderunt, Rub.

1 ¶Viſo†de his,qui peccant in deum in quatuor proximis rubricis,de his,qui peccant in homines,& nihilo minus in deum, uideamus,ſ.de homicidio.& quia inter omnia alia homicidiorum genera &c. ſecundum Goff.uel quia poſt præceptum de deo colendo, & de parentibus honorãdis, primum negatiuum eſt, non
2 occides,Deutero.5.ideo &c.congruit†materiæ,infra de pę.& remi.quæſitum, de dante cauſam abortui,infra ti.1.ſi aliquis, & c.ſicut ex literarum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Filium ſponte occidens mulier, qua pœna multetur, & quando turbat.*
*Lachrymæ ſignum interioris contritionis.*
2 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
*Patricidæ pœna.*

CAPVT I.

1 VEniens. C.†Mulier ſponte occidens filiũ debet perpetuò in mon.pęnitere.Tamen,ſi iuuenis eſt, datur ſibi licentia cõtrahẽdi ibi,2.ibi,nũ. quate.[*Lachrymabili*]& meritò,quia graue delictum. ſunt autem lachrymæ ſignum interioris cõtritionis,de pœ.di.1.in prin.[*Turgido*]q.feroci & rigido [*Improperaſſet*]i. improperium ei dixiſſet[*Monaſterium*] ſic 16.q.6.de lapſis 27.q.1.ſi quis rapuerit,ſupra de ſim. quoniam[*Fragilitate*]ſupra de eo, qui cong. conſ. Iordanæ[*Noluit*]de cleri.exc.quod à te,& ibi concord.in prima gloſſ.[*In domino*]ideſt ſecundum canones, de ſe-
2 cundis nup.ca.fin.Inno.¶*In†glo.2.ibi.l.una*]uide ſtatim in ſuppletionibus. ¶*In glo.2. non ita*]ſcilicet ut dicit lex illa. uult enim quòd ſuatur culeo cum gallo gallinaceo,cane,vipera,& ſimia,& proiiciatur in mare,vel in amnem,ut deſit cælum ſuperſtiti, & terra mortuo. Si uerò mare,uel flumen defuerint,ponatur in ſilua à feris animalibus deuorandus. Et dicũt doctores, quòd canis fugat ſimiam: ſimia gallum: gallus uiperam; & cum uiperam non inuenerit refugium, intrabit corpus illius,ſecundum Abb.



*S V M M A R I V M.*

1 *Filium occidens mulier ob id à uiro ſeparari non debet.*
*Pœna quandoque irrogatur per eleemoſynarum largitionem, uel orationem.*
*Mulieri prægnanti, uel lactanti quæ non ſit iniungenda pœnitentia.*
2 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 INtelleximus. Caſus.† Mulier occidẽs filium propter hoc à uiro ſeparari non dẽt 2. ibi, quia verò [*Abiurare*]hoc fecit in odium & grauamen mulieris[*Pœnam*] per eleemoſynarũ largitionem,ſi ſit dities; vel deuotam orationem,ſi ſit pauper,ſecundum Hoſti. [*Ac filiorum*] ſi ergo mulier prægnans eſſet,uel lactaret, non eſt iniungenda pœnitentia abſtinentiæ, uel alia, per quam impediatur filiorũ educatio,ut longæ peregrinationis,uel ſimilis,ſecundum Hoſtien. [*Liberè, & pacificè*] ut nec per pœnitentiam impediatur,nec per uirum, uel dominum temporalem[*Gubernare*]C.de alen.lib.l.1. ſupra qui fil.ſint
2 le.cum inter.Vin.¶*In†glo.1.in fi.*]ſupra de diuor.cap.2. ¶ *In glo.2. ibi,compulſa*]melius diceret compulſis: quia textus dicit maritum iuraſſe[*& in fi.*] ad hoc, de conſan.& affi,quia circa, cum concor.

*S V M M A R I V M.*

1 *Parentum, penes quos filij reperiuntur oppreſſi, pœna.*
*Furioſus ipſo furore punitur.*
*Annus pœnitentiarius quot dierum,in fin.*
*Pœnitentiæ arbitrariæ,& à quo tempore,ibid.*
2 *Epilogus, ſuffragium,& ſuppletio gloſſarum, num.3.& 4.*
*Culpa grauis quando hic,& quando leuis.*

CAPVT III.

1 DE infantibus. Set ſummat, ponens pœnitentiam parentum, penes quos filii reperiuntur oppreſſi[*Vtrum*]ſupple,is,qui mortuus reperitur, propter ſingulare,quod ſequitur [*Voluntas*] expreſſa etiam ex iracundia inſana procedens, tamen uoluntaria, ſupra cap.proxi. ſi uerò omnino eſſet furioſa,ſatis eſſet, parentes ipſo furore puniri.3.q.9.iudicas,de reg.ſicut tenor,cum ſimilibus, ſecundum Hoſtien. [*Eos*]parentes[*Vnum*].i. unius anni quadrageſimam:uel dic,ut le.& no.de accuſa.accuſaſti,Hoſtien. [*Aquã*]hodie pęnitentiæ ſunt arbitrariæ, infra de pœ.
2 & remiſ.c.3.& cap.Deus qui.¶†glo.i.obiicit,& ſoluit, determinãs demum, quid ſi ſponte, uel caſu ex graui
3 uel ex leui culpa,uel ex nulla.¶*In†glo.1.ibi,l.una*] uide ſupra cap.1.ſuper glo.2. [*& ibi,l.1.*] melius diceret pe. quæ ponit eandem penam cum prædi. l.una: ſed l.1.
4 imponit pęnam,l.Cor.de ſicariis. ¶*In† glo.1.ibi,graui*] ut quia in medio ſui poſuerũt filium tenellum [*& ibi, leuius*] ut quia in eodem loco, tamen longe puerum poſuerunt,ſecundum Pe.& Abb.

*S V M M A R I V M.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
*Expoſitio infantium, & languidorum cui comparetur, & de ea ubi in decret.agatur.*

## De infantibus, & languidis, expoſitis, Rubrica.

1 ¶Quia † exponere infantes,& languidos eſt quaſi ipſos necare, uel occidere,ideo poſt tractatum præmiſſum ſubmittit hanc rubricam,de qua.86.diſtin.capit. ultimo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Scientia & ratihabitio qualiter differant.*
*Infans quis dicatur.*
*Patria poteſtas amittitur ob delictum in filium, & quod, & num. 6.*
*Dominica quoque,& quare hic, & num. 5.in fi.*
*Vel alia in alios hic deſcriptos.*
3 *Alimenta ſi his, quos habemus in poteſtate noſtra, denegentur, quid iuris, & nume. 6. & 7. comparatur eorum negatio neci, nume. 5.*
*Nutritoribus,uel hoſpitibus nutriti hæreditas non debetur.*
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,num.5.*
*Ratificatio comparatur mandato,& iuſſui.*
*Necare partum quis dicatur.*
*Libertatem ſeruus quibus modis acquirat aliter, quàm à domino, in fin. & ſupra num.2.*
*Suppletio gloſſarum.*
*Dies utiles à principio,continui in progreſſu ut intelligantur.*
7 *Monacus manens in ſeculo neglectus ab Abbate cui acquirat, ante ingreſſum monaſterij.*
8 *Expoſitorum ſuſceptores nil iuris acquirunt in eis, & quæ repetere poſſint.*
*Proteſtatio non prodeſt repetendi ei, qui impenderet id, ad quod teneretur, in fin.*

CAPVT I.

SI à patre. Se ſummat. Et diuiſio patet[*Sciente*]quã-
1 do † ipſius nomine non eſt factum, & ſup.& tacente[*Habente*] quando ipſius nomine factum eſt [*Infans*]ſeptẽnis,ſcilicet vel minor,ſupra de deſpõ. impu. literas, & ca. acceſſit [*Hoc ipſo*]
2 ſcilicet quòd ſic exponitur[*Liberatus*] perditur hic†poteſtas patria propter delictum.ſic de hęre.c.2.li.6.in fi. [*Et in hoc caſu*] ſcilicet cum à domino vel eo ſciente,vel ratum habente libertus, uel ſeruus infans exponitur [*Ingenuitatem*]ſcilicet ac ſi natus fuiſſet liber,inſt. de ingenuis,in prin.[*Seruus*]idem in colono,uel aſcriptitio C.de epiſcop.au.nemini[*Prædictis*]filiis, libertis, & ſeruis [*Aetatis*] nedum infantibus [*Vel alicui eorum*]libertorum,uel ſeruorum languidorum, in auct.de nupt.
3 §.ſi uerò ab initio, & §. ſequen.ubi de hoc.nam ſi†ſanis deneget alimenta, non eripiuntur in libertatem, ſed pro derelicto uidentur haberi.ff.pro derelic.l.vlti.
a ibi no.ᵃ quòd nec pro derelicto habẽtur propter hoc ſed ſecundum primum dictum conceduntur occupanti,niſi ipſe dominus prius occupauerit,ut ibi,& ff. de ſtip.ſeruo.quòd ſeruus,ſecundum Azo. in ſum.huius ti.Vinc.Inno.& Hoſtien.hic ſed Goff.quem ſequitur Egi.hic,& in ſum.huius titu.contra.Dicit enim,ꝙ hæc dec.æquiparat hos tres caſus, ſcilicet cum infans exponitur, & cum languidus cuiuſcunque ætatis, & cum alicui ex his alimenta negantur [*Suſcipiunt*]& nutriunt [*Ius aliquod*]unde nutritoribus propter hoc nutriti hæreditas non debetur, C. communia de ſucceſſ. l.nutritoribus, ſicut nec hoſpitibus hæreditas peregri-
4 norum, ut in auct.omnes peregrini,ibi poſita.¶†Gl. 4.diſtinguit,& reſpondet.ponit contrarium de capit. fin.87.diſtinct. ¶ Penul.glo.inducit ſim. de monaco.

¶*In*

5 ¶*In †glo.2.ibi,ſed ſi cum quis*]aliàs eſt uerſi.ſub §. quot.&
uide de ſi.ſicut tuis, ſuper gl.nam ſi. & ibi,ſi filiusfa.2.
quæ eſt l.fina. & loquitur de credito, quod recipit fi-
liusfa.citra patris iuſſum,mandatum,uel voluntatem
ſed pater poſtea ratum habuit. ¶*In 4.glo.ibi, necare*] ne-
cat non ſolum,qui ſuffocat partum,ſed & qui abiicit,
& qui alimoniam negat, & qui publicis locis expo-
nit.¶*In glo.pe.ibi,l.ulti.*]ponit caſum in ſeruo,cui dene-
gatis alimentis, præbens alimenta libertatem conceſ-
6 ſit,& ualuit.¶†*In glo.3.in fin.*] ff.de adulteriis,nec in ea.
Hoſtien.¶*In glo.de iſtis,ibi.c.ult.*]& ibi hæc glo.[*& ibi,fa
ctam*]in eccleſia,ut ibi,uel alibi in loco publico, ſecun
dum Goffre.5.q.1.quidam [*& ibi* 10.*dies*] & illi an ſint
utiles,an continui,ibi no. Hoſti.hic tenet, quòd ſunt
utiles à prin.continui in progreſſu,& ſic current à tẽ-
pore ſcientiæ.¶*In glo.pe.ibi,filij ſui iuris*]Hoſtien.contra,
dicens, ꝙ licet ſoluatur patria poteſtas per expoſitio-
b nem, non tamen [b] per alimentorum denegationem
tum quia iura ſanguinis,quę naturalia ſunt,ciuilis ra-
tio non perimit.ff.de cap.di.eas obligationes,inſti.de
legi.agna.tu.§.fin.tum quia aliis remediis locus eſt ad
patrem cogendum,de quibus ſupra de conuerſi.infi-
de.ca.2.& ſic dicit corrigendum, quod no.in ſum.eo.
titul.§.quid iur.[*& ibi.c.ulti.*]vbi de hoc no.Phi.[*& ibi*
7 †*monaſterium*]quaſi ſecus,ſi ſolus Abbas,ſecũdum Bar.
Brix.in quęſtione domini.8.Eſto,ꝙ monacum,idem
Guil.in ſpe.de ſta.mo.uer.41.[*& in fi.*]no.Goffr.de of.
ord.quanto.hoc uerum,quando ille ingreditur aliud
monaſterium. Si uerò nullum monaſterium ingredi
tur,putat, quòd adhuc acquirit primo;alleg.§.ſed ſci-
mus,quem alle.gl.& idem dicit de licentiato,ut aliud
quærat mon.quod ſcilicet interim acquirit primo;al-
le.ff.de mili.te. ex eo tempore,& de hoc in ſpe.de ſta.
8 mo.uer.42.& de hoc 18.q.2.Abbates.¶*In †glo.ulti.in fi.*]
adde quod not.87.diſt.c.ulti.in glo.2.hic,ſ.quod repe-
titur à recolligente expenſa facta in arte erudienda.C.
eo.l.1.alimenta non repetit, niſi fuerit proteſtatus,ff.
de neg.ge.Nẽſennius;uel niſi filiam eius recuſet duce
re in uxorem.C.de nupt.patrem,quod de proteſtatio
ne dictum eſt, non haberet locum in eo,qui impen-
deret id, ad quod teneretur,ſecundum Ioan. qui hoc
no.12.q.2.& ſacrorum.

ANNOTATIONES.

a ¶No.per glo.uide Bar.in l.quod ſeruus,infra alle.
b ¶Tamen.cum glo. uiderur concordare glo. in c.fi.87.diſtinctio.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
*Specie ſæpe præmiſſa ſubmittitur genus.*
2 *De homicidio loca iuris alibi, quam hic tractantia ſuggerit.*
*Sub uoluntario & caſuali quæ, ſpecies aliæ comprehendantur, nu.4*
3 *De genere prius an ſit tractandum, poſtea de ſpecie.*
4 *Diſtinctio an debeat eſſe plena in titulo.*

## De homicidio uoluntario, uel caſuali, Rubrica.

1 ¶Viſo† de ſpeciali homicidio,ſubmittit rub.genera-
lem.Et quia homicidiorum aliud uoluntarium,aliud
caſuale, de utroque hic exprimit ſecundum omnes.
& ſic ſæpe præmiſſa ſpecie ſubmittitur genus, ſupra
de reſcript.ſedes.interdum econtra,de of.or. ad repri-
mendam,ſecundum Hoſt.de hoc no.infra de reg.iur.
2 li.6.in prin.habetur†materia l. d. miror, & 4. cap. ſeq.
& §.quod uerò,uſq; ad §.præmiſsis,23.q.5.per tot.de
pę.di.1.periculoſe,cum 5.ca.ſe.& l.ſi quis cum telo,&
duabus ſeq.15.q.1.nec is, uſq; ad fi.quæſtionis 32.q.2.
ꝙ non formatum,& duobus ca.ſe.32.q.2.interfecto-
res,cum 5.ca.ſe.& c.latorem.repetitur in 6.li.& in cle.
Congruit, de temp.ordi.c.fi.de æta.& quali.ad aures,
qui cle.uel uo.c.1.de accu.inquiſitionis,in prin.de ex
ceſ.præla.ex literis.Item li.6.ne clerici,uel mo.ca.fi.de
pęnis,fęlicis,§.ſi quis uerò,& clemen.eodem titulo,ſi
quis ſuadente.§.quæ omnia. propter commentũ de-
3 cre.Io.opponitur†ad rub.ꝙ male ſituata,cum enim ſu
pra & infra ti.proxi. de ſpeciebus homicidiorum tra-
ctetur,aut debuerat compilator primò genus,poſtea
ipſius ſpecies tractare,aut econtra,ut eſt dictum.& ſic
contra,de or.co.c.2.reſponde,ꝙ non omnium &c.de
hoc,ſupra de reſcrip.ſi quando.uel dic,ꝙ infra nõ tra-
ctat propriè de ſpeciebus homicidiorum, ſed de acti-
bus,per quem non ſemper, licet quandoq; ad homi-
cidia peruenitur. Item opponitur,ꝙ ſi ſufficiebat di-
xiſſe de homicidio, & ſic reliqua pars rubricæ ſuper-
flua.Sol cum hoc addiderit ad inſtructionem noſtrã,
non conqueri,ſed regratiari debemus,ſupra de ec.be-
næ. ca.uno,uer.quia ergo.& eſt ſi.ſupra de ſi.& ne ali-
4 quid &c. Item † opponitur,ex quo inſtruere uolebat
diſtinguendo, debebat plenius ponere,ſ.etiam de ne-
ceſſario.Item quia homicidium iuſtum,& iniuſtum,
de utroq; etiã debuit exprimere.Reſpondeo, ſatis eſt,
ꝙ in paucis tibi per laborem amici cõſulitur. C.de ne.
ge.tutori,&ff.de admi.tu.tutores,§.qui ſe,in fi.vel dic,
ꝙ omnia prędicta comprehenduntur ſub homicidio
uoluntario,uel caſuali.nam iudex & miles,licet iuſtè,
uoluntariè tamen occidit.neceſſarium etiam ſub uo-
luntario comprehenditur.uoluiſti enim occidere, ut
tibi uitam ſeruares.interdum ſub caſuali ſecundũ mo
dum,quem ponit gl.magna in fin.quæ eſt,infra eo.ſi-
cut dignum.de materia uerò huius titu.diſtinguas,ut
ibi.¶In ſuperſcripti.Exodi 21.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicidium neceſſitas an excuſet.*
*Mori quibus modis capiatur.*
*Mortis pœnam corporalis, uel ſanguinis canon non imponit.*
*Ad ſcientiam quid inſeritur aliquando, non ad obſeruationẽ, in fi.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.3.*
*Capituli huius intellectus quis.*

### CAPVT I.

1 SI quis. Breue [*Occiderit*]nulla †ne
ceſsitate compulſus: aliàs
contra,ut patet.j.c.1.& 2.Hoſt.[*Moria
tur*]in peccatis. Vin.uel i.ad pęniten-
tiã humilietur l.di. quid eſt.uel .i.de-
a ponatur,quod hẽt inſtar mortis[a] 2.q.
7.§. quia ergo. uel moriatur peccatũ
.i.agat pœnitentiã.ſimilis expoſitio 27.q.1.quæ Chri-
ſto,& c.de filia.Gof.ſic diuerſimodè exponit:quia ca
non non imponit pœnã mortis corporalis,vel ſangui
nis: ſed planũ eſt, ꝙ hæc non fuit conſtitutio papalis,
ſed lex Exodi, qua ſæpe imponebať pœna mortis. &
hic inſeriť,ut ſciatur, nõ vt in canonico foro ſeruetur
2 ſic 5.q.ult.delatori. [b] ¶†Secunda glo.huic caſui addit
3 duos ſimiles caſus. ¶†*In glo.2.§.ex his*] aliàs,de his.neu-
b trũ eſt ibi:bene tamẽ eſt ibi ver.de his,ſub.§.1.ſed non
facit, niſi uellet inducere illã copulã, & ſine præiudi-
cio.Inueni in quadã antiqua correctũ c.ulti.& ad hoc
facit, quod ibi dř, hoc ſolum, quod irreprehenſibile
eſt &c.uoluit forte inducere 23.q.4.§. ex his[*& ibi,pu-
4 blicus latro*] & ad †hunc caſum reſtringi p̄t hoc ca.dicit
Abb.ꝙ Pe.intelligebat planè capitulũ,prout uerba ſo
nant, ꝙ.ſ. per inſidias aliũ occidens immunitate non
gaudeat. Dicens, ꝙ hoc non eſt mutatum.ergo ſtare
non ꝓhibetur.C.de teſt.ſancimus.Sed certũ eſt,quod
tẽpore huius legis exodi non emanuerunt iura poſiti
ua,



ua,quæ dederunt immunitatem eccleſiæ.& ſic de illa
non uidetur intelligi poſſe,quod hic dicitur.[*& in fi.*]
uel loquitur de altaribus ueteris te.quæ non erãt eius
auctoritatis, cuius ſunt noſtra altaria ſecundum Inn.
dicit Hoſtiẽ.ꝙ poſſet intelligi de clerico, qui per hoc
euellitur ab altari,ſ.per depoſitionem ordinis, & be-
neficij,& traditur poteſtati ſeculari,ſi eſt incorrigibi-
lis: aliàs non,de iudic.cum non ab homine.

ANNOTATIONES.

a ¶Mortis.Vide Inno.de accu.qualiter,el.2.
b ¶Delatori. Vide glo.& ibi Ioan.And.de ma.& obedien.

*SVMMARIVM.*

1 *Latronem occidentis pœna quæ ſit.*
*Fur quis dicatur, & unde dictus.*
2 *Dies dominicus non eſt dies abſtinentiæ, & qui aliter aſſerit qualis habeatur.*
*Ceruiſia quid.*
*Homicidium quid excuſet, in fi. & nu. 5. quando impediat promotionem, nu.5.*
3 *Datorem largum & hilarem diligit deus.*
*De neceſſitate quod quandoque admittendum eſt, pro æterna remuneratione ſponte diſtribuendum.*
*Pœnitentia debet eſſe longior, quàm culpa.*
4 *Epilogus, & additio gloſſorum.*
*Cilicium quandoque uocatur ſaccus.*
*Pęnitentiæ arma quæ.*
*Peccatorum auxilia quæ.*
*Ieiunium præponitur ſacco.*

### CAPVT II.

1 INterfeciſti. Ponit† pęnitentiã
occidẽtis latronẽ,
cum ſe poterat aliter liberare: aliàs pœni-
tere non tenetur, niſi ad cautelam,ſecun-
dum Abb.2.ibi, ſi autem [*Furem*] nocturnum. Goff.
quod notat uerbi ſignificatio.dicitur enim fur à fur-
no.i. nigro.ideo quia clam & obſcurè, & ut plurimũ
de nocte furatur, inſtitu. de ob. quæ ex ma.§. ſecun.
Hoſtien. qui de hoc no. plenius in ſum.de furtis [*La-
tronem*] diurnum. Goffre.datur uerſus. Tempore no-
cturno fur aufert: latro diurno. & uide aliter de fur-
tis c.2.[*Apprehendi*] puta de die [*Abſtineas*] ſ.2.4.& 6.fe-
2 ria:in alijs tẽperatur, ut ſequitur [*Sabbato*] de † die do-
minico nil dicit:quia non eſt dies abſtinentiæ,de con
ſe.diſt.3.ne quis.& ſtudioſe cõtrarium aſſerens ſuſpe-
ctus eſt de fide 26.q.fi.ſacerdos. & adde, quod habes.
30.di.ca.fi.[*Mediocri*] q.d.temperata & debili, ut vide-
tur ebrietas [*Ceruiſia*] quæ alias dicitur ſicera, de qua
uide in Hiero. ſuper Eſai. libro. 9.[*Sine odij*] quaſi ca-
ſu, qui non potuit præuideri, uel neceſsitate urgen-
te [*tuaque*] non dicit, Te,uel tua,ſecundum Io. & qui
hoc no.23.quæſtio.3. in prin. [*Interfeciſti*] cum ipſum
comprehendere non poteras, nec ab ipſo aliter libe-
rare. Gof. [*Indulgentiam*] i.clementer & benignè. Gof.
1.ut citò tibi indulgeatur.Hoſti.[*Volueris*] q.d.non te-
3 neris [*Largiter*] quia † largum & hilarem datorem di-
ligit deus.16.quæſtio.1.prædicator, de dona.capitulo
primo,dicit Cyprianus,quod de neceſsitate quando-
que admittendum eſt,pro æterna remuneratione di-
ſtribuendum eſt [*Presbyter*] i. ſacerdos, diaconus, &
ſubdiaconus,de coh.cle.& mu.capitulo ſecundo[*Ea-
dem*] quæ dicta ſunt in prox.reſpon.non in primo (*Fe-
cerit*) caſu fortuito:alias loquitur diſpenſatiuè, ſecun-
dum Hoſti. (*Pœnitentiam*) interiorem. Longior enim
eſſe debet pœnitentia,quàm culpa,de pę.di.3.produ-
4 ctior. Go. ¶ † Vlt.gloſſ.reſpondet per quæſtionem.
¶*In glo.2.ibi, maculetur*) facit, quod habes de cri.fal.c.3.
¶*In gl.3.in fi.*) & de pę.diſ.3.Achab Rex,Go.quod qñ-
que ſaccus uocatur, ut in Hiero.parte ſecunda prodi-
gio deſcripto per literam.A. Item ſuper Ioan. ca.2.C.
ſaccus,& ieiunium arma ſunt pœnitentiæ, & auxilia
peccatorum.& ſi ex duobus neceſſarijs unum ſubtra
hẽdum,magis eligam ieiunium abſque ſacco, quàm
ſaccum abſque ieiunio. ¶*In glo.4.di.in fi.*) & ſunt eſcæ
prohibitæ, quæ trahunt ſemẽtinam carnis originem,
ut ibi. ¶*In glo.quantum*) hæc glo.intelligit de toro con-
iugis.& ſic fortius à toro extraneę:ſed alij intelligunt,
quod in lecto non iaceat,ſed in terra, ſecũdum Abb.
¶*In glo.de Anglia,ibi,fuit*) quò ad potus qualitatem,ſed
non quò ad quantitatem,ſecundum Ia.& Hoſtien.de
5 ui.& ho.cle.à crapula.¶*In glo.ult.in fi.*) & † tunc ſecun-
dum Hoſt.in nullo imputabitur, ex quo aliud facere
non potuit. & eſt ſimile caſuali, quod etiam ſecundũ
illos, qui dicunt, ꝙ lex promotionis cõſiſtit in facto,
non impedit promouendum, infra eo.lator. & dicit,
ꝙ non tenebat Clemens.IIII.qui tamẽ in hac materia
ſatis erat durus.& idem Clemens.V.in ſua conſtitutio
ne.eod.titu.ſi furioſus.

*SVMMARIVM.*

1 *Fur quis occidatur ſine culpa, & num.4.*
*Homicidium licet non imputetur aliquando ut hic, imputatur tamen ad irregularitatem.*
2 *Sero quid fit non attribuatur nocti.*
3 *Lex ciuilis antiquior canonica.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Ob tutelam ſui corporis quod quis fecit, iure feciſſe exiſtimatur.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Armorum terror ſufficit.*
*Occidere quem etiam noxium in delitijs alterius reprobatur.*

### CAPVT III.

1 SI perfodiẽs. C.occidiť † fur diur-
nus ſine culpa, no-
cturnus verò nõ.2.ibi, intelligiť.& in ſub-
ſcriptio.Exodo.22.(*Nõ eſt illi*) ꝑcuſſori(*Ho
micidiũ*) quò ad peccatũ,eſt tamẽ homicidiũ quò ad ir-
regularitatem, cum aliter ſibi prouidere potuit: alias
non,ſupra c.prox.ubi de hoc (*Orietur ſol.*) hęc lex Exit-
di facit pro ſtatutis, quæ duplicant pœnas maleficio-
rum de nocte commiſſorum.& tũc † dubitatur,quod
ſi fiant de ſerò?& ꝙ attribuantur nocti, facit hæc lie-i
ra, quæ poſt ſolis occaſum uocat furem nocturnum
ad hoc ſupra de treu.& pa.c.1.in prin.Item tenebroſi-
tas attribuitur nocti,& lux diei.patet vtrunque,de of.
dele.conſuluit,ad fi.facit.C.de cuſto.reo.l.1.Item Ge-
neſis.i.in prin. Mane,& ueſpere,dies unus. Item dies
eſt inter duas dimidiatas noctes. ff. de feri. more Ro-
mano.cum autem dicatur a dian,ꝙ eſt lux, uel clari-
tas;illud ſolum, ꝙ clareſcit inter duas noctes, eſt dies.
ad partem contrariã inducuntur omnia iura,quę vo-
lunt in pœnalibus fieri benignam interpretationem,
infra de re.iu.in pœnis, li.6.cum cõcor.& regula,cum
ſunt partium,& regula,in obſcuris, quæ cum ſuis cõ.
uolunt in dubijs mitiorẽ pęnam imponi,& reo faue-
ri.& lex dicit,non puto illum errare,qui in dubijs qõ-
nibus contra fiſcum facile reſpondit. ff. de iure fiſ. nõ
puto,& ſibi imputet, quia legem clarius non dixit,in
fra de regu.iur.contra eum,cum cõcor.tertiò allega-
tur,quod neutra pœna locũ habeat,cum ſit caſus ter
tius omiſſus in ſtatuto. ad hoc,de reſcrip. ſuſceptum,
li.6.& extendi poteſt hoc per ea, quæ ibi no.in glo.ar.
contra.Et quæ ſuper ea dixi,ſed hæc argumẽtatio tol
litur,quia dies,& nox ſunt cõtigua. & ſic ipſorum ex-
trema ſe contingunt, ut patet Gen.1.in prin.bene fa
cit.ff.de adul.le.capite,ibi, Per horas diurnas,noctur-
naſque continuas. Sol. Guido de Suza.in ſuis quæ-
ſtionibus ſtatutorum, & in leg. more Romano, ff.

de ferijs, placet ſecũda pars: aliquibus prima, & ſic au-
diui terminatum. puto primo conſiderandũ, ſi in lo-
co ſignum campanæ, uel aliud deſignat hanc diuiſio
nem: alias putarem uenire in arbitratu, an tenebroſi-
tas faciat attribui nocti, an potius aliqualis claritas
diei: in dubio mitiorem eligere putarẽ, cum iura in-
a ducta diſtinctionem probent [a] [*Quia poterat*] quia dies
erat. hoc infra exponit [*Iſta*] ſ. lex Exodi, quam Aug.
3 hic gloſſabat. non enim lex † canonica eſt antiquior,
quàm ciuilis. & de hoc dixi, ſupra de ſum. tri. cap. 1. §.
hæc ſancta [*Quoquo modo*] i. ſiue ſe defendat, ſiue non.
ad hoc infra e. tua. §. 1. [*Iam enim*] ſ. ex quo telo ſe defen
dit [*Plus eſt*] i. plus de ipſius malitia præſumit̃, ſ. ꝙ ue-
4 nerit etiam ad occidendum. ¶ † Glo. 3. quærit, & op-
ponit. iterum quærit, & ponit op. Hug. ¶ *In 3. glo. ibi. §.
lex*] ſequitur. 12. tabularũ furem nocte deprehenſum
occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore
teſtificetur [*Et ibi, furem*] occidens furem nocturnum
non tenetur, ſi parcere illi ſine periculo ſuo non po-
tuit [*Et ibi, ut uim*] quod ob tutelam corporis ſui quis
fecerit, iure feciſſe exiſtimatur [*Et ibi, itaque, in prin.*] vi-
5 de de iniur. cap. 3. ſuper gl. 2. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] forte pa-
rietem, uel ſub pariete, ut faciebãt fures antiqui.. ¶ *In
glo. 2. ibi, quidam*] Goff. hic La. Tan. Phi. & Hoſt. & Abb.
[*& ibi, in prin.*] ſufficit enim terror armorum. ff. de ui
& ui ar. idem eſt. §. qui armati. Tan. In ſuperſcrip. Hie-
ro. ſuper Matthę. li. 6. ubi poſt finem huius ca. ſic ſub-
dit. legimus in Ro. hiſtoria Flamminium ducem Ro-
manorum, qui cubanti iuxta ſe meretriculæ, quæ nũ
quam vidiſſe ſe diceret hominem decollatum, aſſen-
ſus ſit, ut reus capitalis criminis in cõuiuio trũcaret̃,
à cenſoribus pulſum à curia: quia epulas ſanguini mi
ſcuiſſet, & mortem, quamuis noxij hominis in alte-
rius delitias præſtiterit, ut libido, & homicidium pa-
riter miſceãtur, illam etiam hiſtoriam ponit Val. li. 2.
cap. 4. §. ſicut Pontius.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Probent. Vide Bar. in l. qui duos. §. hæc cõditio. ff. de manumiſ. teſta. & in l. aut facta, ff. de pęnis, & in l. Titius. §. 1. ff. de li. & poſt. & in le. 1. §. hoc autem, ff. ad Sil. & Sali. in l. non minorem. C. de tranſactio.

*SVMMARIVM.*

2 *Iuramentum quem non obligat ad homicidium.*
*Inter polliceor, & promitto differentia.*
*D. Ioannis Baptiſtæ excellentia, ab Herode cur miſſus in carcerem, nume. 3.*
2 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 CVm iuramento C. Iuramen
tum nõ ob-
ligat quem ad homicidiũ (*Pollicitus*) polli-
cemur ſponte, promittimus rogati. datur
uerſus, ultro polliceor. promitto ſæpe rogatus (*Hero-
des*) M. 14. M. 6. (*Quodcunque*) etiam ſi petiſſet dimidiã
ſui regni partem, ut ponit hiſtoria (*Matris ſuæ*) ſ. ipſius
Hero. i. ſi petiiſſet, ꝙ Herodes daret caput patris, uel
matris propriæ, non dediſſet: uel reſpiciunt puellam.
ac ſi diceret, Si puella petijſſet caput patris. i. ipſius He
rodis, uel matris ipſius puellæ uxoris Herodis &c. [*in
propheta*) i. in Ioanne Baptiſta, qui etiã fuit plus, quàm
propheta. T. Matth. 11. A. quod Hiero. contra Lucife
rianum. B. exponit dicens, quod nulli prophetarum
contingit, quod Ioanni. ſ. annuntiare Chriſtum, & di-
2 gito demonſtrare. ¶ † Glo. 3. reſpondet per quæſtio-
nem, an in ſuis facere debuiſſet. ¶ Quarta per quæ-
3 ſtionem, an excuſetur, ſi de facto in ſuis &c. ¶ *In † gl. 3.
ibi, ſicut*) uide in proœmio ſuper ul. gl. (*Et ibi, obligatione*)
uide de priuil. paſtoralis, ſuper ult. glo. ¶ *In glo. 2. in fi.*]
Beati Ioannis Baptiſtæ, qui cum reprehenderet He-
ro. quod non liceret ſibi fratris ſui relictam in uxorẽ
habere. 26. d. §. Ioannes, carceratus erat per Herodem
ad mulieris inſtantiã, ut habet hiſtoria. ¶ *In glo. carcere,
ibi, excepta*) de iureiu. capitulo primo, de re. iur. in ge-
nerali, libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicida eſt, qui facit, uel dat ſterilitatis ſortilegia, uel uenena, & quando in fi. & nu. 3.*
*Non contrahit tamen irregularitatem, & quam nu. 4.*
*Ad hæc cur deueniatur.*
*Amatoria pocula præbens iudicatur ut homicida, ſi moriatur is, cui data fuerunt.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Abortum inducentis ſibi, uel alij pęna, & nu. 4.*
4 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 SI aliquis. Homicida † eſt qui fa-
cit, uel dat ſterilitatis
ſortilegia, uel venena (*Libidinis*) erat fortè
mulier talis, quam non decebat grauidã
apparere: vt ergo libidini licentius vacaret, hoc fiebat
(*Odij*) forte nolebat illum, uel illam habere filios, ut
eſſet ingrata coniugi, uel ut illi ſuccederet ab inteſta-
to, uel facilius ex teſtamento, uel his ſimile (*Meditatio
ne*) ſi dedit amoris cauſa, non ut interficeret, ſimili-
ter punietur: quia dabat operam illicitę rei, & vltimo
ſupplicio ſupponitur. ff. de pęn. ſi aliquis. §. ſi quis
Vincen. [*Fecerit*] puta ſortilegium ſine cibo, uel potu
[*Generare*] uir. ſ. [*Concipere*] mulier. uel repete, ut non
poſſit iam concepta [*Homicida*] uerius, ſi uiuificatum
erat conceptum: aliàs interpretamur, ut dicit gloſſ.
2 ¶ † Glo. 1. diſtinguit pœnam legalem, ſpiritualem, &
irregularitatis. diſtinguit etiam, an conceptum ſit ani
3 matũ, nec ne. ¶ *In † glo. 1. ibi, qui abortionis*] ibi diciur ta-
lem, ſi humilis eſt, damnari in metallum: ſi honeſtus,
relegatur in inſulam amiſſa parte bonorũ. ſed ſi ex eo
mulier, uel homo perierit, ſupplitio ſummo afficiun
tur [*Et ibi, ſi mulierem*] Exulatur mulier, quæ uiſceribus
uim intulit, ut partum abigeret [*Et ibi. l. ult.*] qui abige
runt infantes, forte ſpem mortis circa illos habuerũt
[*& ibi, necare*] uide ſupra titu. 1. cap. uno, ſuper. 4. gloſſ.
4 ¶ *In glo. 1. ibi, actu*] ad hoc 15. q. 1. ſi quis non iratus. Io.
contra, de pę. di. 1. periculoſe, in ulti. glo. dixit hic Go.
non eſt iſte irregularis iſta magna irregularitate & in
diſpenſabili, de qua l. di. miror, ſed irregularitate quæ
contrahitur pro mortali peccato. 25. diſt. §. criminis
[*& ibi, ſicut ex literarum*] & adde quod ibi dicam.

*SVMMARIVM.*

1 *Facti ſpecies.*
*Factum pro præſumptione eius capitur hic.*
2 *Circunſtantiæ in delictis ſunt attendendæ, & quæ, & nu. 16.*
3 *Credendum in foro pœnitentiali.*
*Ferè, diminuit hic.*
4 *Mulcta ſolet iudicis arbitrio relinqui.*
*Incitantium ad odiũ, uel homicidiũ pœnitentia quæ, in fi. & nu. 5.*
4 *Conſulens clericum uerberari, quando excommunicatus ſit.*
*Ex conſilio qui, & quatennus teneantur, nu. 8. & nu. 12.*
6 *Cuſtodientium ſarcinas occidentium pœnitentia, iuncto contextu.*
7 *Miniſterium præbens combuſtioni hæretici fit irregularis iuncto ſpeculatore citato.*
*Occupantium ſpolia ſancti uiri pœnitentia.*
8 *In actionis defectum datur actio de dolo.*
9 *Comites cuiuſpiam euntis ad rapinam, uel deuaſtationem in quo teneatur.*

*Opem*



*Opem dandes in maleficio ad quid teneantur.*
*Opem dare qui dicantur, & ſupra nu. 2.*
10 *Damnum dans culpa, uel negligentia ſolus, uel cum alijs, quatenus teneatur.*
*Fori ſpiritualis, uel animæ, & fori contentioſi differentia in refectione damni.*
11 *Participantium interfectoribus excommunicatis pœnitẽtia quæ.*
*Affectio duplex.*
12 *Morti præſtantium clericorum conſilium, auxilium, uel fauorem pœnitentia quæ.*
*Clerici non debent intereſſe, ubi pœna ſanguinis profertur.*
*Clauſtrum quandoque non inuenitur.*
13 *De homicidio qualiter agatur, & eius pœna quæ, & nu. 18. quibus committatur modis, nu. 18.*
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 15.*
*De perſuaſore ad maleficium, remiſſ.*
*Cedens bonis à quo liberetur.*
*Soluens alteri quàm creditori quando liberetur.*
*Immiſcere rei ad ſe non pertinenti culpa eſt, in fi.*
16 *Additio gloſſarum.*
17 *Interitu ſpeciei quando quis liberetur.*
18 *Contra mandantes ut agatur ex ſtatuto contra homicidas edito. §. et ſcias.*
19 *Cum homicida uoluntario papa diſpenſare poteſt, an ad ſuperiores ordines aſcendat, & habeat exercitium ſuſceptorum, nu. 20.*
20 *Miſericordia pro diſpenſatione.*

CAPVT VI.

SIcut dignum. Propter multa di-
cta nõ ſummatur.
ſed hic pręmittitur. ꝙ † epiſcopus Exonien.
1 receperat per commiſſionem papæ, ꝙ abſolueret oc
ciſores. B. Tho. & illos, qui fuerant ſuæ mortis culpa-
biles, & forte expreſſerat pœnitentiam occiſorum. ip
ſe uerò, quia inuenit diuerſas culpas, ſuper illis papã
cõſuluit, qui reſcribit, ut ſequitur [*& infra*] continebat
deciſa, ꝙ ſicut dignũ erat & rationabile difficiles qõ-
nes ad papam deferre, ſic & ſuſcepto miniſterio papa
debebat illas ſoluere, & quærentibus reſpondere [*No
2 ſtri*] ideſt † noſce præſumeris [*Conditio*] liber, an ſeruus:
ſubditus, uel alius: religioſus, uel ſecularis: nobilis, vel
plebeius [*Locum*] an ſacer ſit, an profanus [*Tempus*] an
ieiunii, an ſolitum [*Pœnitentia*] & ſic ipſa ui ſequitur, ꝙ
ſit arbitraria. de hoc. de pęni. ſignificauit, in fine [*Vno*]
loco commiſſum, de ſenten. excom. cum pro cauſa,
cum concor. uel in uno homine, ſupra de hæreti. ex-
communicamus. §. ſi uerò [*Illi autem*] pœnitentia illo
rum, qui habuerunt animum occidendi, feriendi, &
capiendi. Inno. [*Sanctum*] beatum Thomam martiri-
zatũ tẽpore Henrici maioris, uel patris regis Angliæ
(*Citra manuum*) i. manus non iniecerũt: quia id fuit per
3 ſocios expeditum [*Fatentur*] in foro † pœnitentali, in
quo credendum eſt [*Captione*] forte uallauerunt, uel
circundederunt locum [*Pari*] qua interfectores, &
forte papa illam expreſſerat in prima commiſſione
[*Ferrè pari*] denotat aliqualiter minorem culpam [*Illi
etiam*] pœnitentia prohibentium uim inferri occiſo-
ribus [*Ferirent*] & ſic non habuerunt animũ occiden-
4 di, & in hoc differt à prox. [*Mulctari*] quia † mulcta ſo-
let iudicis arbitrio relinqui. ff. de uer. ſi. ſi qua. ideo uti
tur hoc uerbo ſecundum Hoſti. ad denotandum pę-
nitentias arbitrarias [*Scriptum*] non ad literam, ſed ad
mentẽ, prouer. 24. B. Erue illos qui trahuntur ad mor
tem, & qui trahũtur ad interitum, liberare ne ceſſes.
ad idem Eccc. 3. [*Non eſſe*] ſup. illos [*Qui uerò*] pœnitẽ-
tia incitantium regem ad odium. Inn. [*Inflamaſſe*] per
5 hoc & per iura, quæ alle. glo. arguit Hoſt. ꝙ † conſulẽs
clericum uerberari, excommunicatus eſt, cum deli-
cto conſentiat. 16. quæſtione. 4. omnes infra de ſentẽ.
excommunica. quãtæ, ubi de hoc. quod intelligitur,
quando ex conſilio ſecuta eſt percuſſio: uel cum par
ticipiat crimini præcedenti, de ſenten. excommu. nu
per. §. in ſecunda [*Ad odium*] aliud eſt inflammaſſe ad
odium: aliud ad homicidium, ut hic patet [*Ita ſeuerè*]
ſicut ij, de quibus dictum eſt proximè [*Hi quoque*] pę-
6 nitentia cuſtodientium ſarcinas occiſorum, Innocẽ.
[*Sicarios*] forte hoc intendit, uenerunt armati ad ter-
ram, & prope ciuitatem, uel locum maleficij: & di-
miſerunt ueſtes, mulos, & ſarcinas, & dimiſerunt ali-
quos ad illorum cuſtodiam: & illi bene uidebant, &
ſciebant, quòd illi ibant, ut occiderent, ſed neſciebãt
quem: uel forte ſciebant, ꝙ ibant illum ſanctum oc-
cidere, licet illorum conſilio id non fuerit machina-
tum. & hoc placet Hoſti. primũ plus mihi placet [*Mi-
7 niſterium*] arguit hic Abb. contra † illos, qui ad locum,
ubi comburi debet hæreticus, portant vitẽ, uel aliud,
& de hoc in ſpe. in tractatu diſpen. §. iuxta propõnis,
uer. quid de his, qui propter. 12. col. [*Eos inſuper*] pęni-
tentia occupantium ſpolia ſancti uiri, uel ſuorum. In
no. [*Occupauerunt*] ſecundum Inno. & Hoſti. hi, qui oc-
cupauerunt bona ſancti, ſed in occupationibus alio-
rum non fuerunt culpabiles, licet ſimul concurrerẽt
cum alijs in occupationibus faciendis, non tenentur
8 niſi de illo, quod ad ipſos peruenit, ut hic. Si † uerò in
illa occupatione fuiſſent alias culpabiles, ut quia alii
conſuluerunt, ut raperent, tunc tenentur in ſolidum:
quia de dolo, & conſilio illorum hoc eſt factum. un-
de, licet non tenerentur interdicto, unde ui, uel ui bo
norum raptorum, de dolo tamen actio competit, ſi-
cut & quãdo, unde ui, & ui bonorum rap. competit,
ſed ignoratur, contra quem agatur, uel deficit proba
tio, uel quia perſona, contra quam agi debet, terribi-
bilis eſt, uel propter quancunq; aliam cauſam, in de-
fectum dabitur de dolo actio, ar. ff. de do. l. 1. & 2. §. fi.
& l. ſequentibus, & l. & eleganter, per totum, & ſequẽ
tibus. quinimò & quò ad conſilium animæ omnino
tenetur talis cõſiliarius, etiam ſi ſpoliatus poſſet age-
re contra alium, niſi forſan occupanti ex corde remi
ſiſſet. tunc enim liberatus eſſet conſiliarius, non ſic
econtra, ar. ſupra de conſtitu. trãſlato. ff. de reg. iur. cũ
principalis. liberato ergo conſiliario nõ eſt liberatus
raptor, uel is, ad quem rapina peruenit, niſi appareat,
quod eos intendit liberare: quia licet acceſſoriũ ſe-
quatur principale, illud tamen non comertitur. & qđ
dixi liberari cõſiliarium liberato raptore, uerum eſt
ſaluo eo, quod ad eũ peruenit. illud enim non remit-
titur in conſilio animæ, niſi redderet, vel alius pro eo
ſatisfeciſſet. in quo quidem caſu & alii, qui ſatisfecit,
non damnum paſſo, cõſiliarius hoc, quod ad ipſum
peruenit, in eodem iudicio animæ reſtituere tenere-
tur, licet in contentioſo iudicio ſecus eſſet, ſi uerò nõ
dedit conſilium de rapina, iuit tamen cum raptore,
non ut iuuaret ad rapinam, quam diſſuadebat, ſed ut
iuuaret epm, ne ab aliquo lędi poſſet, tunc ſi raptor
inuentus eſt in rapina, non tenetur cõſiliarius. ſi nau-
tem tali conſilio fretus res aſportauerit, tenetur talis
auxiliator: quia ad rapinam committendam & ſi nõ
conſilium, tamen opem dedit, dummodo ſine eo nõ
potuiſſet res aſportare. nam ſi ſine eo aſportaſſet, in
nullo teneretur, quòd ſi nullus aſportauit, licet alias
damnum dederit, non tamen teneretur is, qui diſſua-
ſit, quãuis iuerit ad hoc ſolum, ut perſonã liberaret,
niſi forſan raptor nullatenus iuiſſet, niſi alterius co-
mitatum habuiſſet. nam in iſto caſu ſemper tenetur:
quia & ſi non ſuaſerit, ope tamen uel facto iuuit. ff. ad
lęg. Aquiliam. item Mela. §. primo, ſecundo, & ter-
tio, & §. ſi plures turbantur, & §. item cum eo.
9 ¶ Quid ſi † multi comitati ſunt malefactores, qui
ibãt ad rapinam, vel deuaſtationem aliquarum rerũ

facienda, diſſuadebant tamen maleficium, ſed iue-
runt, ne malefactor lędi poſſet, & etiam, ut impedi-
rent aduerſarios, ſi uellent prohibere rapinam, uel de
uaſtationē? Reſpondeo. non tenentur in iudicio ani-
mæ, niſi de eo, quod commiſerant, vel quod eorum
auxilio commiſſum fuit, etiam ſi ad hoc iuiſſent, ut
uiolentiam committerent, eo ſaluo, quod unuſquiſ-
que ipſorum de uaſtis, quæ facta non fuiſſent, ſi ipſe
cum alijs ibidem nō interueniſſet, in uirilem portio-
nem tenetur, ſi eius & aliorum timore alii uaſtum fe
cerunt: alias autem non teneretur aliquis ipſorū, qui
nec facto, nec conſilio rapinam commiſit. aliud eſt
ergo in illo, qui uadit, ut auxilium præbeat: qui non
tenetur niſi de illis, in quibus auxilium præſtiterit, ut
in hac quæſtione: quia talis non tenetur niſi de dam-
no, quod dedit: aliud de illo, qui cōſilium dedit: quia
conſilium ad omnia damna euagatur, ut no. in ſupe-
riori uerſiculo iſtius gl. Sinautem nullius timore ſpe-
cialiter, ſed omnium ſimul ij, qui damnū recipiebāt,
non fuerunt auſi iniuriam propulſare, & ſic damnū
datum fuit, tunc ſinguli pro ſingulis damnis tenētur
in ſolidum. quia unuſquiſq; in quolibet damno opē
dedit, quod uerum eſt in iudicio contentioſo. ff. ad l.
Aqui. item Mela. §. ſi plures [a]. in iudicio uerò animæ
proportionabiliter tantum vnuſquiſque tenetur: ita
tamen ut habeatur æſtimatio eorum, qui magis ſtre-
nui erant, & qui magis timebantur. nam & illi in plus
tenētur. ſed ſi aliquis iuit, vt delinquentes tantum de-
fenderet, non ad rapinam, in nullo tenetur, dummo-
do hoc certum ſit aduerſarijs. alioquin tenetur, ſi pro
pter eius præſentiam aduerſarij non fuerunt auſi exi-
re: quia præſumptionem probabilem habuerunt. &
idem eſt de illis, qui vadunt cauſa pacificādi, ſi aduer-
ſarij probabiliter dimittant timore ipſorū, ꝙ ſuas res
non defendant. ſignificēt ergo iſtud aduerſarijs, ſi vo-
lunt eſſe ſecuri, de irregularitate dicam, infra eo. peti-
tio, in glo. no, quod, in fi. Ille uerò, qui uadit, ut rapto-
rem defendat in maleficio, tenetur inſolidū ſicut ra-
ptor, ut ſupra eo. c. §. illi etiam. & de hoc no. infra eo.
10 petitio. §. 1. ¶ Sinautem † culpa, uel negligentia alicu-
ius datum ſit damnum, vt ſi non bene cohibuit ignē,
ne ad domus aliorum vagaretur, l. Aquili. tenetur. ff.
ad l. Aqui. ſi ſeruus ſuum ab illo. §. ſi arbuſtum, uſque
ad §. ſi cum apes, & l. qui occiderit. §. pe, quod uerum
eſt in foro contentioſo: in ſpirituali uerò nō tenetur
ad emendam, ſed eſt tantum de negligentia pœniten
tia imponenda, ar. 15. quæſtio. 1. inebriauerunt, niſi &
is, qui ignem appoſuit, damnum dare intenderet, uel
in lata culpa eſſet, ut ſi in domum plenā ſtipula ignē
proiecerit. Hoc etiam generaliter teneas in foro ani-
mæ, ꝙ ex quo per quēcunq; ad plenum ſatisfactum
eſt lęſo, alter ulterius ſatisfacere non tenetur: ei tamē
compenſare debet, qui pro omnibus ſatisfecit, ſed
nec ſufficit delinquenti, ꝙ lęſo ſatisfecerit, imò eſt ei
alias pro peccato, quod commiſit, ſpiritualis pęniten
tia iniungenda, ut patet ēt in gl. In foro uerò iudicia-
li, ſi poteſt diſcerni, cuius culpa damnum datum ſit,
ille ſolus tenetur: alioquin omnes tenentur inſolidū,
ut ff. ad l. Aquil. Item Mela. §. ſi plures, & tribus. §. ſe. &
l. ita vulneratus. § fi. ff. de furtis, vulgaris, reſpon. 1. §. fi.
ff. arbo. fur. cęſa. ſi plures. ff. depoſitio. l. 1. §. ſi apud, & l.
in depoſiti. 23. quæſtio. fi. cap. fi. Sed contra, quia etiā
ubi diſcerni non poteſt, unuſquiſq; tantum pro par-
te tenetur, ff. de depoſiti. l. ſi duo. Sol. illud uerum eſt,
ſi agitur condictione furtiua, uel depoſiti act. nam ſi
pro vaſis contrafactis agatur, l. Aqui. tunc unuſquiſq;
inſolidum condemnatur, ut innuitur in c. l. ibi, nā cer
te uerum eſt inſolidum ununquemque dolo feciſſe,
& niſi pro ſolido res non poteſt reſtitui, ſi. l. Aqui. aga
tur, ſecundum Inno. cuius eſt quaſi hæc tota glo. quā

etiam poſuit Hoſt. addebat tamen Inn. quoſdam dice
re hoc locum habere in conſilio animæ. Item quòd
hæc obtinent in his delictis, vbi quis non tenetur, nec
de ope, nec de conſilio, tunc enim quilibet teneretur
etiam ſi damna diſcerni poſſent [*Moderata*] quia arbi-
traria [*quidam*] aliàs, quædā [*Illi præterea*] pœnitentia † p-
ticipātium interfectoribus excōmunicatis [*Affectio-
ne*] damnabili. 11. q. 3. quattuor. Eſt enim quædam af-
fectio neceſſaria, de qua loquitur gl. [*Scienter*] iſti plus
delinquunt, infra de ſenten. excom. ſignificauit [*Indi-
cenda*] dixit Hoſtien. à princ. uſque hic. 6. gradus poſi-
tos. in quibus. ¶ Peccatum deſcēſiue minuitur, & ſic
12 diminuitur pœnitentia [*Clericos*] pęnitentia † clerico-
rum præſtantium morti conſilium, auxilium, uel fa-
uorem [*Interfuiſſe*] nec mirum, ſi hi puniuntur: quia
nec debent clerici intereſſe, ubi iuſta ſanguinis ſentē-
tia profertur, ne cle. uel mo. ſententiam. de exceſ. præ,
ex literis [*Separatim*] nunquid cum alijs ſic poſt pœni-
tentiam T. idē Inn. ſed nec ipſum reſpōſorium ſimul
cum uerſu dicent per ſe in tertia, uel alijs horis cano-
nicis, quod alias poſſent ex diſpēſatione epiſcopi. de
hoc infra eo. ad audiētiam. §. 1. in fi. quicquid dicatur
præter pſalmodiam non uidetur eis aliquid reſeruari
ſecundum Hoſt. [*Fieri poteſt*] hoc dixit, quia quando-
que clauſtrum nō inuenitur uel propter nimiā mul-
titudinem, de ſimonia, quoniam, uel quia fieri non
poteſt ſine graui ſcandalo, de regul. cap. fi. (*Recludendi*)
aliàs retrudendi, non perpetuò, ſed ad tempus, ut ſe-
13 quitur, Hoſt. (*Quinquennium*) dixit † Vinc. ꝙ ſecundum
leges de caſuali homicidio agitur. l. Aqui. ad pœnam
pecuniariam. ff. ad l. Aqui. l. 2. 3. & 4. non ad corpora-
lem. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. & l. eum. ſi tamē aliquis præ-
ſtiterit cauſam ad homicidium alterius per laſciuiam
per quinquennium relegatur. ff. ad l. Cor. de ſica. le. 4.
§. 1. ſecundum canones quinquennis pœnitentia im-
ponitur. l. diſt. eos. homicidij enim uoluntarij pęna ſe
cundum legem eſt in ſublimibus deportatio, omni-
bus bonis ademptis: in minoribus decapitatio. eo. tit.
l. 3. §. legitur, & l. pe. ſecundum canones clericus depo
nitur: laicus excommunicatur. l. di. ſi quis uiduam, &
14 c. ſi quis uoluntate. Vin. hic, & Goff. infra ca. fi. ¶ † Gl.
alias al. contraria, & ſoluit. ¶ Glo. pe. diſtinguit homi-
cidium voluntarium, caſuale, & neceſſarium, & in ſe-
15 cundo & tertio ſubdiſtinguit. ¶ In † gl. de perſuaſi, ibi. §. 1.]
loquitur in illo, qui perſuaſit medicamētum (*& ibi. §.
ult.*) loquitur in illo, qui perſuaſit ſeruo fugā, furtum
uel iniuriam. ¶ *In gl. alias inanis, ibi, nam is*) hanc & ſe. ui-
de in c. olim, hic al. in 1. glo. & ſuper illa (*& ibi. l. 1.*) ce-
dens bonis, ſi ſolidum creditor non recipit, non libe-
ratur: ſed in hoc iuuatur: quia non tenetur in carcere
(*Et ibi, l. ult.*) quam habes. 12. quæſtio. 2. ſi ſine. ¶ *In glo.
quia non, ibi, inuito*) ſi inuito, uel ignorante creditore al-
teri ſoluo, non liberor: ſecus, ſi ipſo mandante, uel ra-
tum habente ¶ *In glo. pe. ibi, culpa eſt*) ſequitur, ſe immi-
ſcere rei ad ſe non pertinenti. ¶ *In glo. ult. ibi, ſi plures*) ſi
ex tribus arbitris unus in 15. alter in 10. alter in 5. con-
16 demnat, ualet ſententia in 5. ¶ † *In glo. 2. ibi, mediocre*) qđ
dic, ut ſupra de temp. or. ex tenore, & ca. fi. ¶ *In glo. 3. in
fi.*) de cohi. cle. ueſtra. ¶ *In glo. 22. in fi.*) La. ponebat uer
ſum, Quantum, quale ſcelus, ætaſque, ſcientia, ſexus,
Conditio, tēpus, locus iſta, moduſque notat. Tan. ali-
ter. Quid, ubi, quare, quantum, quis, quomodo, quā-
do. Quilibet obſeruet animę medicamina dando. Idē
Vin. Gl. Phi ¶ *In glo. ex corde, ibi, adulteria*) & reliqua de-
licta. ¶ *In glo. 88. in fi.*) & de triplici gradu innocentiæ
no. ibi. ¶ *In glo. unde, in fi.*) ſicut & Saulus in lapidatione
beati Stephani, act. 7. Gof. Hoſt. ¶ *In glo. aliàs inanis, ibi,
17 tenentur*) hoc in eo, qui † obligatus eſt in genere, uel
q̃titate, nā ſi in ſpē liberat interitu ſpeciei. ff. de le. 1. cū
res. §. j. niſi mora p̄ceſſiſſet, vt ibi, Go (*Et ibi, decętero*) &
eo.



eo. tit. eos qui, libro ſexto. ¶ *In glo. quia uerò, in fi.*] & per
hoc dicit Hoſtien. approbari, quod no. in ſum. de pœ-
ni. §. fina. ſub. §. fi. uer. ſed nunquid ſufficit hæc ceſſio,
& ſequentibus. ¶ *In gl. in hoc ibi, ſupremam*) & tunc etiam
18 minus peccat, quàm ſciens, ſ̄m Hoſt. ¶ *In † glo. no. quòd*)
de materia huius glo. Hoſti. ponebat hic, uer. Lingua,
conſilio, præcepto perdis, & actu, uelle, neceſſe, caſu,
duo bis diſtingue ſuprema. & eſt ſenſus, ꝙ homicidiū
committitur lingua, & actu. Lingua duobus modis:
conſilio, & præcepto, & tunc perditur executio ordi-
nis. actu uerò tribus modis, ſ. uoluntate, neceſſitate, &
caſu: ſed in duobus ultimis diſtinguitur, ut dicit gloſſ.
remittit autem ad ſum. eod. tit. §. qua pœna. ubi hanc
materiam, ut dicit, copioſè expediuit. ¶ Et ſcias, ꝙ aſ-
ſeſſores ciuilis fori multum utuntur hac glo. cum ſta-
tutis editis contra homicidas uti uolunt contra man-
dantes. inducunt etiam leges. ff. de iuriſ. om. iu. ſi quis
id. §. fin. de iure fiſ. l. 2. §. diuus. C. de Iudæ. Iudæi. 2. ſed ſi
ſtatutum aliquid exprimeret, per quod reale homici-
dium intelligeret, puta, qui homicidium manu, uel
cum enſe fecerit, non eſſet locus ſtatuto. facit infra de
iniuri. in noſtra, & quod ibi dicam (*& ibi, nunquam*) etiā
poſt pœnitentiā, de accu. inquiſitionis, in prin. [*& ibi,
19 illud*] infra Paralipom. 17. & 28. [*& ibi, ſi quis † omnem*] &
de con. diſt. 1. capitulo primo, ubi ſatis de hac auctori-
tate no. dicebat hic Hoſt. ꝙ licet papa non de facili di-
ſpenſet cum homicida uoluntario, ut ſic ad difficul-
tatem referatur, quod legitur. l. diſt. miror, tamen di-
ſpenſare poſſet, ſi uellet, cū & lex diuina hanc ſibi per-
mittat diſpenſationem, ut patet ex no. de conceſ. præ-
ben. propoſuit. unde conceſſum eſt in Phinees nepo-
te Aaron. cui poſt commiſſum in zelo dei duplex ho
micidium mandauit dominus, numeri. 25. Ecce do ei
pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius
pactum ſacerdotij ſempiternum, quamuis illud & ſpi
rituale fuerit & ſpeciale, ſicut & alia. 23. quæſtio. 8. oc-
cidit. ſed idem poſſet papa, de tranſla. capitulo ſecun-
do, ad idem exemplum Pauli, & quod dicam, infra c.
poſtulaſti. nec ob. ſup. capitulo primo, & ſimilia, quæ
loquūtur de rigore. de hoc etiā in ſpe. de lega. in tract.
diſpen. §. iuxta proponis, ad fi. & §. nunc breuiter, uer.
20 4. [*& ibi, de † miſericordia*] i. de diſpenſatione. & hoc pla-
cet Hoſti. dicit tamen, quod aliqui dicunt, ꝙ hoc caſu
poſt pęnitentiam habet exercitium ſuſceptorum, ſed
ad ſuperiores non aſcendit niſi diſpenſatiuè, & ſic di-
uerſimodè intelligunt canonem ſtatim all. [*& ibi, Io.*]
& Go. infra eo. lator. & Inno. uidetur hoc placere, inf.
eo. ad audientiam 1. in fi. & c. ſignificaſti. 2. in fi. [*Et ibi,
Hugo.*] Vgutio uidetur uoluiſſe etiam hunc repellen-
dum, dicens homicidam nullo caſu promouendum.
unde uellet dicere glo. Hugo dicit contra, ſcilicet ta-
lem nullo modo promouendum. ar. contra, talem ēt
ſine diſpenſatione promouēdum de iure communi:
& hoc tenet Bar. Brix. l. diſt. de his, & in q. Aliquis re-
pellendo uiolentiam, quæ eſt Veneri. 12. in ſolutione
autem hoc dixit: quia quæſtio non conuenit. & hoc
placet Hoſt. ꝙ ſ. in nullo imputetur tale homicidium.
& dicit, ꝙ Ro. cu. ſic tenet, & facit quod dixi ſup. cap.
ſecundo, ſuper fi. ult. gloſſ. [*& ibi, lator*] & l. diſt. quia te
[*& in fi.*] hanc glo. quære. l. diſt. de eis. & de hoc. ea. di.
b de his. 3. ¶ *In glo. ult. ibi, benignior* [b]] 9. diſt. ſana quippe, &
24. quæſtione. 1. ſi quis dederit (*& in fi.*) & infra de arbi.
capitulo primo, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Plures. Ibi uide & plenius Bar. in le. ſemper. §. 1. ff. quod ui aut clam. & uide in l. ſi id quod. §. fi. ff. de in. om. iudi.

b ¶ Benignior. Vide glo. c. à crapula, de uita, & ho. cle. & Bar. in l. 1. §. expilatores, ff. de effac. & Ci. Bald. & doc. in l. quicunque, C. de ſer. fugiti.

*SVMMARIVM.*

1 *Percutiens cauſa diſciplinæ deponitur à ſacerdotio, & quo caſu. uide num. 3.*
*In ſubdiaconatu non diſpenſat alius à papa.*
*Homicida quando irregularis fiat, & deponendus.*
*In baptiſmo deletur peccatum, & omnis ſequela peccati.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nume. 3.*
*Modi exceſſus punitur, etiam ſi aliàs id moderatè liceret.*
*Cauſam cauſæ qui præſtat, non punitur, ut qui cauſam proximam præſtat, & quo caſu, iuncta glo. §. ulti.*
4 *Suppletio gloſſarum.*
*Ex recidiuo quando quis non teneatur.*

## CAPVT VII.

1 PRresbyterum. C. A † ſacerdo-
tio deponit p-
cutiens cauſa diſciplinæ, ſi modum exce-
dat, & mors inde ſequatur [*Paucos*] maxi-
me, Gof. & tamen propter hoc fortius præſumendū
contra iſtum. de hoc, de cle. percuſ. capitulo ſecundo,
[*Deponere*] unde nec in ſubdiaconatu diſpenſat alius à
papa, infra capitulo primo, in fi. [*Expiraſſe*] Homicida
ergo uoluntarius, uel caſualis, ſi culpa præcedat, irre-
gularis eſt, & deponendus, infra capitulo primo, & c.
ſuſcepimus, & c. decætero. quod eſt uerum de homi-
cidio poſt baptiſmum commiſſo. l. di. ſi quis poſt. li. d.
aliquantos: ſecus de commiſſo ante baptiſmum ſiue
ex officio, ſiue ex uoluntate. In baptiſmo enim delet
peccatum, & omnis ſequela peccati. 26. d. deinde, ubi
de hoc. Alij contra de hoc de diuor. gaudemus. In-
no. ſed Hoſtien. remittit ad ſum. eo. ti. §. qua pena, uer.
2 lingua, & uer. ſed opponitur, & ſequentibus. ¶ † Gl. 1.
ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Vlti. glo. arguit, obijcit,
3 & ſoluit: demum quærit, & ſoluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, præce-
ptoris*] ſequitur, nimia ſęuitia culpæ aſſignatur [*Et ibi.
§. ult.*] qui docendi cauſa percutit, modum excedit, li-
cet non teneatur iniuriarum, tenetur Aquilia [*Et ibi,
l. ſe.*] eſt. l. præceptoris, ſuperius all. ¶ *In glo. 2. ibi. l. 4.*] ibi
dicit principium, quod tenetur l. Cor. de ſica. qui licet
in magiſtratu ſit, facit aliquid in hominis necem, qđ
nō eſt. l. permiſſum. ¶ *In ulti. glo. ibi. l. ulti.*] ſi duxit quis
equum in tabernam, & equus mulam olfecit, & mu-
la ducentem calce percuſſit, tenetur dominus mulæ
4 de pauperiæ tantum. ¶ † *In glo. ulti. ibi, mouetur*] de hoc
infra de iniur. cap. fi. ſi uerò conſtaret, ꝙ aliunde pro-
ceſſit recidiuum, uel etiam principaliter ex alia cauſa
mortuus fuit, puta ex corruptis humoribus, in nullo
teneretur magiſter. de hoc infra eod. ad audientiam,
ſecundum Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicidium caſuale quando imputetur, nume. 2.*
*Ludus noxius punitur, num. 4. uide nume. 5.*
*In directum, id eſt in longum.*
*Iuri ſuo quis poteſt renunciare, alterius auferre non poteſt.*
*Ex occaſione præſtita damno quando teneatur quis, in fi. nume. 5. §. fina.*
2 *Cum homicida in ordinibus quis diſpenſet.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum. nu. 4. & 5.*

## CAPVT VIII.

1 COntinebatur. C. † Homicidiū
caſuale imputa-
tur ei, qui dabat operam rei illicitæ, uel li-
citæ, ſi non adhibuit diligētiam, quam de-
buit. uel ſummetur ſpecialibus adhærēdo alteri ex le-
cturis, de quibus dicam infra. Et eſt cōmunis diuiſio,
ſcđa ibi, Ideoq; [*Viatorū*] i. qđ uiatores exercebāt, uel
exercere ſolebāt. & de hoc ludo ſ̄m Ho. i cōſti. alearū

ludus, ſignata. C. de reli. & ſump. fu. & ale. uſu. (*Indire-
ctum*) i. in longum ad modum palecti. unde difficilior
erat baculi percuſsio (*Vteretur*) forte uſque ad locum,
ubi erant baculi piecti, & ſic nō impediebant iter ſuū
propter hoc [*Vtentes*] licet iuri ſuo potuerint renun-
ciare, ius alterius non potuerunt auferre. Inno. [*Con-
tenti*] non tamen expreſsè prohibeant, quod & ſi fe-
ciſſent, hoc tamen euenire poſſe debuit cogitare, ſe-
cundum Hoſt. [*In eum*] diaconum [*Qua*] ſ. falce [*Accin-
ctus*] ita, ꝙ viſui publico nō patebat, imò inſiliens iuſtè
potuit excuſari, ſi illam non uidit, ſecundum Innoc.
[*De quo*] vulnere. idem ſi occaſione ipſius, ſupra cap.
2 proxi. [*Diſpenſatiuè*] auctoritate † noſtra, quia de ſacris
agitur. nam in minoribus ſuo iure diſpenſaret epiſco-
pus. de hoc infra eo. ad audi. Hoſt. ſignat Vinc. contra-
rium de can. 15. quæſtio. 1. nec is qui. ubi dicitur, quòd
ſi quis extra uoluntatem homicidium facit, nō depo-
nitur. reſpondet illud intelligi de illo, qui dabat operā
3 rei licitæ, nec fuit in culpa. ¶ † Vlt. glo. ſignat contra-
4 rium, dupliciter ſoluit, & ponit opinionem Io. ¶ *In gl.
1. ibi nam ludus*] ſequitur, noxius in culpa eſt. ¶ *In glo. 2. §.
cum eo*] Si panno rubeo dolo pecus fugam, ut in fures
incideret, teneor furti: ſed ſi ſine dolo, ne ludus noxi[a]
ſit impunitus, datur actio in factum. ¶ *In glo. ulti. ibi. §.
5 cum arietes*] uide de iniur. cap. 3. in glo. 2. ¶ *In gl. 1 ibi, con-
gruebat*] dicit Hoſti. ꝙ ſatis congruebat eo modo, quo
contenti erant clerici, maxime gratia leuiādi laboris,
vt hic dicit: ſed conſuetudo ludi hāc culpam induxit,
ſecundum eum. ¶ *In gl. ulti. ibi, fecit diuerſos*] ſumptū hoc
ver. de canon. 23. q. 4. Nabuchodonoſor [*& ibi, in culpa*]
non reddendo ſe talem, ꝙ ſine periculo poſſet equita-
ri. & ſic habes duas culpas ex gl. uel fuit culpa in coo-
periendo falcem, uel in non prohibēdo, ut dixi in tex.
[*Et ibi, mortale*] ſecundum Tanc. [*Et ibi, arietes.*] ſm La.

*SVMMARIVM.*

2 *Homicidium caſuale cui non imputetur, & nu. 3.*
3 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum, nu. 3.*
*Inſolitum imputatur.*
4 *Libere non fit, quod fieri ſine diſpenſatione non poteſt.*

CAPVT IX.

1 LAtor. C. † Homicidiū caſuale non im-
putatur ei, qui nō fuit in culpa.
Et primò factum narrat. ſecundò prouidet
ibi, ideoque [*Ille*] clericus, cum quo ludebat
[*Iſtum*] P. clericum [*Eius*] P. clerici & piecti [*In alterum*]
ſ. clericum proijciētem. & fuit forſan hoc ex uibratio-
2 ne [*Occubuit*] is clericus, cum quo ludebat. ¶ † Gloſſ. 1.
reſpondet per quæſtio. ¶ Vlt. ponit duas opi. cōtrarias
3 ¶ *In † gl. ibi, Iſaac*] & Iſmael. Gen. 21. [*& ibi, ſuis*] Gen. 44.
¶ *In glo. 2. ibi, imputandum*] licet cultellum non remoue-
rit: quia magis cōſuetum eſt deferre cultellum, quàm
falcem, & quia ludus iſte non fiebat ex condicto, ſecū
dum Hoſti. imò ſecundum Inn. forte ad ſcaccos lude-
bant, uel ludum ſimilem. Item hic cultellus erat in va-
gina ſecundum Abb. ¶ *In glo. 3. ibi, quidam*] Ala. & Vinc.
Idem Hoſtien. maximè propter hoc uerbum, liberè,
4 non † enim fit liberè, quod fieri non poteſt niſi diſpē-
ſatione præmiſſa. & uide quod dicam, de præben. licet
2. libro ſexto, ſuper uer. de iure. & propter id, quod di-
cit, ſi eſt ita, & alia iuſta cauſa &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Irregularis eſt, ex cuius illicita opera ſequitur homicidium.*
*Inter furem & latronem non eſt perpetua diuiſio.*
*Defenſio perſonæ licet, non rerum, & nu. 3. fallit, ibidem.*
2 *Ligat qui bene, deligat bene.*
*Cogitandum quod euenire poteſt.*
3 *Manſuetudine utitur eccleſia, nec exercet uindictam ſanguinis.*
*Cum homicida uoluntario non diſpenſat eccleſia, imò eum deponit.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
*Occurrere melius eſt in tempore, quàm poſt tempus uindicare.*
7 *Suppletio gloſſarum.*
*Captio licita quæ.*

CAPVT X.

1 SVſcepimus. C. Is, ex cuius illicita
opera homicidium.
ſequitur, irregularis eſt, cōmunis diuiſio 2.
ibi, uerum [*Domus*] forte erat iſta grangia
monacorum, de qua, ſupra de cenſi. c. fi. [*De nocte*] hoc
facit pro monaco, ſupra eod. ſi perfodiens [*Latrones*] p
hoc patet, ꝙ non eſt perpetua diuiſio de furibus, & la-
tronibus, de qua dixi ſupra capitulo ſecundo [*Ad eos*]
latorem præſentium, & confratrem [*Perſonis*] cuique
licet defendere, ut patet ſupra capitulo ſecundo [*Veſti
mentis*] hic debuerunt potius dimittere, quàm occide-
re, ut ſequitur [*Voluerunt*] & licitè, ſecundum Innocē.
ſecundum quem fuit culpa in eo, quod infra dicam
(*Ligatos*) minus bene. & in hoc fuit in culpa non bene
2 ligādo. unde † & vulgariter dicitur, qui bene ligat, be-
ne deligat ſecundum Ia. ſed ſecundum Hoſti. fuit cul-
pa in dimittendo duos, licet ligatos, in unius poteſta-
te. debuit enim cogitare hoc euenire poſſe ſecūdum
Hoſtien. infra eo. is qui, libro ſexto (*Niterentur*) forſan
non poterant: quia erant bene ligati. & ſit hoc contra
Ia. in eo, quod ſupra dixi (*Pallium*) Mat. 5. F. (*Acriter*) nō
3 † ſolum perſonas, ſed etiam res licet cuique defende-
re, ſupra capitulo ſecundo. So. ibi, nō dicit, Te, uel tua:
imò dicit, Te, tuaque, ſed contra, quod etiam clerico
ſua tantum liceat armis defendere, infra de ſenten. ex-
commu. cap. dilecto, libro ſexto. Sol. illud uerum in-
uocando brachium ſeculare, ut ibi, & infra cap. poſtu
laſti, non tamen in propria perſona ſecundum Hoſti.
ſecundum quem iunge, quod no. infra eo. petitio, de
uoto, ex multa. §. de clericis, & in præal. decre. dilecto
(*Iſte*) lator præſentium. multo magis alius qui manu
propria interemit. iſte. n. ex quo res habebat, debuit à
uinculis abſtinere. Inno. uide quod dicam de ſenten.
excommu. ſi uerò. i. in gl. ut clericum (*Manſuetudinem*)
4 ſecundum † quam nulla uindicta de graui ſanguinis
effuſione eſt exercēda. imò etiā reos ſanguinis defen-
dit. unde nec cum uoluntario homicida diſpenſat ec
cleſia: imò illum deponit. l. diſt. miror, etiam ſi ſit epi-
5 ſcopus, infra de exceſ. præla. ex literis. ¶ † Glo. 1. diſtin-
guit inter clericū, & laicū, ſignat ɔ̄riū. ¶ Glo. 2. obijcit,
& ſoluit. ¶ Gloſſ. 3. reſpondet per ob. & ſolutionem.
6 ¶ *In † gl. 1. ibi. l. 1.*) uide de reſti. ſpo. olim, infra ſuper ul-
ti. glo. ¶ † *In glo. 2. ibi, furem*) uide ſupra cap. 3. ſuper 3. glo.
¶ *In glo. quia melius, ibi. l. 1.*) publicos latrones licet occi-
dere: quia melius eſt in tēpore occurrere, quàm poſt
tempus uindicare. ¶ *In gl. 1. ibi, capere*] unde dicebat Ho
ſti. per iura, j. al. & per dec. in archiepiſcopatu, infra de
rapto. & infra eo. tua nos, ꝙ licita eſt captio, quæ fieri
pōt ſine homicidio, & graui ſanguinis effuſione (*&
ibi, ſupra c. 2.*) ſed ibi dicit, Te, tuaq; defendendo, ut ibi
dixi (*& in fi.*) multo minus contra ſpoliatorem, ſecun-
dum La. ¶ *In glo. 2. ibi, ſed non eſt uerum*) quia illud intelli-
gitur, cum aliter non poſſent euadere. Ab. ¶ *In gl. 3. ibi,
quæreretur*) Mat. 2. ¶ *In glo 4. ibi, apoſtolus*) ad Ro. 12. G.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemplum non ſtringit regulam.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*

*Cau-*



*Cauſam remotam qui damni dat, non tenetur ut qui propinquam,
niſi animo nocendi hoc faciat.*
4 *Suppletio gloſſarum.*
*Cap. presbyterum, ſupra eod. intellectus.*

CAPVT XI.

DE cætero. Breue eſt [*Diaconus*] nar-
2 rat † factū. Idem de alio
clerico [*Non uidetur*] nec eſt cōcor. ff. de ar-
bitris, quid tamen. §. 1. aliter ponitur, ſupra
de elec. cum nobis olim, in prin. infra de ſent. excom.
per tuas, in prin. [*Promouendus*] nec in diaconatus ordi-
2 ne ſubſtituendus, ſupra eo. presbyterum. Abb. ¶ † Gl.
arguit, & diſtinguit cauſam remotam, vel propinquā.
3 ¶ † *In 1. glo. ibi, nihil*] uide de teſti. ſicut, ſuper. 3. glo. [*&
ibi, qui domum habeat. in fi.*] ſi locaui tibi arcam iuxta do-
mum meam, & tu in tuo ędificans terram ponebas in
arca, poſtea fluuijs inundata, parieti meo præbuit hu-
morem, & corruit, ex locato teneris, ſed non Aquilia,
quæ competit, cum quis ex cauſa damno afficitur, nō
per aliam cauſam oblatam [*Et ibi, ſi quis necandi*] ſequi-
tur, infanti piaculum aggreſſus, aggreſſa neſcit, ſciat ſe
capitali ſupplicio puniēdum. ¶ *In † gl. 1. ibi, presbyterum*]
ibi non eſt cauſa remota, imò propinqua & cohærēs.
unde idem iuris eſt, ar. ff. de rei uen. quæ religioſis. Ho
a ſtien. [*& in fi.*] de hoc ſupra de teſti.[a] ſicut.

ANNOTATIONES.

a ¶ Teſti. Et uide bonam glo. in. l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquil.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicidium caſuale cui imputetur quia uariè committitur, nu. 2.*
*Diligentia debita non adhibita punitur.*
*Lectio, & cantus reſponſoriorum aliquando interdicitur, & quo-
modo.*
3 *Irregularis ex quo conſilio quis euadat, ſi ſequatur homicidium,
& quis alius, ut iudex, accuſator, teſtis, ex morte, nu. 4.*
*In dubio an quis eſſe reputandus irregularis, nu. 5.*
*A ſolitis arguitur.*
*Ex conſilio quo quis puniatur, ſi mors ſequatur.*
*Promotionis lex non ſemper in facto tantū conſiſtit. §. quid ergo.*
*Motus unde quis ſit, attendendum. §. quid ſi alicui.*
*Reuocatio mandati quæ proſit. §. quid ſi mandaui.*
*Licent multa in genere, quæ non licent in ſpecie.*
3 *In dubio quæ interpretatio facienda de irregularitate.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*In facto finito non eſt opus coniecturis.*
8 *Additio gloſarum.*
*In ordinibus ſacris Papa tantum diſpenſat; in minoribus epiſcopus.*

CAPVT XII.

1 AD audientiam. C. † Homici-
dium caſuale
imputatur ei, qui dabat operam rei licitę,
ſed nō adhibuit diligentiā, quam debuit.
Communis diuiſ. ſecūda ibi, Quia verò. & hæc diſtin-
guit. & ſecundum membrum ibi, ſi uerò [*Conualuiſſet*]
non dicit, ꝙ ad plenum. vnde dubitabatur, an infirmi
tas, de qua ſequit, proceſsiſſet ex vulnere, nec ne [*Con
gruenti*] pro tuo arbitrio [*Miniſtret*] ſupra c. presbyterū
[*Minoribus*] ita, quod lectionem legat per ſe, & reſpō-
ſoria cantet, niſi propter enormitatem delicti hoc in
terdicatur à papa, ſupra c. ſicut dignum, ad fi. Hoſtiē.
[*Alia*] omnino extranea [*Obierit*] & hoc certū eſt [*Po-
terit*] de iure communi, & ſine diſpenſatione, cum nō
2 ſit in aliqua culpa. Hoſt. [*Miniſtrare*] quia non conſtat,
ꝙ homicidium commiſerit facto, uel ope. & ſic non
ob. ſupra c. ſuſcepimus, in fi. uel defenſione, conſilio,
uel præcepto, uel ſuggeſtione. & ſic non tenetur, nec
eſt irregularis. l. d. ſi quis viduam. de hoc, ſupra c. ſicut.
3 ¶ Quid † ſi quis non conſuluit directè homicidium:
conſuluit tamen quodammodo indirectè, puta ſua-
ſit iactum machinæ, uel baliſtæ, uel ꝙ fiat inſultus ad
caſtrū cupiendū, & exinde aliquis interficiatur, nun-
quid conſulens, uel ſuadens eſt irregularis? Dicit Inn.
ꝙ ſic, quia occaſionem uериſimilem & nimis propin
quam dedit homicidio. non enim conſueuit inuaſio
caſtri, iactus machinæ, uel baliſtæ, ex quo in homine
iacit, de facili fieri ſine occaſione: imò illud eſt huic
affine. Eſt ergo imputandum, ut patet in eo, quod le.
& no. ſupra e. de cætero, & c. continebatur. §. 1. ſecun-
dum Inn. maxime quia non eſt hoc officium clerici,
& maxime ſacerdotis, uel uolentis in presbyterū pro
moueri, ut patet in eo, quod le. & no. ſup. eo. ſuſcepi-
mus. §. fi. ſupra de poſtulando. c. fi. in prin. ſaluo eo, qđ
no. j. infra eo. uer. quid ergo ſi ſubdito, & ſeq. Hoſtiē.
Quid ſi conſulat, ꝙ caſtrum furtiuè, vel proditionali-
ter capiatur? Reſpondeo, ꝙ ſi aliquis ibi occidat, nō
tamen proptea hoc conſulēs erit irregularis, niſi eſſet
uериſimile, ꝙ hoc non poſſet fieri ſine morte hoīs ſe-
cundum quoſdam. Alij dicunt forte melius, ꝙ cum
a illicitum opus[a] conſulat, irregularis erit etiam, ſi ca-
ſu ſequatur mors, vt in p̄dictis iuribus, Et idem, ſi mā-
dauit aliquē uerberari: quia ſatis credibile eſt, quod
verberatus ſe defendat, ſecundum Inno. ſupra eo. c. 2.
& quia ex plagis uerberum poſſet mori, infra eo. Pe-
trus, & eſt expreſſum, infra eo. is qui, li. 6. ¶ Quid ergo
ſi conſulatur, ꝙ maleficus capiatur, uel alias det con-
ſilium in opere licito? Reſpondeo tunc non eſt irre-
gularis conſulens, ſi præter conſcientiam ſuā malefi-
cus etiam occidatur, ar. infra e. c. fi. ſecus, ſi directè in
mortem alicuius conſilium dediſſet: tunc. n. ſemper
eſſet irregularis, morte exinde ſecuta, ſup. ne cle. uel
mo. ſententiam, ſecundum Inn. idem ſi de uoluntate
ſua turbata proceſsit, puta, parentes clerici uerberati
conueniunt, & dicunt, ꝙ uolunt hoc uindicare, nec
clericus contradicit expreſsè, ar. ſupra in eo quod le.
& no. ſup. de ſi. Matthæus. Quid ergo ſi expreſsè hoc
prohibeat? ſecus eſt, ar. de ſimo. ſicut nobis. §. 1. & ex-
preſſum, infra c. Petrus, dūmodo ex corde hoc faciat
alioquin in conſpectu dei cadit, cum tacitè cōſentiat
homicidio. & ſic lex promotionis non ſemper in ſo-
lo facto conſiſtit, ſed in facto, & in aīo. p̄bantur hæc
15. q. 1. c. fi. & q. 6. ca. 1. ante fi. ¶ Quid ſi alicui lęſo, uel
alicui, cuius intereſt, conſulatur homicium fieri, ille
tamen cui conſulitur, non ſtatim, ſed poſtea etiā lon-
go tempore interpoſito perpetret homicidium? Re-
ſpondeo, irregularis eſt conſules, niſi antea cōſilium
datum reuocauerit, & niſi etiam illi, qui occidi debe-
bat, ꝙ ſibi caueat, denunciauerit. verumtamē ad hāc
denunciationem faciendam non aſtringitur, ſi firmi
ter & probabiliter credat cōſiliarius, ꝙ is, cui hoc ſug-
geſſerat, reuocationi conſilij acquieſcit, ſecundū In-
no. hoc uerum eſt, ſi homicida ex illo motus fuit, ar.
ſupra c. ſicut dignum. §. qui uerò, & §. fi. ſupra e. c. pro
xi. Talis autem homicida, ſi ex illo conſilio in nullo
motus fuit, non erit cōſulens irregularis, ar. in eo, qđ
le. & no. ſupra de re. iu. cum. I. & A. §. quia uerò, & §. ſi
uerò, maxime, ſi ſuaſit, ꝙ inf. certū tp̄s occideretur, &
lapſo illo tempore hoc commiſit, ar. in eo, quod le.
& no. ſupra de ſpon. de illis, & cap. ſicut ex literis. §. 1.
¶ Quid ſi mandaui alicui, ꝙ inimicum meum inter-
ficiat, & poſtea hoc reuoco, ipſe nihilominus occi-
dit ipſum? Videtur ꝙ nō ſim irregularis. Quinimò ui-
detur, ꝙ etiā ſufficiat, ſi is, cui hoc mandamus, ſciuit,
ꝙ mihi reconciliatus eſſet, ut ſi mecum parentelam
ɔ̄xiſſet, ar. ff. de adimē. leg. l. 3. §. fi. & l. ſe. & eſt rō diuer-
ſitatis inter hūc caſum, & ſuperiorē: qa qn̄ hoc mādo

 cauſa

cauſa mei tantum, probabiliter præſumi poteſt, ꝙ re
uocationi acquieſcat: ſecus, quando hoc mando cau
ſa ſui: quia magis conſueuerunt homines ſeipſos di-
ligere, quàm alios, ſecundum Inno. diſtingue tamen
ſecundum Hoſt. ut in præcedenti. q. diximus. ſ. utrum
ex illo mandato, quamuis reuocato, ſit ſecutum ho-
micidium, & tunc eſt irregularis: uel non, & tunc nõ
eſt irregularis, quia uerò hæc probatio difficilis eſt, ta
lia non ſine periculo ſuggerũtur. nam & in dubio tu-
tius eſt abſtinere, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra
eo. c. §. proxi. quid ergo, ſi homicida iuratus, & inter-
rogatus dicat, ꝙ in nullo motus fuit propter cõſiliũ,
vel pręceptum prædictũ? Reſpõdeo, ſi hoc famoſum
ſit, uel exinde ſcandalum ſit ſuſcitatum, non eſt ei ſo-
li credendum, ut patet, infra e. c. 2. §. fi. Si uerò occul-
tum ſit, tunc ſequitur conſulens conſcientiam ſuam,
ar. infra eod. exhibita. §. 1. & c. petitio. §. fi. ut tamen in
dubio abſtineat, ut ſupra no. ¶ Quid ſi aliquis conſu-
lat alicui, quod proijciat ſe in mari, uel ꝙ de monte ſe
præcipitet, & ille, cui hoc ſuggerit, acquieſcit, nunqd
eſt irregularis? Reſpõdeo. ſic, ut patet ex præmiſsis, ar.
l. di. ſi quis viduam, ſecundum Inno. & in alijs iuribus
alle. ſupra ea. gl. in prin. ¶ Quid ſi Titius Sempronio
conſulat, ꝙ alium occidat, & ille, cui hoc ſuggerit, in-
uadit illum, quem debet occidere: ſed alius reſumptis
uiribus aggredientem ſe occidit, ut ſupra eo. ſuſcepi-
mus? dicunt quidam, ꝙ irregularis eſt cõſulens: quia
conſilio illiciti operis operam dedit. unde quicquid
male inde ſequitur, etiam ſi caſu hoc cõtingat, eſt ſi-
bi imputandum, ar. ſupra eo. ſuſcepimus, & c. cõtine-
batur, maximè quia non plenè examinauit conſiliũ.
debuit. n. apud ſe conſiderare, ꝙ non ſolum poterat
occidere aduerſarium, ſed ab ipſo occidi, ar. in eo, qđ
le. & no. ſupra eo. c. 2. & ideo eſt irregularis, ar. l. di. hi,
qui arborem, & c. ſœpe. Alij contra, quia nec in actu,
nec cõſilio &c, ut ſupra eo. in princ. homicidium cõ-
miſit, niſi hoc feciſſet in fraudem, ut ſ. is, cui hoc ſug-
gerebat, ab aduerſario occideretur, ar. c. hi qui arbo-
rem, & c. ſœpe, infra eo. ſignificaſti. i. Nec ob. ꝙ conſi-
lium malum fuit, & magnæ negligentię: quia nõ fuit
ad mortẽ eius, & bene debuit ſibi cauere ille, cui hoc
ſuggerebatur; ꝙ captaret locum, & tempus, ubi ſine
periculo perficere poſſet. nam ſi incitaret aliquẽ ad
occidendum alium, vbi periculũ eſſet, tunc eſſet con
ſulens irregularis, etiam ſi ille ab aduerſario occidere
tur. nec ob. ſi dicas, quod non fuit bonum cõſilium,
ut ex euentu apparet: quia non debuit tranſgredi fi-
nes mandati. ff. mandati. diligenter. Et ideo, ſi bene ſi-
bi non cauit, non uidet̃ conſilio eius hoc feciſſe. nec
eſt irragularis ſecundum Inno. ¶ Quid ſi aliquis ſua-
deat alicui, ꝙ pro patria ſua, uel iure ſuo defendẽdo,
uel proximo ſumat arma, & ſe exponat periculo, &
in illo conflictu aliquis moriatur? Reſpondeo, nõ eſt
cõſulẽs irregularis, etiam ſi ibi moriatur ille, cui hoc
conſuluitur, ar. 23. q. 3. pro membris, & c. ſi quem, &
q. 8. hortatu, & c. præ. & ſe. ſecundum Innocẽ. ¶ Quid
ergo, ſi ſubdito fiat conſultus cõtra hoſpitium alicu-
ius epiſcopi in ciuitate, & idem epiſcopus, qui intus
eſt, & de morte ſua, & ſuorum timet, dicat ſuis, aſſu-
matis baliſtas, & oĩa arma, & defendatis nos, & uos,
& familia hoc faciat, & multa homicidia hincinde
cõmitant̃? Rñſo ſecundũ Hoſt. ſi timebat de perſona
ſua, uel ſuorum, licitè fecit, ut in prædictis iuribus, in-
fra de ſen. ex. dilectus. §. & quidem, li. 6. ſ. eo. c. 2 §. fi. &
eſt hoc inſultatium duritiei imputandum, inf. eo. po-
ſtulaſti. Si uerò de rebus tantũ, potius debuit ipſas ex
ponere, ſup. e. ſuſcepimus. §. & quidem, li. 6. e. c. 2. §. fi.
& eſt hoc inſultantium duritiei imputandũ. j. e. poſtu
laſti. Si uerò de rebus tantum, potius debuit ipſas ex-
ponere, ſup. eo. ſuſcepimus. §. fi. tutius tamen eſt, ut de

baliſtis nõ faciat mentionẽ expreſſam, ar. in eo, quod
le. & no. ſup. e. gl. quaſi in prin. uer. quid ſi quis nõ cõ-
ſuluit directè, & inf. de ſagitta. c. unico. tũc. n. non im-
putabitur, quãuis hi, quibus in gñe dictũ eſt, aſſuma-
tis arma, ipſas baliſtas aſſumant: & ſic multa licent in
gñe, quæ nõ licent in ſpẽ, ut patet in eo, qđ le. & no. j.
eo. poſtulaſti. §. unico, in prin. & qđ no. ſupra de iure
pa. ex lr̃is. & adde, qđ no. ſup. ne clerici, uel mo. ſñiam
§. 1. caueat ẽt quilibet clericus. ne in propria perſona
ad conflictũ uadat: alioquin, ſi hoc fecerit, & alios ꝑ-
cuſſerit, & apparet ibi aliquos interfectos, de quibus
ipſum remordeat cõſcientia, abſtineat reuerẽter. j. e.
petitio. no. ẽt ꝙ in omnibus conſiliũ eſt cautũ, ut ſua-
dens uel conſulens apertè exprimat, ꝙ omnino abſti
neant ab homicidijs, ar. j. c. Petrus, & c. ſignificaſti. 1. §.
ad ultimũ. & de hoc no. ſup. ne cle. uel mo. c. 1. reſp. 1.
ubi ẽt no. quædam aliæ utiles qõ. ſm Hoſt. Quid ſi ali
cui conſulatur, ꝙ ſe indubitanter morti exponat pro
honore Chriſti, uel pro fide, uel pro libertate eccl'iæ?
Reſpõdeo, non eſt irregularis, ẽt ſi mors inde ſequat̃,
cum Chriſtus primò pro nobis mortuus ſit, & ei te-
neamur repẽdere uicẽ. vñ & ſancti martires pro Chri
ſto ſanguinem ſuũ fuderunt & alijs uerbo & exẽplo,
ut funderẽt, ſuggeſſerunt, ſm Inn. vt patet in uitis eo-
4 rundẽ. 13. ¶ Quid † ſi aliquis aliũ accuſauerit ad mor-
tem, uel in illa cauſa iudex, uel aduocatus, uel teſtis
fuit, & mors exinde ſecuta fuit, irregularis eſt. li. diſt.
ſi quis uiduã, ſup. ne. cle. uel mo. ſñiam, ſm Inn. ſupra
eo. decętero. ¶ Quid ſi qs accuſat ad mortẽ fratrẽ ali
cuius clerici iuriſperiti. ipſe iuriſperitus defendit fra-
trẽ, & obtinet ipſum abſolui, q aliàs forſitã fuiſſet cõ
demnatus ad mortẽ, & ideo contingit accuſatorẽ de-
capitari, qui obligauerat ſe ad pœnã talionis, nũquid
iuriſperitus cenſetur irregularis? quid de hic dixerit
Ho. dixi, ſup. de poſtulã. c. 1. ſup. j. gl. ibi uideas. ¶ Quid
ſi aliquis tenet vrſum, uel leonẽ, uel ceruũ, & hoc oc-
cidit aliquẽ, nunquid eſt tenẽs ipſum irregularis? Di-
cũt quidam, ꝙ ſic, qa eſt, ꝙ ei põt imputari hoc ipſo,
ꝙ tale animal tenet, ar. l. di. hi ꝙ arborẽ, & c. ſœpe. Alij
ↄ dũmodo malitiã nõ adhibuit, uel in lata culpa non
ſit, & hoc uerius putamus, ar. ff. ſi qua. pau. fe. di. l. 2. &
5 l. fi. nam circa hanc materiã † duas regulas trado. Pri-
ma eſt, ꝙ in dubio nec magr̃, nec iudex debet aliquẽ
iudicare irregularẽ, ar. de pę. di. 1. §. pœnæ. ff. de pęnis,
interpretatione, & l. ſi præſes. Secunda eſt, ꝙ in dubio
unuſquiſq; debet ſe irregularem reputare, ut patet in
eo, quod le. & no. ſup. eo. c. §. prox. ergo quãuis ipſum
irregularẽ non iudicẽ de crimine: ſi tñ petat à me cõ-
ſiliũ, in dubio conſulam, ꝙ ſe irregularẽ dẽat reputa
re, ut petat, ſup. de ſimo. Matthæus. uel ad minus, ubi
non eſt infamatus, eſt ſuæ conſcientiæ relinquendus,
ut petat in eo, qđ le. & no. infra e. c. 2. & c. petitio, ante
fi. ferè totã hanc gl. uidere potes in ſpe. de le. in tract.
diſpẽ. §. iuxta ꝓpoſitionis, uer. ſed quærit̃, qñ occaſio-
6 ne homicidij, & ſequẽtib. tribus col. ¶ † Gl. 1. reſpõdet
per qõnem, & ſolutionem. ſecundo ſignat ↄ̃rium, &
ſoluit. ¶ *In gl. 1. ibi, in ambiguis*] uide de teſti. cũ clamor,
in glo. 2. ¶ *In glo. 2. ibi, cum ita, in fi.*] qui promiſit Epheſi
dare, ex quo ibi peruenit, etiã ſi diplomate ſit uſus, ſta
7 tim obligatus eſt. ¶ *In † glo. 1. ibi, leuiter*] & ſi cingulum
erat molle. G. ¶ *In glo. ult. ibi, diſpenſationem*] contra. l. di.
minor. illud de uoluntario homicida: hoc de caſuali,
ſm Vinc. [*& in fi.*] per quam dec. probatur ſolum pa-
pam diſpenſare in ſacris. putat tamen Hoſtien. epiſco
pum diſpenſare in minoribus ſuo iure, & ſimul. qđ
no. de bigamis, capitulo ſecundo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Opus. & ad ſe non pertinens, infra eodem ſignificaſti, el ſe-
cundo.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

1 *Homicidium caſuale cui non imputetur.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Neceſſitas, & caſus fortuitus excuſant ab irregularitate.*
*Quò ad irregularitatem ex actu prouenientem non differunt pro-
mouendus, & promotus.*

## CAPVT XIII.

1 DIlectus. Caſus. † Homicidium caſua
le non imputatur ei, qui da-
bat operam rei licitæ, nec fuit in culpa, cõ-
munis diui. ſecunda ibi, ideoque [*Excitaret*]
iuſta & honeſta cauſa fuit iſta. Hoſtien. [*Qui*] equus [*Re
frænare*] hoc dicit, ut appareat illũ dediſſe operam rei
licitæ ſecundum Vinc. [*Intulit*] ſicut debuit. Inno. [*sti-
mulauit*] ſicut debuit. Inno., q. d. non exceſsit modum
Hoſtien. [*Obuiauit*] equo currenti [*ſeſſore*] neſciebat for
2 ſan equitare, uel erat debilis. ¶ *In † glo. 1. ibi. §. 1.*] hunc.
§. & ſe. uide in præ. c. ſignificaſti. ſuper glo. ¶ *In glo. 2. ibi,
qui iniuriæ*] uide in cap. ſtatim alle. ſuper. 1. glo. ¶ *In glo.
pe. ibi, irregularis*] niſi neceſsitas excuſet, ſupra eo. titu. c.
2. uel caſus fortuitus, infra c. 3. & c. Ioannes., & capit.
fin. Hoſtien. non uideo quò ad irregularitatem pro-
a uenientem ex actu, quòd differant promuendus, [a] &
promotus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Promouendus. Vide infra eo. c. 2. per Io. And. & glo. in c. lator,
& Cle. 1. eo. ti.

*SVMMARIVM.*

1 *Ictus unde proceſſerit, ex liuore præſumitur.*
*De circunſtaniiis debet confeſſor, & iudex, etiam ſi nihil oppona-
tur, diligenter inquirere.*
*Libere, ideſt ſine impedimento.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Scandalum, & infamia impediunt officium ſacerdotis, & quo-
uſque.*

## CAPVT XIIII.

EX literis. Summatur ut proximũ.
Et ponitur. 1. conſultatio
ſecundò papę indagatio. 3. Reſponſio. 2.
ibi, Nos aũt. 3. ibi, Ad te [*Deponere*] dabat er
1 go operam rei licitæ [*Liuoris*] de quo † poterat præſumi,
quòd ex ictu perticæ accidiſſet, ar. de his. qui fi. oc. ca.
fin. Hoſtien. [*Læſionis*] quia nec apparebat cutis fracta,
nec ſanguis effuſus [*Quæſiuimus*] diligens ergo in tali-
bus eſſe debet iudex, uel confeſſor, ut de circunſtatiis
inquirat, etiam ſi nihil opponatur, de pœnitẽtiis, om-
nis de ele. cum nobis olim [*Se habet*] tolle, quod eſt in-
fra, ipſum liberè & cæt. [*Liberè*] ſ. ſine ullo impedimen-
to. nec enim eget diſpenſationem, cum in culpa non
2 fuerit ſupra eo. lator, infra c. Petrus. Hoſtien. ¶ † Vlti.
glo. ſignat contrarium, & ſoluit ¶ *In gl. 2. ibi, ſiue*] ſe cor
rigit. ¶ *In glo. ult. ibi, tua*] & infra de pur. ca. inter [*& in fi.*]
Hoſt. contra, qui intelligit iſtam literam, ꝙ ſolũ ſcan-
dalum ſufficiat, ut ſi puer erat ex magno genere, infa-
mia uerò tunc demum, cum non purgatur: ſed ſi pro
pter antiquitatem temporis, uel quia pacificatum eſt,
ceſſet ſcandalum, ceſſabit effectus. & facit quod no.
infra capitulo. Petrus, in 1. gloſſ. diſtingue an ſit tale
ſcandalum, quod per purgationem ceſſare poſsit, &
tunc procedit gl. an non, & tunc procedit dictũ Hoſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Temporamentum philoſophicum quod hic.*
2 *Suffragium, & additio gloſſarum, nu. 3.*

## CAPVT XV.

EX literis. Vt ſupra. Commmunis di-
uiſio. & ſecunda ibi, Quocir
ca [*Subſeruiens*] alias deſeruiens [*Ipſo*] monaco
& ff. de. uer. ſig. l. ſępe. Hoſtien. [*Conſuetudinem*]
ff. ad l. Aquil. item ſi obſtetrix. §. fi. & l. ſc. & l. item Me-
1 la. 1. reſpon. Hoſtien. [*Satis*] philoſophicum † tempo-
ramentum. libere enim hoc poteſt, ex quo non eſt
in culpa, & dabat operam rei licitæ, ſecundum Hoſti.
2 ¶ *In † gloſſ. 2. ibi, ſi putator*] §. ſc. idem dicit, quod hæc lex.
3 & uide, infra c. fin. ſuper ult. gl. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] uel pro-
prie, pone quod deponebat animo furandi, uel ne
a ſecundum loci conſuetudinẽ [a] ſignum poſſet ſonari
contra maleficum.

ANNOTATIONES.

a Conſuetudinem. Quia tunc tenetur, qui dabat operam illicitæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Equus quis dicatur bucca durus.*
*Vitium in re ſua quo caſu excuſet, & nu. 3. in fi.*
*Credere in re aliena uitium quis non tenetur.*
*Pœnitentiæ parte peracta quis reſtituitur ad ſtatum priſtinum,
in fin.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Infirmus, uel imperitus quid affectare non debet in læſionem alte-
rius iuncta glo.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Imputatur quod pæruidere quis potuit, & non præuidit.*

## CAPVT XVI.

SIgnificaſti. Summatur, & diui-
tur ut dec. ex literis. i
[*Stimulauit*] ut debuit, Inno. [*Bucca durus*] ille
1 † equus more Italico dicitur bucca durus,
qui frænum non timet, nec eo retineri poteſt, quouſ-
que uult currere. T. [*Vitium*] ultimum. ſ. quòd bucca
durus eſſet. de primo enim ſ. quod proiiciebat ſe in a-
quam quantum ad hunc caſum, de quo hic quęritur,
uis non eſſet [*Ignoraſſe*] ſi ſuus erat equus, excuſandus
erat, ſi prius equi uitium non percepit. ſi non ſuus, cre
dere non tenebatur eum uitioſum. Inno. [*Peracta*] vel
2 eius parte, de temp. ord. ex tenore, de fur. c. ult. ¶ Gl. 3.
quærit, & ſoluit. ¶ *In glo. 2. ibi, dicitur*] lex illa. & §. ſeq. lo
quuntur in mulione, uel equitante, qui propter infir-
mitatem, uel imperitiam ſuſtinere non potuit impe-
tum mularum, uel equi, quo uehebatur, & ſic impe-
tus ille nocuit, ¶ *In glo. 3. ibi, à barbaris*] uide de pur. ca. 1.
ſuper gloſſ. pe. [*& ibi. §. 2.*] uide de iura. ca. c. 2. ſuper 1.
3 gloſſ. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] ſecundum Io. unde dicebat Go.
quod ſi ab eo inſtructo & perito in equitando potuiſ
ſet hoc præuideri, imputaretur ei. infra. c. ulti. ¶ *In glo.
3. ibi, à barbaris*] infra de ſenten. exc. ſacro [*& ibi, compurga
tores*] non putat Hoſtien. hoc neceſſarium, niſi labo-
rẽt infamia, ſupra capi. 2. & infra titu. 2. ¶ *In glo ult. in-
fin.*] uenialiter enim peccaſſe uidetur, ex quo equi ui-
tium ignorabat Vinc.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicida quis non cenſeatur cauſam non dans ad homicidium.*
*Initium rixæ unde cœperit, inſpicitur, ut quis dicatur irregularis,
ſi amici, uel conſanguinei quem occidant, uel debilitent.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
*Cogitans quid facere quo caſu puniatur.*
5 *Suppletio gloſſarum.*
*Probibitio quibus modis probetur.*
6 *Iniuriarum actionem læſus remittere tenetur, ſi ſit quòd ſui eum
occident.*
*Celans tractatum homicidij an teneatur.*

CA-

## CAPVT XVII.

1 PEtrus. Caſus. Non † cenſetur homi-
cida is, quo prohibente, & cau
ſam non dante homicidium factum eſt. &
in 1. facti narratio. in 2. prouiſio. 2. ibi Quo
circa[*Abbas*] forſan ſecularis, ſicut ſupra de renun. ex
tranſmiſſa. Hoſtien. [*Eius*] Petri diaconi [*Conuenerunt*]
non uocati à Petro: uel uocati, ſed propter aliam cau-
ſam. Ho. [*Dicebant*] & forte bene biberant ſecundum
Hoſ. [*Incurreret*] ideſt incurrere poſſet [*Relicto*] ſum-
ptum Luc. 10. [*Expirauit*] ex illis plagis. & hic no. Hoſt.
quod eſt expeditum, infra eo. is qui, lib. 6. [*Liberam*] ar-
gu. contra ſupra de teſti. conſtitutis. i. dic ut ibi [*Aucto
ritate*] hic ad cautelam, & quia id petierat habens for-
te nimis ſcrupuloſam conſcientiã. Hoſ. uel de genera
li auctoritate loquitur [*Occaſionem*] iniuriam enim re-
2 ceperat, non intulerat: & † dicit hoc, ut notet', ꝙ ſi quis
rixam incipiat, in qua percutitur, uel malè tractatur,
propter quod ipſius amici, & conſanguinei indigna-
ti, aliquem etiam præter conſcientiam ſuam propter
hoc occidant, uel debilitent, irregularis erit ille, cum
culpa ſua præcedat caſum. ad id ſupra c. prox. ff. ſi qua.
pa. fe. di. l. 1. §. cum arietes. C. de adult. quoniam Alexã
drum. ad l. Iul. de ui publica, quoniam multa facino-
ra, ſupra c. decętero, & c. preſbyterum. caueat ergo cle
ricus, ne ſit rixoſus, uel litigioſus. 45. di. per totũ. alias
autem ſi occaſio eſſet remota, vel propinqua, & iuſta,
ac præter conſcientiam ſuam ille occideretur, non eſ-
ſet irregularis. 23. q. 5. cum homo, & c. de occidẽdis, &
3 not. ſupra c. decætero. ¶ † Gloſſ. 1. quærit, & remittit.
¶ Glo. 3. reſpondet per quæſtionem, quid ſi non pro-
4 hibuiſſet: arguit pro & contra, & ſoluit. ¶ † *In 3. glo. ibi. l.
ult.*] uide de priuil. cum olim, ſuper ult. glo. [*& ibi circa
priu.*] ibi punitur cogitans trahere de eccleſia fugientẽ
5 ad illam. ¶ *In † glo. 1. ibi. c. proxi.*] & ibi dicit, ꝙ per iuramẽ
tum putat Hoſt. hoc probari poſſe per teſtes, ſi q fue-
rint prohibitioni præſentes. & in defectum etiã per
illos, quibus prohibitio facta fuit, de teſti. co. c. fi. & ad
de, quod dicam infra c. proxi. ſuper. 4. glo. ¶ *In glo. 3. ibi,
6 quia præſulatus*] ubi de hoc, ubi etiam † no. nunquid læ-
ſus teneatur actionem iniuriarum remittere, ſi ſcit, ꝙ
alias ſui lædẽtem occident [*& in fi.*] adde, quod no. 2. q.
5. auditum, ex quo non prohibuit, non uidetur in cul
pa non faciendo aliquem præſcire tractatum, q fuit
habitus de ipſius morte, quod eſt uerum, ſi non cre-
didit, nec credere debuit ipſius obtentu contra ipſius
prohibitionem homicidium fieri: ſecus, ſi crederet.
Alii dicunt eum non irregularem: quia nõ reuelauit,
eum non poſſit dici committere homicidium facto
mandato, conſilio, uel defenſione. l. di. ſi quis. Innoc.
ſic etiam loquitur ſpe. de lega. in trac. diſpen. §. iuxta
propoſitionis. 14. col. uer. quid ſi amici, & facit, quod
dixi ſupra c. ad andientiam, cir. prin. gloſſ. magnæ. poſ-
ſet diſtingui, an doloſè celauerit, nec ne. & facit quod
dicam, infra de ſen. excom. quantę.

### SVMMARIVM.

1 *Percutiens quò ad legem promotionis habetur ut homicida concur-
rentibus hic expreſſis, & nu. 2. 3. 4.*
*Promotionis lex in quo conſiſtat, & nu. 3.*
*Ordinis executionem quod impedit, & fortius ordinis prmotio-
nem.*
2 *Euchariſtia qualiter cuſtodienda.*
*Irregularitas ex percuſſione qua incurratur, & nu. 3. 4. 8.*
3 *Ea ex detentione latronis, uel clamore meo contra eum uel ex actio
ne mea ad reſtitutionem furti quibus caſibus contrahatur, &
nume. 4.*
4 *Mandato conſenſus tacitus, uel expreßus comparatur.*
5 *Ex petitorum iudicio poteſt quis in dubio ſuam conſcientiam ſe-
renare.*
*In arte ſua cuilibet doctori creditur. & nu. 6.*
6 *Ad infirmitatem cognoſcendam mittitur medicus.*
7 *Homicidium ſi perpetratur ab uno de multis, ſed à quo, omnino ne-
ſcitur, utrum ſit pariter omnes ab ordinibus repellendi, & nu-
me. 12.*
*In dubio partem tutiorem eligendam.*
*Comparatiuum pro poſitiuo ad dictio. Tutius.*
8 *Iniuriarum propulſando an excuſet à pœna.*
*Pœna canonica conſiſtit in quatuor.*
9 *Armis his quis debet ſe defendere, quibus imperitur.*
*Caput nobilior pars corporis.*
*Locus, ubi quis punitur, facit iniuriam atrocem.*
10 *Moderamen tutelæ quod, & nu. 14. & 15.*
11 *Epilogus, & ſuffi agium gloſſarum, nu. 12.*
*Ex pluribus percuſſoribus ſi non apparet quis occiderit, qui teneã
tur, & ſupra, nu. 5.*
13 *Suppletio gloſſarum.*
*Creditur quandoque etiam in foro contenioſo ſuper his, quæ pro-
bari non poſſut.*
*Probationibus eſt ſuccurrendum.*
*Veritatẽ melius nemo nouit, quam is, de cuius quæritur cõſcientia.*
*Legi Saracini us. 1. q. 7. quando ſit locus. §. 1.*
14 *Vim illatam perſonę, nel rebus quando & qualiter liceat repellere
iuncta gloſſa, & nu. 15.*
*Brachij ſecularis auxilium poteſt & ſuum & extraneum prælatus
ad recuperationem rerum eccleſiæ poteſt inuocare.*
*Bellum non eſt auctoritate propria mouendum, in fin.*
15 *Defenſio rerum qua re magis, quàm perſonæ dilatetur.*
*Membrorum ſuorum nemo dominis.*

## CAPVT XVIII.

1 SIgnificaſti. Caſus. Quò † ad legẽ
promotionis habetur
percutiens vt homicida, de cuius vulnere,
an fuerit lætale, vel non, ſciri nõ poteſt, ſi ꝑ
cuſſus ab eo, ab aliis occiſus extiterit. communis diui
ſio. ſecũda ibi, nos in præmiſſo, quæ diſtinguit, & pri-
mum membrum proſequitur ibi, Et quidem. ſecun-
dũ ibi, Quod ſi. nec mireris, ſi dixi de lege promotio-
nis: quia lex illa conſtat nõ ſolum in promotione ad
ordinẽ, ſed etiam in executione ordinis, ad quem qs
iam eſt promotus. & quod impedit ſecũdum, fortius
primum, de iureiur. quemadmodum. 15. q. ult. §. fin.
2 [*Euchariſtiam*] hæc † eſt cuſtodienda ſub fidelibus cla-
uibus, de cu. eu. c. 1. [*Eccle.*] ſpoliatæ [*Percuſſit*] non di-
cit in quo loco, uel qualiter [*Loco*] forte in quo percuſ
ſus erat per preſbyterum [*OcKiderunt*] ſi propter ictum
fugere nõ potuit, quo non facto omnino fugiſſet, &
parochianorum manus euaſiſſet, ſecundum Ho. irre
gularis eſt preſbyter ex cauſa tam propinqua, ſupra c.
de cętero, & c. ſuſcepimus. Ho. [*Non inflixit*] ꝑ hanc lite
ram dixit Io. de De. lib. 1. q. 31. & Egi. de Foſ. ꝙ clericus
3 † irregularis non ſit, qui habens uerba cum laico illũ
leuiter percuſſit, ſed ad rumorem traxit inimicum il-
lius laici, qui illum occidit [*Lætalem*] i. mortalem [*etſi*]
pro an. Hoſt. [*Voluntatem*] ergo ſi uoluntatem habuit
occidendi, & percuſſit, quamuis non lætaliter, ſi ex a-
liorum percuſſionibus mortuus, irregularis cenſetur
ſecundum Inno. per can. all. hic in glo. quod intelligit
Hoſt. cum illum potuit liberare, & non liberauit, arg.
ex no. ſupra c. proxi. & c. ſicut dignũ. §. illi. Quid ſi nõ
percuſſit, ſed latronem detinuit, uel contra illum cla-
mauit, quod ſi non feciſſet, latro fugiſſet, & euaſiſſet.
diſtingundũ uidetur, utrum hoc fecerit in mortem
ſuam, & tunc eſt irregularis: uel ad hoc ut tantum ca-
peretur, & non occideretur, & tunc non eſt irregula-
ris, ſecundum Inno. ſed cum lex promotionis non in
uoluntate, ſed in facto conſiſtat. 15. q. 1. c. fi. talem indi
ſtinctè putamus irregularem, ut patet in eo, quod no.
ſupra



ſupra Ho. hoc idẽ no. hic In. quaſi ſibiipſi ꝯtius in hac
parte dicens, ꝙ ſiue clamauerit, latrones, ſiue capite la
trones, vel quocũq; alio mõ ĩtelligere poſſit dicto, vel
facto ſuo, uel etiam ex neglecto homicidium perpe-
tratum, irregularis eſt, nam ex negligentia comitante
homicidium hoc contingit. l. diſ. hi qui arborem, niſi
hoc faceret propter periculum corporis ſui. nã ſi tũc
clamaret, ſuccurrite, licet ſuccurentes illum occide-
rent, non eſſet irregularis. Et eſt ratio, quia non inten
dit alterius mortem, ſed ſuam liberationem, ſecundũ
2 Inno. & uide quod poſt eum dixi, de reſtit. ſpo. olim.
1. in glo. quomodo hoc. uer. illud etiam, & infra de pę
nis, quod in dubiis. Imò quod quiſq; ob tutelam cor-
poris ſui fecerit, iuſtè feciſſe uidetur. ff. de iuſti. & iure.
l. 3. ſupra eo. c. 2. & quia ex interpretatione eccleſiæ pa
tet, quòd non eſt talis irregularis, vt ibi no. & infra eo.
poſtulaſti. §. illico, uer. 1. Intentio enim non tantũ cõ-
ſideratur, quantum & factum, ut probatur. 15. q. 1. ca.
fin. Alii dicunt, ꝙ eſt ratio, quia ſic clamando liberat
animam uolentis ipſum occidere a peccato, quod vti
lius eſt, quam ſi ipſum a morte corporali liberaret, q̃
nec placet: quia ſecundum ipſam ſequeretur, ꝙ ſi qs
clamaret poſt furem cum rebus furtiuis, & ad clamo
rem ſuum alij inſequerentur ipſum, & caperent, quã-
uis poſtea ex illa captione occideretur, non eſſet irre
gularis: quia ſic clamãdo ſi capiatur, liberabit animã
eius à morte. nam reddet ablatum, & ſic dimitteretur
peccatum. 14. q. 6. ſi res, ſecundum Inno. quod tamen
conſtat falſum eſſe, ut patet in eo, quod legitur & no.
ſupra eo. decætero. ¶ Quid ſi agatur contra furem ad
reſtitutionem furti, & iudex conuictum ſuſpendit, nũ
quid agenes eſt irregularis, non, ut patet in eo, quod
legitur & nota infr. c. 1, §. ad ultimum, & infra c. 2. li. 6.
¶ Quid ſi ita clamauerit intendens tantùm res ſuas re
cuperare, latro uerò ad hunc clamorẽ capitur, & oc-
ciditur? patet ex pręmiſſis, ꝙ irregularis eſt: q a hoc frẽ
quenter, quod uitare debuit, contingere cõſueuit, ar-
gu. ſupra de ſer. non ordi. c. 1. cum ſuis concor. nec ex-
cuſat recuperatio rerum, ut patet in eo, quod legitur
& no. ſupra eo. ſuſcepimus. nec ob. infra. c. 1. §. ad ulti-
mum: quia ibi nihil eſt, quod conquerenti poſſit im-
putari, ſi iudex exceſſit in iuſticia, ut ibi, no. ſecũdum
Ho. hoc etiam quaſi ad literam uide in ſpec. in tracta-
tũ diſpenſa. ſub titu. de lega. §. iuxta diſt. 13. colũ. uerſi.
4 illud etiam not. [*Mandato*] uel † conſenſu tacito uel ex-
preſſo. de hoc, ſupra c. proxi. [*Vel ope*] ſupra e. ſuſcepi-
mus. Hoſt. [*Contra illum*] ſup. uel an res ſe habeat in cõ-
trarium [*Se habet*] ſ. ꝙ percuſſio fuit lætalis. nam de cæ
teris &c. ut ſequitur [*Tam modicam*] ſi autem ſecunda
percuſſio nõ eſſet mortalis, ſed ambæ ſimul ſufficiũt
ad mortem, tunc primus & ſecundus ſunt irregulares
23. q. ul. c. fi. intelligendum eſt ergo, quod hic dicitur,
quando conſtat, ꝙ prima percuſſio lætalis non eſt: ſe-
cunda uerò ſic, & quando non fecit animo occiden-
di, nec præſtandi auxilium morti: quia tunc quantũ-
cunque leuiter percuſſiſſet, tenetur. Quia auxiliũ præ-
bet morti, ut hic Inno. quod dicit de animo, intelligit
Hoſt. quando potuit illum liberare, ſecundum ea, q̃
dixi ſuper uer. uoluntatem. Dicebat etiam Inno. uolũ
tatem occidendi non facere quem irregularem, ſi nil
fecit in mortem uel conſulendo, uel auxiliando. Idẽ
ſecundum Hoſt. de his, quæ dixi ſuper uerſ. mandato
5 [*Peritorum*] hoc eſt † no. ſecundum Hoſti. quia iudicio
talium poteſt quis in dubio ſuam conſcientiam ſere-
nare. & eſt locus ab auctoritate, ſecundum quem cui
libet doctori creditur in arte ſua. ad idem de præſcri-
ptio. quia iudicãte. & de hoc ſatis in ſpe. de probatio.
§. fi. ad fin. uer. hoc quoque. ubi etiam dicitur de ictu
falcaſtri, quod dicebatur factum à mula cum pede.
& hoc e. ti. uer. pone A. [*Medicorum*] i. chirurgicorum,
6 ſicut † aliàs mittitur medicus ad infirmũ, ut ſciatur, an
iuſtè ſe excuſet. C. de re mili. l. ſemel, lib. 12. Go. [*Cum de
cæteris*] ſ. de uoluntate, cõſilio, ſtudio, uel mandato [*Ac
cuſatur*] maxime. nam idem, ſi accuſaretur: quia negan
tis factum & c. 6. q. ult. a ctor. ſalua purgatione, quæ in-
diceretur propter infamiam, de accu. cum. §. fi. [*Seip-
ſum*] ad idem ſupra de præſump. literas, in prin. ſed con-
tra eo. c. in fi. ſol. ibi. Ho. [*Maxime*] idem enim extra rę-
ligionem, ex quo non eſt in culpa, ſupra e. ex literis. 2.
[*Scandalo*] uel infamia, ſupra eo. ex literis. 1. [*Dubio*] arg.
7 ad quæſtionem, cum † lapis, qui occidit, proiectus eſt
ab uno de quatuor, qui erant in domo, & neſcitur, a
quo; an debeant omnes ab officio ceſſare: & uidetur
hic ꝙ ſic; quod tenet hic Go. arguendo. Miror, ꝙ Inn.
auctor decre. noluit hoc terminare. nam ſub, infra, qđ
ſequitur, deciſa eſt talis litera. Vtrum autem de illis ſit
ſimile ſentiendum, quorum unus, ſed quis omnino
neſcitur, homicidium perpetrauit, ſi forſan ad ſacros
ordines recipiendos pręſententur, utrum oẽs ſint pa-
riter repellendi, cum diſcerni non poſſit, qui debeant
inculpabiles iudicari, diligens inueſtigator aduertat,
quamuis hic caſus ab illo ſit ualde diuerſus. Item mi-
ror de Grego. compilatore, qui decidens illam literã
non declarauit hoc dubium, ſed ſcienter in compil.
hoc omiſit. Iem miror de Bonifacio, qui uoluit ſcien
ter hoc dubiũ reliquere non ponendo in 6. extrauag.
quæ attribuebatur Grego. quæ incipiebat, Nullũ, quã
in glo. Hoſt. ſupra de temp. or. Et ſi putabat illam ini-
quam, debuiſſet formaſſe cõtrariam. Ioannes in qõ.
arguit pro & contra. 42. di. quieſcamus. 11. q. 3. nolite.
not. etiam de hoc per Bar. B. in quæſtione. Quinque
erant in domo. per Hoſt. in ſum. huius ti. §. qua pœna,
uerſi. ſed nunquid omnes, per Gui. in ſpe. de lega. 2, in
trac. diſpen. §. iuxta, uer. quid ſi quis in rixa. 14. col. &
plenius hoc, eo. tit, uer. pone. 4. homines. & tenet Ber.
per hac decre. tutius omnes repellere, quam homici-
dam promouere. Hoſt. ſecundum extraua. dixit illos
non repellendos, ſed ſuæ conſcientię reliquendos. Eſt
autem talis diuerſitas huius caſus ad illum, de qua di-
cebat antiqua, quia hic conſtabat preſbyterũ percuſ-
ſiſſe, ſed dubitabatur, an lætaliter, in quæſtione neſcit,
quis percuſſit, nedũ quis occiderit. & per hoc ſatis cre
do, ꝙ ubi apparet de culpa omnium, licet unus ſolus
occiderit, ex quo quis fuerit non cõſtat, omnes repel
lentur. Si uerò nec de aliqua culpa conſtat, omnes ad
mittentur. & facit quod no. de elec. cupientes, §. cæte-
rum, in gloſſ. ſi hoc [*Abſtinere*] repete, debet [*Tutius*] i.
tutum, Hoſtien. [*In altero*] in ceſſando. ſ. [*In reliquo*] ſup.
In celebrando [*Timeatur*] hic ſatis includit tertiũ mem
brum diſtinctionis non expreſſum in tex. ſ. quando
conſtat percuſſionem fuiſſe mortalem. Si enim ab-
ſtinere debet in dubio, fortius & in certo, ſ. quãdo cõ-
ſtat [*Repercuſſit*] ad uindictam, non ad defenſionem, vt
innunt ſequẽtia. Hoſt. [*Tutelę*] i. defenſionis [*Propulſan
8 dam*] per hoc videtur, ꝙ ſi † propulſando perſonalem in
iuriam occidiſſet uiolentum, excuſatus eſſet à pœna,
ſecundum Hoſt. Inno. contra, ut iam dicam [*A pœna*]
non ſolum ciuili, ſed etiam canonica, quæ conſiſtit in
quatuor. in pœnitentia, ut ſupra ut e. c. in excõmuni-
catione, uel cenſura, quæ exercetur contra quẽlibet
peccatorem, ſupra ut li. non conte. quoniam. §. fin. de
iudi. nouit. 11, q. 3. nemo. In depoſitione, & irregula-
ritate, de accuſa. inquiſitionis. ſpecialiter tamen de pę
na irregularitatis hic loqui uidetur, ſecundum Hoſti.
[*Excuſari*] nam etiam ſi ſe defendendo alium occidiſ-
ſet, irregularis eſt, niſi cum eo diſpenſetur, ſecundum
Inno, ſed dicit Hoſt. quòd hæc litera contradicit aper-
te, ut proxime dixi. alle. etiam ſupra. eo, c. 2. [*Inſtrumen-
9 ti*] ſ. foſſorii, uel ligionis [*Graue*] ar. quòd † cũ his armis
quis ſe debet defendere, cum quibus impetitur: ſed
plerunque

plerunque non poſſunt omnia ponderari.ff.de exerc.
l.1.1. reſpon. in fi. ff. de dam.infec.l.1.unde bonus iu-
dex hoc arbitrabitur,ar.ff.ad l.Aqui.ſed & ſi quamcũ
que.ff.de ui.& ui,ar.l.3.§.deiectum,ſecundum Hoſti.
[*Partis*] ſ.in capite, quæ eſt nobilior pars corporis. ff.
de reli.& ſump.fu. cũ in diuerſis. Locus enim quo qs
percutitur, facit iniuriam atrocem, inſtit.de iniur.§.
atrox.G.[*Lædi*]maxime Bonon.ubi raro liberatur,qui
percutitur in capite,ſic,quòd ex pcuſsione cadat, uel
10 alias enormiter.& no.ſecundum†Goff.ad moderamẽ
conſiderandum locum corporis,in quo, & genus ar-
morum, de quibus fit percuſsio, & inæqualitate per-
ſonarũ.Exemplum de primo; percutio te in ſpatula,
tu me in capite. de ſecũdo, Ego te ferula,uel corrigia
tu me gladio.de tertio,Sum modicarum uirium,& te
tota uirtute expugno. tu fortis pugil me tota uirtute
11 repercutis.¶†Gloſ.5.alle. concor.ponit diuerſitatem
inter.l.& can.¶Vlt.glo.alle.4.concor. & literam expo
nit.2.all.7.contraria.3.ſoluit.pro prima parte,ſi tria cõ
12 current 4.ponit diſtinctionem Ala.& Io.¶†*In 5.gl.ibi,
ſi plures*] ſi nõ apparet quis ex pluribus percuſſoribus
ſerui illum occiderit,omnes tenẽtur:aliàs ille ſolus[*Et
ibi, percuſſit*]etiam mortiferè.& hoc uoluit.l.ſe.¶*In glo.
ulti.ibi,uim ui*]hanc & tres ſequentes uide in c.olim in-
fra.alle.ſuper ul.& pe.glo. [*Et ibi,ſi quis in hoc genus*] uide
de male.c.1.ſuper gloſſ.2.[*& ibi.l.4.*]quæ incipit, Itaq;
13 & uide de iniur.c.3.ſuper gloſſ.2.¶†*In glo.ar.quod, in fin*]
& infra eo.exhibita.dicit Hoſt.ꝙ etiam in foro cõten
tioſo quandoque creditur ſuper his, quæ aliter proba
ri non poſſunt.facit, ſupra eo.ſignificaſti, & quod ibi
no.quia probationibus eſt ſuccurendum, cum aliter
probari non poteſt.& facit quod dixi ſupra ca. proxi.
ſuper.1.gl.Item illi teſti magis credi debet, qui melius
ueritatem nouit: ſed poſt deum nullus melius nouit
conſcientiam hominis ipſo eodem, de cuius conſciẽ-
tia queritur,faciat ergo homo,quod poteſt.22. q.2.fa
ciat,quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, ſupra de
pac.c.fi.ſecundum Goſt.¶*In glo.eandem,in fi.*]Io. ſed lex
locum habet,quando tractatur de pœna pecuniaria:
ſecus,ubi de peccato tractatur,uel de pœna pœniten-
14 tiali,uel irregularitatis.¶*In†glo.ult.ibi,olim,in fin.*]ubi de
hoc[*& ibi,Ioannes*]hoc no.23.quæſt.1.§.1.vbi plenè de
hoc[*Et ibi,non poſſet*]unde,etiam ſi in ipſo facto aliquid
fit ex propoſito,quo omiſſo perſona ſalua erat, illici-
tè fit,cenſetur uindicta.Hoſti.[*Et ibi ſupra c.2.*]& in con
ſtitutio.Clem.eodem titu.ſi furioſus[*Et.ibi,poterit*] di-
cit Hoſtien. quòd prælatus eccleſię ad recuperationẽ
rerum eccleſiæ ſi habet iuriſdictio. temporalem, po-
teſt eius auxilium inuocare propria auctoritate, ex-
communicatione tamen præmiſſa,ſicut & poſſet in-
uocare auxilium extranei brachii ſecularis,infra c.po
ſtulaſti,quod probat per decre.dilecto,de ſe.exc. li. 6.
dicit etiam,quòd ſi inuocato per clericum brachio ſe
culari aliquem uiolentorum occidi contingat,nõ im
putabitur clerico per prædictam decre. poſtulaſti, ad
idem,infra eodem.c.2.li.6.[*Et ibi,amicis*]antequam ad
alia diuertatur ſecundum Ho.alias eſſet guerra,& vin
dicta, quæ propria auctoritate non eſt mouenda. C.
de Iudæis, nullus,& de hoc ſupra de iureiurand.ſicut
15 2.Ideò uerò plus† dilatatur defenſio rerum, quã per-
ſonarum: quia per uiolentiam rerum perditur poſſeſ
ſio naturalis:ciuilis tamen animo retinetur, quam li-
cet defendere,ut probant illa iura,ne perdat poſsidẽs
poſſeſsionis commodum, quod non eſt minimum,
Inſt.de interdic.§.commodum.ff.de rei uen.is qui de
ſtinauerat, ſed hoc ceſſat in uiolentia illata perſonæ:
quia nemo ſeipſum poſſidere poteſt. nec eſt ſuorum
membrorum dominus.ff.ad l.Aqui.liber homo. 1.re-
ſpon.1.nec agitur de recuperatione pſonæ,ſed de occi
ſione.unde & huic licet occidere ſine pœna uim infe
rentem.C.quando li.uni.l.1.quod non efficaciter per-
mittitur pro defenſione rerum.patet in clerico ſupra,
eodem capitu.2.& c.ſuſcepimus,ſaluo eo quod de in-
uocatione brachii, ſupra dixi ſecundum Hoſtien. [*&
in fi.*] Hoſtien.remittit ad ſum. de reſtitu.ſpo. §.1. ſub.
§.intelligendnm,& eod.titu.olim 1.in fin. de ſentent.
excom.dilecto,lib.6.

ANNOTATIONES.

¶ Innoc.Facit quod no.Io. And.infra eo.ad audientiam,in gl. quia non conſtat,uer.quid ſi ſubdito.

*SVMMARIVM.*

1 *Chirurgiam monacus exercens,ſi ex ea mors ſequitur, irregularis eſt,uide nu.2,quando cum eo diſpenſetur,nu.2.*
*Interſignia furis ſi dat clericus uulneratus ab eo iudici ſeculari,non eſt irregularis,licet occidatur fur poſtea.ratio,nu.11.& 12.*
*In uetitum nitimur,negat aque cupimus.*
2 *Culpa duplex ante factum, & in facto, & qualiter intelligatur.*
*Officium alienum culpa eſt uſurpare,& nu.3.*
3 *en arte,quam quiſque norit,ſe exerceat.*
4 *Medicus quibus modis peccet,& irregularis fiat.*
5 *Ei parendum ab infirmo.*
*Perito in arte ſua credendum.*
*Infirmus quibus rationibus peccet in ſanitate non recuperanda,uel aliter.ei ſeruientes & miniſtri quibus,nu.6.*
*Seuire in ſe, uel manus uiolentas ſibi inijcere nemo debet.*
*Membrorum ſuorum nemo dominus.*
6 *Sanus qui eſt,medicinaliter uiuere non tenetur, & quod nociuum ſumendo peccet.*
7 *Fur ut conuincatur.*
8 *Euentus quid.*
9 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
*Ex imperitia ſua quis tenetur.*
*Intrans ui ut teneatur.*
10 *Suppletio gloſſarum,& nu. ſeq.*
11 *Clericus de crimine ciuiliter agere poteſt, & teſtificari ad pœnam pecuniarium,& ad perpetuum carecerem.*
*Ad irregularitatem ſufficit membri truncatio.*
12 *Furis pœna quæ.*

## CAPVT XIX.

1 TVa nos. Caſus†monacus chirurgiã
exercens,ſi ex ea mors ſeq-
tur,irregularis eſt,etiam ſi ſit peritus & di
ligẽs,& hoc fecerit cauſa pietatis.hoc pri-
mo.Secũdò dicitur,ꝙ clericus, qui iudici
ſeculari dedit interſignia furis, à quò fuerat vulnera-
tus, irregularis non eſt,licet ille poſtmodum occida-
tur.2.ibi,ad ultimum.& ſubdiuiſio patet. 2. utriuſque
ibi,Nos igitur[*Sentiendum*]aliàs cenſendum[*Aperuit*]ſi-
ue ipſe monacus aperuit ſiue alius, ipſo monaco di-
ctante,non eſt uis ſecundum Hoſt.[*Reſediſſet*] ideſt mi
noratus eſſet [*Contempto*] Oui.3.ſine titulo.Nitimur in
uetitum ſemper,cupimuſque negata. hoc non debet
obeſſe monaco, dummodo aliàs non fuerit in culpa.
ff.de regu,iur.quod quis culpa,infra eo.ti.li.6.damnũ,
cum concor [*Apertionem*] & expoſitionem incautam
mulieris [*Vtrum*]reſpicit prin.ibi,quæſiuiſti[*Vſurpando*]
2 & ſic † culpa fuit ante factũ:ſed contra, quando eſt in
culpa ante factum,irregularis eſt,ut colligitur de ęta.
& quali.ad aures.Sol.hoc idẽ probatur hic,ſed diſpen
ſari poteſt,quod ibi non negatur: uel dic duplicẽ cul-
pam in hoc articulo poſſe notari.de triplici dicam in-
fra de iniur.c.fin.in prin. prima eſt ante factum, cum
uſurpat officium alienum: ſed ſi peritus eſt in arte &
diligens,& in nullo quò ad mortem culpabilis,diſpen
ſatur cum eo, ut infra uerſi. non eſt. Si uerò eſt culpa
in facto,ut quia clericus,& phyſicus eſt, quod officiũ
non



2 non eſt clericis[a] prohibitũ,ſed ſi nõ eſt peritus.tunc ſi
ex ſua medicina ſequatur mors, uel membri trunca-
tio,eſt irregularis,nec cum eo diſpẽſatur, vt ibi & hic
à contrario. Sed Inno. alternatiuè tamen dixit iſtum
irregularem non fuiſſe,ſed indiguit diſpenſatione: qa
officium interdictum publicè uſurpauerat, quod ſe-
cundum Hoſt.ſatis idem ſapit, quod eſt prius dictum
[*Pietatis*] hoc non facit ad irregularitatem contrahen
dam: facit tamẽ ad faciliorem diſpenſationẽ [*Peritus*]
3 Tullius Tuſcu.i.græcorum prouerbium†Quam quiſ-
que norit artem, in hac ſe exerceat. Et Oratius epiſto-
larum,Quod medicorum eſt,promittunt medici: tra
ctant fabrilia fabri.Oui.de arte amandi.Qui canit,arte
canat,qui bibit,arte bibat[*Omnemque*]q.d.tam in facto
4 † ſequendo traditiones artis,quam ex poſt facto curã
diligentẽ & cõgruam adhibendo.& ex hoc & eo,qđ
dicitur,ſupra 1. reſpon.no. Hoſt.ꝙ ad hoc, quòd me-
dicus, uel chirurgicus dicatur ex poſtfacto cõgruam
diligentiam adhibere,ſufficit, quòd infirmum uiſitet
perſonaliter,& dietam ſuam,ac regimen dictet ei,nec
tenetur ei ad cuſtodiam continuam perſonalem,arg.
de fri.c.fi.ad fin.de con.d.5.nũquam,ſupra de uſu pal.
c.fin.quòd dicit ipſe multum dignum not.[*Studuit*]ſic
ergo medicus anxius & ſtudioſus ad faciendum me-
dicinas ſecundum artem, quas conſideratis circunſtã
tiis ſciat ſecũdum eam debere proficere. peccat autẽ,
ſi propinat ſcienter medicinam nocituram, & etiam
ſi dubitat,utrum debeat proficere uel nocere, etiam
ſi magis credatur eam proficere debere: qa in dubiis
via tutior eligenda eſt,ſupra eo.ad audientiam.§.1.ſed
ſecurius eſt hominem relinquere in manus creatoris
ſui,quam ipſum exponere quocunque modo dubita
bili medicinæ.Quid ſi omittat ſcienter medicinam de
bitam?Delinquit,ſicut & peccat indebitam propinan
do ſecundum Inno.quam ſi malitioſè propinet ad in
firmitatem aggrauandam, ut infirmum faciat redimi
extraordinariè eſt puniendus.ff.de ua.& extraua.co.l.
medicus.Hoſtien.¶Quid,ſi dicat ſe peritum,cum nõ
ſit,& faciat,uel omittat aliquid,ꝑpter quod infirmus
periculum mortis incurrat?Peccat, & irregularis fit,
ar.ff.quod quiſque iu.hoc edicto.ff.de ac. empt. & vẽ.
Iulianus.§.quod autem diximus,& ſe.ſecundum Inn.
& eſt expreſſum ſatis hic,& ſupra de ęta.& quali.ad au
res.¶ Quid ſi medicus bene peritus bonam medici-
nam propinauit,quantum ad artem, ſed quantum ad
materiam mala erat propter nimiam uetuſtatẽ ſpẽrũ,
uel falſam ſimilitudinem, quam gerebat uerarum ſpe
cierum,uel aliam quãcunque cauſam.Reſpon.ſi om-
nem diligentiam, quam potuit,adhibuit in ſpeciebus
eligẽdis,inculpabilis eſt: quia ſemper probabilis igno
rantia excuſat ſecundum Innoc. & infra de cle. ex. a-
poſtolicæ. imò & ſolicita diligentia eum excuſat.ſed
& ſi ſecũdum artem vtile eſt aliquid incidi,ſecurè hoc
faciat fieri,dummodo peritum & diſcretum inueniat
inciſorem.¶Quid,ſi inciſor errat in incidẽdo non ex
imperitia,uel diſſuetudine,ſed quia infirmus non ha-
bet membrorum, uel uenarum diſpoſitionem debi-
tam conſuetam, ſiue quia ſubitus & inſolitus timor
& tremor irruit ſuper eum, videtur eſſe chirurgus ex-
cuſatus ſecundum Innoc.ar.š,de fri,ex literis.Hoſt.qd
ſi chirurgus dubitat de inciſore? Abſtineat tam ip-
ſe,quam inciſor, niſi ſit talis,de quo non dubitabatur
communiter quin bene ſciat incidere ſecundum In-
noc.ar.ff.de fluminibus.l.1,in prin.ff.de fun.inſtruc.cũ
de lanionis.§.aſinã,& quia in dubiis &c. ut ſupra not.
5 uer.peccat enim. ¶Quid†ſi infirmus non obediat me
dico, non propter hoc committit peccatũ inobediẽ-
tiæ: quia nec prælatus eius eſt.Incautè tamen facit:
quia non credit perito in arte ſua,ut patet in eo,quod
le.& no,ſupra e.c.proxi.§.1.uer.& quidem.Quid,ſi in-
firmus ex certa ſcientia, ſeu affectata uel improbabili
ignorantia ſumit potum, uel aliud quicquid ſibi con
trarium?Reſpon.peccat. facit enim contra charitatẽ,
quia debet corpus ſuũ diligere & cuſtodire, ut in eo
ſeruiat deo, ſecundum Inno. ideo nõ licet in ſeipſum
ſæuire,ut patet in eo,quod legi.& no.ſupra de cor. vi-
ci.ſignificauit,& c.ibi præce.§.illico,& infra ead. glo.
ſtatim ſequitur.nec debet ire poſt cõcupiſcẽtias ſuas.
Ecc.18.G.nec in carnis deſideriis ambulare. ad Ro. 8.
A.B.nec manus ſibi iniicere.ff.de ædic.edi. cũ autem.
§.excipitur:quia nemo eſt dominus membrorũ ſuo-
rum. ff. ad l. Aqui.liber homo.Item quia cum medi-
cus peccet contra traditionem artis dãdo talia, ut no.
ſupra ead.glo.poſt princ.& ſupra eo.§.reſpon.1.mul-
to fortius infirmus accipiẽdo,ſicut & peccaret, ſi ſciẽ-
ter uenenũ ſumeret:ſecus, ſi non crederet mortiferũ,
licet crederet ex illo potu infirmitatem magis robo-
rari,ſiue prolongari:qa hic non peccaret mortaliter,
uel ad minus nõ ita grauiter,ſicut prior,nã & grauior
6 ꝑt'eſſe afflictio ſitis,quã febris.¶Sed nũquid tenet̃ ſa-
nus viuere medicinaliter.Rñ.nõ.qa omnia ſana ſanis.
ſi tñ ſcienter ſine cauſa aliquid nociuũ recipiet, unde
mors uel infirmitas ſequeretur,quę ipſum à ſeruitio
dei ſubtraheret,peccaret;quia faceret contra charita-
tem,ut ſupra no. ¶ Quid de ſeruientibus, & miniſtris
infirmis propinatibus quicquid petunt:dicẽdum eſt,
quòd ſi ex certa ſcientia,uel ex improbabili ignoran-
tia,ſeu affectata aliquid nociuum infirmo propinaue
rint quantumcunque petenti,peccant grauiter ſecun
dum Inno.cuius eſt quaſi hæc tota glo.Idem eſt,ſi cõ
tra præceptum medici hoc faciant:quia in talibus cre
dendum eſt medico,non infirmo,ut patet.5.q.5.ca.1.
& 2. & 3. Aug. Quid proſit,uel obſit, nouit medicus,
non ęgrotans ſecundum Hoſtien.de his aliqua not.in
ſpę.de le.in trac.diſpen.§.iuxta, uer. item exercens, &
ſe.& uer.facto autem,& ſe.(*Ad ultimum*) §.eſt, & ponit
ſecundum caſum (*Metuens*) forte audiuit motum,uel
ſtrepitum (*De ſtratu*) ideſt lecto,ſic dicto à ſterno ſter-
nis (*Qui*) fur. ſ. (*Vulnerauit*) ſcholaris cõciratus reſum-
ptis uiribus abſtulit furis cultellum,& ipſum etiã vul-
nerauit, ut ſequitur (*Tradiderunt*) & nonne in hoc pec
cauerunt?Dicunt quidam, ꝙ non:quia nihil commi-
ſerant dignum morte;ſed dic,ut dicam ſuper gloſ. pe.
ſecundum Hoſt. [*Præfatus*]alias præfata.ad hoc de iu-
7 dic.c.fin.[*Interſignia*] cum†enim fur non ducat ſecum
teſtes,imò quãto poteſt occultius, committat furtũ,
ut infra patet,non poteſt de facili conuinci,niſi per in
terſignia,uel probabilia argumenta.ff.de mi.non om
nes.§.à barbaris.ad hoc,ſup. de cle.pe.c.2.[*Ipſius*]ſcho
laris[*Audiretur*] docet furari [*Qui*] apparitores[*Sibi*]
furi. ſ. [*Sumpſit*]cum ſumere poſſet;& ſic ſibi imputet
8 mortem [*Euentum*] euentus†dicitur, cum quis iniuſtè
occiditur ſiue à mẽte compote, vt hic, ſiue à furioſo.
ff.de pœnis,aut facta §. euentus. Hoſti.[*Nullatenus*]in-
nuit hunc de communi iure promouẽdum, nec ege-
re diſpenſatione.non ob.ſupra c.ſuſcepimus,quod lo
quitur in perfectis.Item ibi nimis fuit proceſſum in li
gando,& occidendo:hic uerò ſeipſum occidit, ſecun
9 dum Io.Vinc.& Go.¶†Pen.glo.obiicit, alle.quatuor,
& ſoluit dupliciter.¶*In glo.1.ibi,culpa eſt*]uide ſupra c.ſi
cut dignum, ſuper glo.pe.¶*In glo.2.ibi, imperitia*] loqui
tur de medico,qui male ſecuit ſeruum, uel perperam
medicamentum dedit, & ſic ille mortuus eſt. ¶*In glo.
pe.ibi,in criminibus*] ut ſi res exegerit,tormentis ſubiiciã
tur.¶*In glo.ult.ibi,intrauerit*] ſed tenetur iniuriarum,uel
10 de ui,ſi per uim intrauerit,ut ibi.¶*In glo.1.in fin.*] & eo.
ti.non eſt ſine culpa,lib.6.& per hoc dico,ꝙ ſi iſte fuiſ
ſet laicus peritus & diligens, nõ cenſeretur per talem
euentum irregularis,cum ratio ceſſaret in illo.¶*In glo.
ex hoc, ibi, non imputantur*] intelligas ad culpã,non enim
dicitur

dicitur iſte uoluntarius homicida, nec de illo tenetur
quò ad deũ, uel reſpicit gl. diſpeſationem. ¶ *In glo. idem*
*in fin.*] aut ſi miſericorditer non agatur cum eo. Inno.
11 & Hoſt. ¶ *In* † *glo. pe ibi, ſanguinis*] dicebat Inno. & Hoſt.
poſt eum, quòd clericus de crimine ciuiliter agere po
terat. & teſtificari ad pœnam pecuniariam, & ad per-
petuum carcerem. dicam de hoc. 1. q. 2. [*Et ibi, teſtis*] qa
nec iurauit, non .n. teſtimoniis, ſed teſtibus & c. de co-
habi cle. & mulie. tua [*Et ibi, quoniam*] ad hoc de iudi. c.
ult. lib. 6. [*& in fin.*] parum facit, quia ad irregularitatẽ
ſufficit membri truncatio, infra eo. is qui. li. 6. & infra
tit. 2. c. 1. in fi. pp quod dicunt alii, quod licet dictum
illius fuerit cauſa mortis, fuit nimis remota, & ſufficit
ad excuſationẽ interpretatio iuris canonici circa hoc
12 ſecundum Hoſt. Ad idem infra c. 2. alii † dicunt iſtũ ex-
cuſari pro eo, quod hodie iure auct. de furto conui-
ctus nec occidi debet, nec mutilari, in auc. ut nulli iu-
di. §. quia uerò, col. 9. poſita. C. de ſer. fugi. auc. ſed no-
b uo iure,[b] & no. ſupra de immu. ec. inter. ſi ergo iudex,
uel miniſter grauauerunt, non eſt imputandum ſcho
lari. ad hoc ſupra de emp. & uen. c. fin. hoc non placet
Hoſt. quia ex quo cum armis, & maximè de nocte ho
ſpitium intrauit, fuit pœnis legitimis puniendus, vt in
dicta auc. ad hoc, ſupra c. 3. & eſt pœna legitima deca-
pitatio, uel furcę ſuſpẽſio, ſeruato eo, quod legi. ff. de
c nis, capitalium. §. famoſos, & §. craſſatores.[c] Quini-
mo hodie per. l. Federici ſecundi, qui. 5. ſolidos, uel am
plius furatus fuerit, laqueo ſuſpẽditur, in li. feu. de pa.
tenen. c. 1. § ſi duo homines, & §. ſi quis quinque. Item
in omnibus ferè locis fures furca ſuſpẽduntur etiam
pro modico furto. & hanc generalem conſuetudinẽ
ſcholari non licuit ignorare, ſecundum Hoſti. qui di-
cit finalem, & ueram eſſe rationem, ꝙ ſcolaris in ho-
micidio non fuit culpabilis, & quòd papa ſic interpre
tatur. alii dicunt, quòd fur quaſdam res ſcholaris iam
exportauerat, ad quarum recuperationem ſcholaris
intendens, tradidit hæc interſignia. & ſic legendo tuta
eſſet lectura, uel potes dicere, quòd licet ſcholaris de
furto, quod nondum fur fecerat uel quod fecerat, ſed
ſcholaris recuperauerat, interſignia dare non potuit:
tamen propter uulnus ſibi per furem illatum potuit
& accuſare, & probare, & interſignia dare, ſeruata ho-
die decre. ſecunda, infra eo. ti. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Clerici. Vide ne cle. uel mo. ſententiam, per Io. And. ubi not. ſu-
pra, & idem infra in gloſſ. quòd, & ſuper illa. licet tex. illius. c. fa-
ciat pro in clerico in minoribus.
b ¶ Nouo, uide ibi Barto. & Bar. de Sali. plene.
c ¶ Craſſatores. Ibi uide plenius per Bar.

*SVMMARIVM.*

1 *Abortioui qui mulieri dat cauſam, eſt homicida, ſi conceptus erat uiuificatus, uel dubitetur, nume. 3. & qua pœna legis afficiatur, nu. 5.*
*Cartuſienſium ordo inter omnes ordines remotus eſt à couerſatione fœminarum.*
*Mulieri aſſerenti ſe ex illo prægnantem non creditur.*
2 *Monaci licet mortui dicantur mundo, tamen ex eis fiunt mulieres prægnantes.*
*Ludus cum muliere prægnante quis noxius.*
*Abortire quid, cir. fi.*
3 *Conſilio ſalutari credere bonum eſt.*
*Suſpendit ſe quis ipſum ab officio, ut hic.*
*Sicut mori non poteſt, qui non uixit, ita nec uiuere quis pōt, quin moriturus ſit.*
*In dubio per uita partus iudicatur.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
*Si prægnans mulier à te percuſſa partũ eiecerit qua tenearis pœna. Legis, & nu. 6. canonicè quomodo puniatur, ſupra num. 1.*
6 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT XX.

1 SIcut. Caſus. † Qui dat cauſam abortio
ni, homicida eſt, ſi conceptus
erat uiuificatus: alias non. 2. ibi, Nos uerò
[*Fuerat*] ad aliqualem ſui excuſationẽ hoc
dicebant, quaſi nutrito in Cartuſien. ordine non faci
le id obueniſſet. & uerè inter omnes ordines ille à fœ
minarum conuerſatione remotus eſt. & de hoc ordi-
ne uide, quod dixi, de deci. c. 2. §. religioſos, lib 6. & ſu-
pra de obſer. ieiu. cap. 2. [*Aſſerebat*] ſi ille negaſſet, non
fuiſſet illi credendum, ſuper quo remit. Hoſt. de ꝓba.
per tuas, de fil. presby. Michael, qui fil. ſint leg. tran-
2 miſiſſæ [*Concepiſſe*] licet ergo † monaci dicantur mun-
do mortui, de quo dixi de poſtu. capitu. 2. ſuper gloſſ.
2. tamen imprægnant, vt hic, quandoque commatres
uide in ſpe. de teſte. §. 1. uerſi. Item excipitur, quòd eſt
monacus [*Ludens*] ludus iſte illicitus, & noxius erat, &
ſic non excuſabatur, de præſump. c. 1. ſupra eo. conti-
nebatur, ſecundum Hoſt. unde fateor, quòd hoc caſu
ludus illicitus: ſed ſi poneres iſtum laicum, uel mulie
ris maritum, uel fratrem, uel coniunctum, ſic quòd
licitus eſſet ludus ex perſonis, nec alias ludus eſſet
noxius in ſe, ſed gracilis & agilis, talem euentum non
crederem imputandum, ex quo non præceſsiſſet cul-
pa [*Abortiuit*] ideſt abortiuum fecit [*Propter quod*] ſcili-
cet quia ſic ex ludo ſuo mulier abortiuit [*Conſilio*] li-
3 cet luxurioſus eſſet iſte, tamen alias † conſcientioſus,
& bene fecit credendo tali conſilio, ad hoc ſupra de
ſimo. Mattheus [*Seipſum*] ſuſpendit quis ſeipſum. de
hoc, infra de ſentẽ. excommnicatio. ſi quem [*Et infra*]
formabatur hic quæſtio, an poſsit illius ordinis execu
tionem habere [*Nondum*] ſcilicet tempore, quo traxit
& quo mulier abortiuit [*Viuificatus*] Valerius lib. 5. ſi-
cut mori non poteſt, qui nō uixit, ita nec uiuere quis
poteſt, quin moriturus ſit [*Miniſtrare*] poſt pœniten-
tentiam ſine diſpenſatione, de hoc ſupra de tempo.
ord. ex tenore. Innoc. [*Alioquin*] ideſt ſi conſtat con-
ceptum tunc uiuificatum. & idem puto, cum dubita-
tur, ſupra eodem ad audientiam, infra capitu. penulti.
& ſupra eodem ſignificaſti. 2. & hoc etiam placet Gu.
in ſpe. de lega. in tract. diſpenſationis. §. iuxta, in princ.
4 ult. col. ¶ † Gl. 1. inducit duo ſimilia. all. in contrarium
5 duo iura. primum ſol. de. 2. remit. ¶ † *In 1. gloſſ. ibi, qui ab*
*ortionis*] uide hanc & ſe. ſupra capitu. ſi aliquis ſuper 1.
gloſſ. [*Et ibi. §. ſi mulier*] teneris Aquilia, ſi mulier præ-
6 gnans a te percuſſa partum eiecerit. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, conſu*
*luiſti*] ubi de hoc [*& ibi, ſi mulierem*] quam. l. intelligas
cum hac diſtinctione, quòd ibi dicitur. l. Cor. de ſic.
damnari mulierem in exilium quæ procurauit ab-
ortum, intelligatur de non uiuificato, aliàs eadẽ. l. pu-
nitur ultimo ſupplicio, ut in §. qui abortionis. Hoſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerico ciuiliter petenti iuſtitiam de laico, non imputatur, ſi iudex ſecularis in illum uindictam ſanguinis exerceat, etiam ſi placeat ei poſtea ſuſpenſio furis, nu. 2. contra laicum agere de quibus, permiſſum. nu. 6.*
2 *Vix quod fit, tamen fit.*
3 *Contemnere quis dicatur iudicem.*
*Excommunicationem ſuſtinens animo indurato per annum ſuſpectus de hæreſi.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nume. 5.*
*Durius ſi quis puniatur à iudice quàm à me petatur, non eſt imputandum mihi, & ſupra nu. 1.*
6 *Additio gloſſarum.*

CA-



CAPVT XXI.

POſtulaſti. Quære in quarta com-
pil. de fo. compe. poſtu
laſti, quæ eſt pars huius. & hoc dicit. Cle.
1 rico † ciuiliter iuſticiam petenti de laico
non imputatur, ſi iudex ſecularis in illum ſanguinis
uindictam exerceat. 2. ibi, Ad quod [*Debitas*] quocun
que iure communi, uel ſpeciali, non curo [*Vix*] quod
2 † uix fit, tamen fit. ff. de iudi. uix certis. Hoſtien. infra de
cog. ſpi. capitulo. 3. libro ſexto, vnde reprehendit Gof.
illos, qui exponunt, Vix, ideſt nullo modo, dicens,
a quòd ſi clericus actor nullo[a] modo crederet ad effe
ctum ſuæ petitionis poſſe perueniri, niſi cum ſangui-
nis effuſione, potius deberet poſt decimas dimittere
primitias, quam inuocare ſeculare brachium, uel co-
ram illo agere: ſed tene quod habes infra capitulo ſe-
cundo libro ſexto. an uerò ſi agenti ciuiliter ad res
ſuas, contra furem, poſtea placet, quòd fur eſt ſuſpen
ſus, ſit ipſe ex hoc irregularis? Dicit Goffr. quòd non,
in ſpe. de le. in trac. diſpen. §. iuxta, uerſi. quid ſi agen-
ti. 14. colum. [*Effuſſione*] forte graui & multorum ho-
micidiorum, ſecundum Hoſtien. [*Si te huius*] alias de
huius. & intelligitur hoc, cum illi excommunicatio-
3 nem propter hoc in ſe latam contemnunt. & † dicen-
tur contemnere ſecundum Hoſtien. ex quo infra diẽ
per hominem aſsignatum non ſatisfaciunt, de con-
uer. con. ex publico, de dolo, & contu. cum dilecti, de
proba. licet. quod ſi per annum illam ſuſtinuerint ani
mo indurato, reddunt ſe ſuſpectos de hæreſi, de hæ-
reti. excommunicamus. §. primo [*Exercuerint*) iuſtè vel
4 iniuſtè, ut no. infra capit. ſecnndo, libro ſexto. ¶ † Glo.
2. Reſpon. per quæſtionem, & ſol. contra quam alle.
5 4. iura ¶ *In* † *glo, 2. uer. ſi tamen*] ſi filius patroni accuſabat
libertum de crimine, cuius pœna non erat capitalis,
ſed iudex impoſuit capitalẽ hæc accuſantẽ non remo
uet à bonorum poſſeſsione cōtra tabulas [*Et ibi, ſi per*
*imprudentiam*] uide de empt. & uen. c. fin. in glo. penul.
6 ¶ † *In gl. 1. ibi, quorundam*] ad idem ſupra de app. à nobis.
poſſet etiam agere ad captionem, ſupra de depoſi. gra
uis: ad fuſtigationem. 14. quæſtio. 6. ſi res. 12. quæſt. 2.
fraternitatis. 23. quæſtio. quinta, circuncelliones: & ad
ſeruitutem per decre. præ. ita quorundam, & 15. quæ-
ſtio. ulti. cum multę, trigeſimaſexta. q. 1. de raptoribus,
ſecundum Goff. qui hoc no. ſupra eod. tua. [*Et ibi Ma-*
*ximianus*] ubi de hoc, & ſecunda quæſtion. ſeptima, lai-
cos; alleg. capitulum ſe. & 14. quæſt. 6. capitulo primo,
[*& in fin.*] hodie dic, ut infra eod. c. 2. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Modo tamen ſic exponitur. ff. de aſſi. lib. l. fina. & ff. ad Velle. tu-
tor: aliter exponitur in l. uix certis, ff. de iudiciis.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicidium caſuale cui non imputetur.*
*Veniam poſtulare non nocet. & nume. 6. an hoc ſit perpetuum ibid.*
*Puerilis ætas infra. 14. annos.*
*Iactus percuſſio quæ inducat irregularitatem clerico.*
2 *De uulnerato tenetur non de occiſo, ſi uulnus mortale non ſit.*
*Mentitus quis non creditur in extremis, maxime quando iurauit.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum nu. 4.*
*Pupilli natura, & obligatio quæ, & nu. 5.*
*Furioſi item, & nu. 5.*
*Crimen contrahitur, ſi uoluntas intercedat nocendi.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Ludus inter quos noxius iudicatur. §. 2.*
*Vociferatio quæ damnetur. §. penul.*
*Renuntiaſſe non uidetur puer committendo ſe patri*

CAPVT XXII.

1 EXhibita. C. † Homicidium caſua-
le non imputatur ei, qui
non occidit, nec fuit in culpa, etiã ſi ad cau
telam ueniam poſtulauit. Et in i. petitio. in
2. exauditio. 2. ibi, Quocirca [*Puerili*] i. infra 14. annos,
infra de delic. pu. c. 1. cũ ſi. (*Ex illis*) coętaneis (*Poſt eum*)
quẽ inſequebatur [*Corruens*] huic ruinæ non dedit cau
ſam iactus lapidis, quod ſi fuiſſet, irregularis eſſet, ut ſi
percuſsionem illius lapidis fugiens, in alium corruiſ-
ſet. Vincen. Innocent. & Abb. [*Incuria*] hæc duo non
2 ſunt clerico imputanda [*Expirauit*] ubi uulnus † morta
le non eſt, ſed perit homo per negligentiam, de vulne
rato tenetur, non de occiſo. ff. ad. l. Aquil. qui occidit.
§. fin. [*Extremis*] quando non creditur fuiſſe mentitus,
arg. ſupra de præſump. literas. ſed ex quo hoc iurauit,
fuit etiam ſibi omnino credẽdum. 1. q. 7. ſancimus, de
præſumpt. afferte. C. de proba. rationes; in auct. quod
obtinet. ff. de le. 3. cum quis decedens. §. codicillis, ma-
ximè cum de conſcientia quæreretur. ad hoc ſupra e.
ſignificaſti, ſecundum Hoſ. Dicebat Vinc. quòd iura-
mentum parum reuelat, cum ſit teſtimonium unius.
33. q. 2. admonere [*Ita eſſe*] omnia ſuperiora compre-
3 hendit, ſupra de reſcrip. olim. ¶ Antepe. & ult. glo. Rñ.
4 per ob. ¶ Vlti. arguit, & tenet contrarium. ¶ † *In gloſſ. 1.*
*ibi. l. 1. in fi.*] uide de delic. pu. c. 1. ſuper glo. pe. [*Et ibi, pu-*
*pillus*] ibi dicit tex. neque ſcire, neque diſcernere talis
ętas poteſt. ¶ *In glo. 2. ibi. §. 2.*] furioſus, & pupillus ſine
tutoris auctoritate non poteſt incipere poſsidere: qa
affectionem tenendi non habet [*Et ibi, pupillum*] ſequi-
tur, ꝗ proximus pubertati ſit, capacem eſſe furãdi, &
iniuriæ faciendæ. ¶ *In glo. 3. ibi, diuus*] ibi iacet litera, vt ſ.
[*& ibi. l. 1.*] crimen ꝯhitur, ſi uoluntas nocendi inter-
cedat. ¶ *In gl. antepe. ibi. §. pe.*] uide de teſti. ſicut, ſuper. 2.
5 gl. ¶ *In gl. 2. ibi, furioſo*] cui non imputatur homicidiũ, vt
in conſtitu. Cle. eo. titu. ſi furioſus [*& in fin.*] uel qui bo
num à malo diſcernit, quod uerius eſt quo ad delicta
ſecundum Hoſtien. per dec. 1. de deli. pu. ¶ *In glo. 3. in fi.*]
Iac. hic neutrum ſpectatur: quia nec uoluntas interue
nit, nec actus. ¶ *In gloſſ. in hoc ibi, uidetur*] aliquantulum,
Goff. [*& in fi.*] uerum eſt inter maiores: ſed inter pue-
ros non debet talis ludus noxius iudicari. Hoſtienſis.
¶ *In glo. ipſe. in fi.*] ſicut ſi auditis ſubitis uocibus aliquis
perterritus offenderet ſe ad lapidem, non tenerentur
uociferantes, ſi non eſſent in dolo: ita tamen, quòd
uoces eſſent temperatæ. ff. loca. item quæritur, ſecun-
dum Vin. ſm quem non ob. huic. c. ſup. e. contineba-
tur: quia ibi fuit in culpa & ludum aggrediendo, &
falcem non remouendo. ¶ *In glo. pe. ibi, culpabilis*] ſupra
6 de elec. uenerabilem, uer. ſeruis quoque. Dicit † Hoſt.
quòd in iudicio, uel quaſi ſolenniter & publicè abſo-
lutio petebatur: alias extra iudicium etiam ſententiæ
obſeruatio non obeſſet, ut patet. ſ. de reſti. ſpo. olim.
3. nec etiam in iudicio, ſi talis petitio fieret ad cautelã
ſic infra de ſenten. excommunicatio. uenerabili. hic
autem petita fuit uenia extra iudicium ad cautelam
ex benignitate, compaſsione, & humili liberalitate. vt
mitigaretur dolor & cæt. ut dixit tex. & ideo non no-
cuit ſecundum eum [*& in fi.*] dicebat Vincent. quòd
puer committendo ſe patri non uidetur ſuo iuri re-
nuciaſſe, de renun. ueniens. ad hoc de iu. iur. Quinta-
uallis, ſi puer petiuiſſet ueniam, uidetur recognouiſ-
ſe, de accu. ueniens. ¶ *In glo. ult. in fi.*] idem Go. & Ho. ſe
cundum Inn. eſſet diſpenſatio, cum occaſione lapidis
proiecti fuit læſus, aliàs eſt ius commune.

*SVMMARIVM.*

1 *Ioannes And. auctor decretales incipiens a nomine ſuo, ſicut hanc commentatus eſt, & qualiter.*

*Homi-*

2 *Homicidium caſuale cui non imputetur, & nu.7.& 9.*
*Diuiſio decretalis.*
3 *Humiliter quæ agenda.*
*Monſtrandi uerbi uſus.*
*Campanas pulſare cui incumbat, & nu.7.& 11.*
4 *Eas ubi liceat habere, earum pulſatio cur fiat, & quibus, & nu.6.*
5 *Ad infirmitatem mortalem nulla ualet medicina.*
*Pœna ibi nulla, ubi nulla pœna.*
7 *Ad officium meum quid ſpectare, dupliciter intelligitur.*
*Minorum ordinum officium per maiorum aſſumptionem quis non perdit.*
8 *Caſus quos quis præuidere teneatur: aliàs ei imputatur, & nu. 9.*
10 *Conſtare qualiter poſſit, & cui quod ſcribitur hic à papa, cum Ioã. ſolus eſſet presbyter cum mortuo, remittit.*
*Fides fieri debet ordinario, ubi ſpetialis commiſſio non fieret.*
11 *Sine culpa non eſt, qui ſe immiſcet officio ad ſe non pertinenti, excipitur, & nu. 12.*
*Irregularis quando fiat quis exerecens officium ad ſe non ſpectans ob mortem uide ſecutam, & nu. 12.*

## C A P V T XXIII.

1 IOannes. Nomini † & repetentibus fauendo commentemus
& iſtam, & ternario numero ipſius lectu-
ram expediã. primo rubricam continuan-
do ſubiungam aliqua circa illam. ſecun-
dò textum, & gloſſ. expediam. tertiò aliquid utile re-
citabo. ad primum, Rubrica ſic continuatur &c. ut di
xi, ſupra ſuper rub. Eſt autem ſciendum, quòd decre.
hæc facit ad ſecundam partem rubricæ, ut iam pate-
bit. Circa ſecundum & cæt. ut ſupra de cle. con. Ioan-
nes. hæc additio ibi. Tertiò literam exponam, gloſſas
omnes, quia breues & textuales ſunt, recitando, Gof-
fred. & cæt. ut ibi. Et primò in ſumma decre. hoc dicit.
2 Caſuale † homicidium non imputatur ei, qui dabat
operam rei licitę nec fuit in culpa. Diuiſio. quia duæ
ſunt partes. prima factum narrat: ſecunda diffinit ibi,
Nos igitur. Et prima tria facit, narrat actum Ioannis,
& cauſam illius actus, & caſum ex illo ſecutum, ſecun
dum ibi, ut ſigno. tertium ibi, Cadens. Secunda prin.
duo facit. ponit primò diffinitionis cauſã. 2. ibi, diſcre
tioni, diffinit. legatur litera. Ioannes [*Vt Signo.*] groſſa
litera [*Cadens*] litera groſſa [*Qui cum*] groſſa litera [*Nos
igitur*] 2. pars [*Diſcretioni*] litera groſſa. caſus patet, expo
3 namus literam [*Humili*] no. humiliter † proponẽdum
coram ſuperiore, maxime coram papa. propter ea q̃
no. ſupra capitu. proxi. in fine. Humiliter ingrediendã
eccleſiam, de immu. eccle. decet, in prin. libro ſexto.
Humiliter docendum, de ma. & ob. capitu. fina. [*Mon-
ſtrauit*] ſic ſupra capitu. Petrus, de cle. coniug. Ioannes
[*Pulſaret*] cuſtos erat, ad cuius hoc ſpectabat officium
Iaco. puto iſtum fuiſſe cuſtodem, & miniſtrum ad
hoc in eccleſia cathedrali; quia decre. dirigitur epiſco
4 po, & capitulo [*Campanas*] has † non licet habere in pri
uatis oratoriis; quod dic, ut infra de priuile. patenti-
bus [*Signo*] arg. quod ſigno fit uocatio, præceptum,
uel inhibitio, ſecundum Vincen. ita, quòd conſtituit
non parentem inobedientem, negligentem, uel re-
nunciantem per iura, quæ alle. gloſſ. [*Dato*] & per po-
pulum audito [*Populus*] illius parochiæ, ſed non alte-
rius, ſupra de paro. cap. 2. [*Diuina officia*] Item ſcilicet
ad audiendum uerbum dei, de quo infra de ſentent.
excommuni. Reſponſo, uel ob aliam. iuſtam cauſam
[*Cadens*] quem caſum presbyter non credebat, nec cre
dere ueriſimiliter tenebatur [*Puerum*] factum narrat:
quia idẽ de adulto [*Coram eo*] presbytero pulſante, fue-
rat ergo & ipſe proximus periculo [*Qui*] puer [*Morta-
5 le*] no. † pro prouerbio ad infirmitatẽ mortalem nul-
la ualet medicina [*Deceſſit*] hoc intellige, quòd for-
ſan hi, quibus ſcribitur, prohibeãt illum ab executio-
ne ſacerdotii [*Nihil*] not. ubi nulla eſt culpa, nulla ſit
pœna, de conſtit. cap. ſecundo, cum ſi. [*Omnes*] i. iſtum
ex omnibus. 1. quęſtio. ſeptima, ſi quis omnem [*Si con-
ſtiterit*] intelligebatur, de reſcrip. capitulo ſecundo [*Sa
cerdotale officium*] de quo uide ſupra de cor. uiti. ſignifi-
6 cauit. ¶ † *In gl. 1. in fin.*] & de elec. in cauſis, & ſi uis ſcire
multa campanarum ſigna, uide quod dixi in prędic.
dec. 1. de offi. cuſto. ſuper. 1. gloſſ. ¶ *In glo. 3. in fin.*] hoc
dicit, quia gloſſ. ulti. ibi fuerat hic, Iaco. ¶ *In glo. ult. ibi,
communi*] Iaco. idem Vincen. Goffred. Phi. & Hoſtien.
¶ Notabilia repetere potes, quæ iam ex tex. collegi.
7 Ad decre. opponitur. certum eſt, ꝙ † homicidiũ caſua
le imputatur ei, qui facit, quod ad ſuũ non ſpectat offi-
cium, ſupra eodem tua. ſed ſonare campanas eſt offi-
cium minorum clericorum, & non ſacerdotum. 25.
diſt. perlectis, uerſi. ad primicærium. Ad hoc de cele.
miſ. capitulo primo, de mai. & obe. ſtatuimus. & ad ta-
lia debet preſbyter habere clericum, de ui. & honeſta.
cleri. ut quiſque. ergo caſus homicidii ex tali actu ſe-
cutus imputandus fuit huic ſacerdoti. Sol. ſunt quæ-
dam non ſpectantia ad alterius officium, quia prohi-
bita, & de his loquitur contrarium. Sunt alia non ſpe-
ctantia non quia prohibita, ſed quia ad illa non tene-
tur, vel cogitur forte propter reuerẽtiam perſonæ, vel
officij, quale eſt hoc. non enim officia minorum ordi
num perdit quis per aſſumptionem maiorum. 64. diſ.
geſta, & capitulo. Honoratus. & de hoc dixi ſupra de
renun. ad ſupplicationem, ſuper gloſſ. fin. Et de his hic
loquitur. probatur hæc ſo. nonageſimaquinta diſtin.
illud. Præterea nec certo ordini deputatum eſt hoc of
ficium. unde etiam laicus hoc exercet, ut dixi ſupra de
cle. coniu. Ioannes. & preſbyter exercet uiliora iſto. ſu
pra eodem ex literis. 1. & 2. ¶ Opponitur. 2. hic dici-
8 tur, quòd † non imputatur ei, qui non præuidit, quod
euenire poterat, & concor. infra. c. fi. contra infra eod.
c. ul. li. 6. ſupra de elec. licet, de ſer. non ordi. ca. 1. ubi de
hoc, de procur. capitu. 1. ff. loca. ſi quis domum. §. 1.
cum ſuis concor. So. ſunt quidam caſus inopinati &
fortuiti, quos diligentiſsimum hominis cõſilium præ
uidere non poſſet. C. de pi. ac. quæ fortuitis, & illos nõ
tenetur quis præuidere: quia id eſſet diuinare, & ſic ho
mini impoſsibile, & ad talia nõ obligamur. 22. q. 2. bea
tus, infra de regu. iur. nemo poteſt. nec nocet ignoran
tia artis magicæ, cum ſit prohibita, infra de ſortile. c. 1.
Sunt alii caſus opinati, quorum euentum diligens po
tuit & debuit præuidere, ſicut cõducens à fructuario,
& ſoluens precium futuri quinquennii, præuidere po
terat uſufructum prius poſſe finiri per ipſius mortẽ,
ut in l. ſi quis domum. Idem de illo, qui conducit à cle
rico. de hoc ſupra ne præ. ui. ſu. c. fi. In illo, qui mandat
uerberari, præuidere poterat mortem, uel mutilatio-
nem inde poſſe contingere. Idem in ſi. iura etiam fiũt
ad prouiſionem futurorum, de his loquuntur contra
9 ria. Item † opponitur, hic dicitur fortuitum caſum ho-
micidii non imputari illi, ex cuius actu euenit. contra,
ſupra eo. continebatur, & c. ſicut, infra. c. ul. li. 6. So. in
contrariis præceſsit culpa. Item opponitur, ꝙ iſte tem
peſtiuè & altè præmonere debuit illum, cui ex facto
ſuo etiam per caſum fortuitum imminebat periculũ
infra c. ul. Sol. ſunt caſus fortuiti ita repentini, qui nec
poſſunt præuideri, vt ictus fulguris, & his ſi. & talis fuit
iſte. Sunt alii qui poſſunt præuideri in inchoatione pe
riculi, ut cum apparent ſigna proxime ruinæ, uel fra-
10 ctionis, ut ibi. ¶ Ad q̃ſtiones uenio. primò † quęro, cũ
papa hic ſcribat, ſi conſtiterit ita eſſe, quomodo hoc
poſsit conſtare, cum forte ibi presbyter cum mortuo
ſolus eſſet: ſolue, ut no. ſupra c. ſignificaſti. 1. Item q̃ro,
cui debeat hoc cõſtare, uel fides hæc fieri? R̃ndeo illis
quibus ſcribitur, & ſecundum hoc ubi dicit, ſi coſtite-
rit,



rit, ſupp. uobis. ſed aliàs, ubi ſpecialis de hoc commiſ-
ſio non fieret, ordinario deberet fieri fides. Item quæ
ro, cum dixerim in text. quòd iſte forſan cuſtos erat.
11 ¶ Quid, ſi † preſbyter iſte cuſtos non erat, nec ſonare
ſpectabat ad illum, ſed ad alium. videtur, ꝙ adhuc nõ
ſit irregularis, ex quo bono zelo, & ex iuſta cauſa hoc
faciebat. Abſit enim, ut ea, quæ &c. 23. q. 5. de occiden
dis. Dic cõtra per regulam, non eſt ſine culpa, cũ ſuis
concor. infra de regu. iur. lib. 6. ad idem eo. tit. ea quæ,
& infra de non ord. mi. c. 1. & 2. Ad contrarium reſpõ
detur, quòd non ſufficit bonum facere, niſi & hoc be
ne fiat. de hoc. de collu. c. 1. ſupra de poſtu. c. 2. ff. de re.
mi. l. 3. §. in bello. & hoc intellige, niſi ille hoc feciſſet
ex commiſsione illius cuſtodis, ad quem ſpectabat,
uel ſuperioris illius, puta epiſcopi, uel archidi. uel niſi
ex conſuetudine hoc licuiſſet; puta quando pulſaba-
tur ad plebem, uel eccleſiam cathedralẽ habebat con
ſuetudo eccleſiæ, quòd unus de preſbyteris eccleſiæ,
uel clericis, qui primò occurrebat, pulſabat in illa ca-
12 pella. ¶ Item † quid ſi pulſaſſet ad captionem furis, uel
alterius malefici, ut eſt moris, uel quid ſi pulſaſſet ad
auxilium ſuum, quia obſidebatur in domibus eccle-
ſię, & imminebat ſibi periculum? ſolutionem horum
collige ex his, quæ dixi, ſupra eo. ſignificaſti. 2. in gloſ.
ergo ſi uoluntatem, & ſupra ne cle. uel mo. ſententiã.
Item quid ſiquis pulſaſſet arengam, ubi publicè iudi-
catur malefactor ad mortem, uel truncationem? Dic
eum irregularem. Io. And. Item quid de laico ſonante
ad horas. vel campanas communis. Item quid ſi eccle
ſia non habebat populum, uel habebat, ſed non ſole-
bat propter campanam uenire?

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericus pugnans etiam contra Saracenos, irregularis eſt ſi quem occidat, & in dubio: aliàs non, excepto caſu.*
2 *De damnis in bello datis, qui teneantur.*
3 *Celebrare quæ impediant.*
*Comparatiuum pro poſitiuo.*
4 *Dubium erroneum ad præceptum prælati deponendum. ſi deponi non poteſt, ſequatur quiſque conſcientiam ſuam, licet erroneum.*
5 *In bello an intereſſe & quid facere ibi poſſint, & ſupra num. 1.*
*Incitare, & hortari debilioris eſt fortiorem.*
*Arma quæ clerici, & qui ferre poſſint, & quibus de cauſis.*

## C A P V T XXIIII.

1 PEtitio. Caſus. † Clericus pugnãs etiã
contra Saracenos irregularis
eſt, ſi aliquem illorum occidit, & in dubio
abſtinebit. communis diuiſio. ſecunda ibi
mandam. [*blaſphemi*] forſan Iudæi, uel Saraceni, de Iu-
dæis, c. 1. & c. cum ſit. ſed ꝙ etiam mors pagani irregu
laritatẽ inducat, probatur, ſupra ca. ſicut. 2. [*Contra eos*]
inimicos, & blaſphemos [*Hinc inde*] i. ex parte Chriſtia-
norum, & inimicorum [*Percuſiſti*] not. ꝙ formabatur,
quæſtio de percuſsione, & Papa de interfectione re-
ſpondet. per quod patet, ꝙ licet aliquos percuſſerit,
dummodò ex illa percuſsione mors ſecuta non fue-
a rit, irregularis non [a] erit. contra de cle. percuſ. præſen-
tium. Sol. ibi. & habet hoc locum ſecundum Inno. in
bello iuſto, de quo hic loquitur. de hoc, ſupra de iure
iur. ſicut, ne clerici uel mo. ſententiam. ſi verò bellum
eſſet iniuſtum, quodcunque conſilium, uel auxilium
ibi dediſſet in mortem, uel ſi obueniſſet mors ſua cul
pa, uel negligentia, irregularis eſſet l. diſt. quantum di-
cit, & ca. ſeq. per quod uidetur, ꝙ ſi euntes ad bellum
iniuſtum, fauorem præſtent ſuis, puta quia ſecurius
offendũt, uel quia aduerſarios terrent, ut fugiant, uel
ut defendere non audeant, uel quòd amici, qui in ip-
ſorum auxilium uenerant, illos deferant; irregulares
ſunt, ſi mors ex his ſequatur. Quod ſi cauſa pacifican-
di, uel alia iuſta iuerit, licet aliquod robur illis accre-
ſcat, uel timor aduerſariis, dummodò abſit dolus, &
lata negligentia, non eſt imputandũ. & hoc bene pro
bat prædictũ. c. quantum, à cõtrario, & ſupra eo. preſ-
2 byterum, ſecundum Innoc. An † uerò tales teneantur
de damnis ibi datis, dixi ſupra eo. ſicut dignum. §. eos
inſuper, in glo. ma. ultra me. uer. & idem eſt. De mate-
ria, & uerbis huius gl. uide in ſpe. de lega. in trac. de di-
ſpen. §. iuxta, uerſus fi. uer. Item clericis pugnantibus,
& ſequentibus [*Interfectione*] per te facta. Vin. [*Remordet*]
3 ergo, ſi † non remordet, poſt pœnitentiã poterit cele-
brare: quod eſt uerum, niſi ſcandalum, uel publica in
famia aliquid inducat, ſupra eo. ex literis, in prin. [*Re-
uerenter*] adde quod habes, infra de cle. percuſ. c. pen. &
ult. [*Conſultius*] i. conſultum non eſt enim comparatio
de periculo ad ſecuritatem: de neceſsitate ad conſiliũ
ad idem ſupra c. ſignificaſti. 2. [*Dubio*] probabili, quam
4 uis occulto, ſupra c. ad audientiam, dubium † enim er
roneum ad præceptum prælati deponendũ eſſet, de
ſen. ex. inquiſitioni, ꝙ ſi deponi non poſſet, ſequatur
quiſque conſcientiam ſuam, licet erroneam, de ſimo.
5 per tuas 2. ſecundum Hoſti. ¶ † *In glo. 1. ibi, hortari*] Hier.
ad Iulia. 2. C. ahletę ſuis incitatoribus fortiores ſunt, &
cũ monet debilior, pugnat ille, qui fortior eſt [*& ibi, pu
gnare*] nec gubernare naues in pugna, infra de pœnis.
quod in dubiis. & ubi illicitum eſt bellum, non debẽt
intereſſe armati, ſupra eo. ti. ſicut dignum, ad fin. & li-
cet quidam dicant clericos in minoribus poſſe ferre,
arma, ad id 20. q. 3. eos, & 32. di. c. 1. dico tamen contra
niſi cauſa defenſionis, vt clypeum, vel loricam: vel nõ
niſi ad terrorem, ut in obſidione. l. di. de his: uel in via,
vel ex cauſa, vt ſi haberent inimicitias, ſed nunquid in
bello poſſunt lanceas dare pugnanti? credo ꝙ ſic ante
conflictum. Vin. uide quod dixi, ne cle. uel mona. ſen-
tentiam, in glo. dicunt quidam, & de Iudæ. ita quorũ
dam, ſuper 3. glo.

---

N N O T A T I O N E S.

2 ¶ Non. Intellige, prout no. ſupra eo. ſignificaſti, el 2. & per Bart. in l. ff. ad l. Cor. de ſicariis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Templum Dei ædificare opus licitum.*
*Ius certum eſſe ſufficit, licet factum neſciatur.*
2 *Periculum ut & uitetur ex alio, quid facere incumbat in ſuperiori loco operanti, & oneraria animalia conducenti.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
*Caſus fortuiti quando non imputetur.*
*Innumerabiles ſunt, num. 4.*
4 *Additio gloſſarum.*

## C A P V T XXV.

QVidam. Pone caſum, ut ſupra eod.
Ioannes, & 2. ibi, Attenden
1 tes [*Aedificationem*] ecce † opus licitũ. Quis
enim accuſabit iſtũ, quòd templum Dei
ædificauerit. 12. q. 2. aurum [*Cum laqueari*] cum quo la
pides trahebantur, quomodo fuerit hoc factum, non
patet hic, & ſufficit ius certum eſſe forte cum ædifi-
cio, quod uocamus la uerla, trahebant in altum lapi-
des, uel tigna, & dum pondus eſſet eleuatum, ut debe
bat, & opera iſtius leuantis, & leuatum tenentis, cum
ſacerdos intenderet diſſolutioni ipſius laquei, & depo
ſitioni ipſius ponderis cœpit frangi ædificium ita,
quòd inferioribus, licet non ſuperioribus, immine-
bat periculum, & tunc presbyter clamauit ad inferio
res, ut ſequitur [*Hac occaſione*] ruinæ, quam fecit cum

laqueari[*debuit*]& potuit. impoſsibilis enim nõ eſt de-
2 bita[*Circunſtantibus*]quos†uidebat. alias ſufficit circun-
ſpexiſſe, ſupra eo. ex literis. 1. Vinc.[*Voce*] quandoque
præco obauditur. ff. de in integ. reſti. diuus. Vin. [*Quod
intelligere*]reſpicit, quod dixerat alta uoce, ac ſi dicat, ſi
ita ſubmiſſe dixiſſet, ꝙ non potuiſſet intelligi, fuiſſet
in culpa[*Fugere*] hoc reſpicit, quod dixit, tempeſtiuè,
quaſi ſi tardaſſet, in culpa fuiſſet: ſic ſolent ii, qui con-
ducũt mulos, vel aſinos oneratos poſt, q̃ te truſerint,
3 dicent, cauc. ¶†*In glo. ult. ibi §. ſi eo tempore*] uide de ſent.
ex. c. 2. ſuper glo. tunc enim[*& ibi, Iul.*]libertas in frau-
dem creditorum non datur: ſed ſi habens aliã ſubſtan
tiam, ſeruum manumittit, ualet, licet poſſet fieri, non
ſoluendo, quia caſus aduẽtitii non ſunt computandi
[*Et ibi, ſi putator*]loquitur de illo, qui putabat arborem
uel ramum in loco, in quo non erat publicũ iter: aliàs
debuit prius clamare[*Et ibi, ſi cum debitor*]uide de purg.
4 ca. conſtitutus, ſuper gloſ. 2. ¶†*In glo. ulti. ibi, præuidere*]
ſunt etiam tot, quot non poſſent numerari. C. de uſu-
fru. l. pe. in medio. C. de præſcrip. 30. an. l. fi. poſt prin. ff.
ſi quis cau. l. 2. §. 2. & 3. & quaſi per totum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Continuatio tituli.*
*Extrauagans Ioannis reuocatoria conſtitu.*
*Clem. V. de torneamentis.*

## De torneamentis, Rubrica.

1 ¶Viſo†in genere & in ſpecie de homicidio, quia ſunt
quidam actus, ex quibus interdum, licet non ſemper,
prouenit homicidium, ideo hanc, & duas ſequen. ru-
bricas annectit. In exrrauaganti Ioan. quia in futuro-
rum, patet reuocatio conſtitutionis, quam fecerat
id ſit opus miſericordiæ, uel liberalitatis. ſed dicūt cō
ſiderandum tempus, & locum, & ſimiles circunſtan-
tias, & conferendum bonum, quod ſequitur ex omiſ
ſione mutui, nam ſi magnum bonū ſequitur ex ope-
re uirtutis, ut quia paſcuntur pauperes famę morien-
tes, ædificatur eccleſia, emuntur ornamēta perpetuò
deputāda miniſterio diuino, & ex dimiſsione accipiē
di mutuum modicum bonum ſequitur, quia credi-
tor iam eſt uſurarius uoluntate, & paratus eſt alius, q
accipit, hoc caſu non ſolùm oblata accipere, ſed e-
tiam rogare, ut mutuet, & uſurario dicere, quòd licet
omni caſu ſit peccatum, minus tamen, cum mutua-
tur in bonum opus. Sed è contrario, cum uideret illū
paratum pœnitere, uel ſaltem uelle decætero abſtine
re, uel non inuenientem aliū, qui uelit accipere, tunc
maius eſt bonum abſtinere à mutuò, quā ex illo opus
facere, quāuis uirtuoſum. Sed dices, Nunq̄ eſt facien-
dum peccatum propter bonum. ſed peccatum eſt da
re operam, ut quis fęneretur, ergo nunquam debeo
recipere. Soluit Inn. uſurario peccatū eſſe dare ad vſu
ram. & hoc ego non ſuadeo, ſed me prælegere potius
eſt ei bonum, licet non meritorium, q̄ malum. Plus,
quia prædicto caſu, cū. ſ. ille paratus eſt dare, & alius re
cipere, uidetur mihi licitum recipere nedum pro ope
re uirtutis, ſed etiam pro indifferenti. Pro illicita verò
cauſa peccat, & ſic recipiendo, & uſurario ſuadendo.
plus uidetur, ꝙ ſi ex omiſsione alimoniæ pauperum,
uel alterius pii operis magna pericula corporum, vel
animarum timentur, tunc ſi inuenerit habens pecu-
niam, granum, uel aliud illi operi neceſſarium, & ro-
gatus nolit dare, uel mutuare, poteſt ſuaderi, quòd il-
lam ſpeciem mutuet ſub uſuris, q a minus in hoc pec-
cabit, quam faceret in tanta neceſsitate illam abſcon-
dendo, ar. quia inter duo mala ſuadendum eſt, quòd
uitetur maius ſecūdum Inn. qui prædicta recitat [*Ali
3 quam*] ut ſ. ſine peccato quis fœneretur, ſaluo quod di-
citur. ſecundum unum modum legendi. 14. quæſtio.
4. ab illo. ſed iam comiſſo crimine remittendo di-
ſpenſari poſſet. Goff. facit quod not. infra eod. præte
rea [*Sacra*] ideſt doctorum ſacræ eccleſiæ. uel l. cano-
nica [*Vita*] imminente. ſcilicet morte, & ſeparatione
corporis ab anima [*Mentiri*] Hoſtien. remit. ad ſum. de
pœni. §. quæ interroges, ſub. §. dixiſti unquam menda
4 cium [*Redimenda*] maius† periculum eſt mortis immi-
nentis, quam captiuitatis, & minus crimen menda-
cium, quam uſura. ergo, quod non licet in primo, mi
nus licet in ſecundo [*Vita*] ideſt libertate uitæ. uiuit e-
nim, licet ſit captiuus, nec imminet mors propinqua
[*Captiui*] tamen res eccleſię propter hanc cauſam poſ
ſunt alienari, duodecima, quæſtione ſecunda, & ſacro
rum. & qui dicantur quò ad illum caſum captiui, ibi
5 no. & in capitu. ibi ſequenti. ¶Gloſſ. prima, arguit, &
remittit. ¶[*In gl. prima. ibi, malum*] uide: quod hic ſatis ſcri
pſi quò ad uſuram libro ſexto ſuper regu. peccatum
in 3. articulo quæſtionis, in fine dixit Goffred. per di-
ſpenſationem quandoque recedi à bono, cum ſua-
det pietas, pulſat neceſsitas, blanditur utilitas. 1. q. 7. ta-
li. ¶[*In gloſſa ſecunda in fine*] & c. primum. T.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij, qui ſunt ſoluendo, compelluntur reſtituere uſuras etiam
ante concilium receptas.*
*Manifeſti pro notorijs.*
2 *Vſurarum reſtitutio cui facienda, & nu. 9. & à quo, ibid. qui affe-
runt eas exercere non eſſe peccatum ut hæretici puniendi, nu-
me. 3.*
*Damni item cui.*
*Nota, id eſt cognita in fin.*
3 *Peccatum pro pœna eius.*
*Pęna æterna ſine contritione non aboletur.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
*Editio operarum ubi fiat patrono, & cuius expenſis.*
*Patronum non tenetur ſequi libertus.*
*De caſu, & interitu qui teneantur. §. 1.*
*Res empta ſuccedit loco pecuniæ, qua fuit empta. §. 2. & quādo ſit
id uero, nu. 10.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Reſtituti an ipſo iure intelligantur communioni poſt ſatisfactio-
nem.*
7 *Excommunicare an poterit uſurarios iudex delegatus.*
*Reſtitutio rei cuius facienda ſumptibus, & ſupra num. 5. & 2. &
cui, ibid.*
*Vſuram ſoluenti an competat in rem actio, uerſicu. dicebat
Goffred.*

## C A P V T   V.

1 CVm tu. Caſus. † Vſurarii, qui ſunt
ſoluendo, per pœnam late-
ranen. conci. compelluntur reſtituere vſu
ras, quas etiam ante concilium receperũt.
In prima conſultatio tres articulos continens, quo-
rum duo ſunt deciſi. ſecunda ad illos ordinatè reſpon
det ibi, Super his [*Manifeſtos*] ideſt notorios Hoſtienſ.
[*Eorum*] uſurariorum non rectè pœnitentium. Ala.
[*Imprudenter*] ideſt ſine pudore. alias imprudenter, id-
eſt inſipienter [*Et infra*] dicebatur in an, quòd alii dice
bant facultates ſuas ad reſtitutionem non ſufficere,
alii promittbant reſtituere partẽ, quã hẽbant præ ma-
nibus, de aliis dicebant emptas poſſeſsiones, filiis, uel
nepotibus aſsignatas. & ideò dixit infra, Super his [*Nõ*
2 † *ſuperſtitibus*] idem eſſet, ſi neſciretur, cui ſit reſti-
tutio facienda, ut ſi magna præda facta eſſet, uel ciui-
tas aliqua iniuſtè uaſtata. & qui damnum dedit, licet
ſciat æſtimationem damni, neſcit tamen, cui dam-
num dederit. in his enim caſibus æſtimatur, & potius
plus reddet epiſcopo, & ſic poteſt abſolui ſecundum
Hoſtien. [*Erogare*] ſup. per prouiſionem epiſcopi diœ-
ceſani, cui caſus iſte reſeruatur, ſupra de Iudæ. cum ſit.
hoc ideo, ne pecuniam inburſent, uel aliàs malè ero-
gent ſimplices ſacerdotes. nec prodeſt, ſi dicas, quòd
aliquis ſacerdos inuenitur, qui melius ſibi cauebit,
quam multi epiſcopi: quia ſecundum Hoſtien. ſufficit
aliquos inueniri, qui minus, vel non ita bene cauerẽt,
ar. op. Inſti. de auc. tu. circa princ. ibi, Neque tamen. a-
lias ea ratione poſſes generalem prouiſionem diœce.
auferre epiſcopo comittendo illam ſacerdotibus, qui
melius prouidebunt. & ſic hoc non ſentiendum de
toto. 10. quæſtio. prima, regenda, ita nec de parte. ad
hoc ſupra de offic. delegat. paſtoralis. §. primo, dicit e-
tiam Hoſtien. hanc erogationem potius debere fieri
pauperibus loci, in quo datum eſt damnum, uel cu-
ius habitator erat is, cui facienda eſt reſtitutio, quam
extraneis: tum quia melius eſt, quòd uicini commo-
dum inde ſentiant. C. de ſerui. l. ſecunda, & l. præſes:
tum quia uerisimilius eſt inter illos inueniri illum, q
damnum paſſus eſt, uel eius hæredem, quam inter ex
traneos, & illis primò facienda eſt reſtitutio, ut præ-
miſit [*Auguſtini*] quod hodie eſt regula iuris infra de
regu. iur. peccatum, libro ſexto [*Vlla*] aliàs, Illa. & dice
bat Ala. & idem Hoſtienſ. eos alia pœna puniendos,
quia ſunt debitores ex maleficio [*Nota*] ideſt cognita.
T. quod erit, cum bonis ceſſerit ſecundum Hoſtienſ.
aliàs uix erit nota [*Vendi*] non dicit, quòd uendicen-
tur, ſed quòd uendantur, & precium ſoluatur, & ſic
non probat, ad quòd inducitur [*Peccato*] pertinaciter
3 † aſſerentes uſuras exercere non eſſe peccatum, ſunt
uelut hæretici puniendi, ut in cle. eod. titu. ex grandi.
& expone [*Peccato*] ideſt pœna temporali, quam pati
tur pro peccato. ęterna enim nunquam ſine cõtritio
ne, & per illam ſolam aboletur. de hoc ſupra de rapto.
4 cap. 2. ¶ † Glo. 6. & 7. formant, & ſoluunt duas quæſtio
nes. ¶ Antepe. pe. & ulti. reſpon. poſſunt per tres quæ-
5 ſtio. ¶ *In* † *gloſſ. ſed pone, ibi, operæ enim*] ſequitur eo loco
edi debent, ubi patronus moratur, ſumptu ſcilicet &
uectura patroni [*Et ibi, quòd niſi, in fin.*] Si uagatur patro-
nus per orbem, non tenetur libertus ubique ſequi.
¶ *In glo. & licet ibi §. rectiſſime*] uiolentus, & fur tenetur
de caſu, & interitu, ẽt qui prouenit alias ſine culpa ſua
[*& ibi, cum res legata, in fi.*] ubi ſi fundus legatus chaſma-
te pereat poſt moram hæredis, debet æſtimationem:
quia legatarius illum acceptum uendere potuiſſet [*Et
ibi, ſi debitoris*] uide infra eo. quia fruſtra, ſuper gloſſ. 2.
¶ *In glo. ulti. ibi, imperator, in fin.*] rogatus reſtituere, quod
ſupereſt de hæreditate, ſi de precio rerum uẽditarum
alias emit, illæ cedunt fideicommiſſo loco primarum

[*Et ibi. §. ſi rem ſuam*] ſi legans nomen debitoris, de pe-
cunia poſtea ſoluta rem emat, ſupereſt fideicommiſ-
ſi petitio [*Et ibi, ad probationem*] uide de officio delegat.
cum contingat, ſuper gloſ. penulti. [*Et ibi, qui uas, in fin.*]
nummus redactus ex precio rei furtiuæ non eſt for-
tius. leges ſequen. uide in decre. inquirendum, hic al-
6 le. in fine. ¶ † *In glo. 2. ibi, reſtitui*] hoc uerum, ſi uerbum
illud, donec reddant, & cęte. eſſet de uerbis ſententiæ:
ſed, ut dixit Hoſtien. non erat de uerbis, ſed de mente,
& efficacia ſententiæ. q. d. ſernanda eſt ſententia vſque
ad dignam ſatisfactionem, & poſt etiam, donec fuerit
ſententia relaxata, ut ſequitur. ad hoc infra de ſenten.
ex. cum deſideres, nam & præter hoc eſt illi pœniten-
tia imponenda, ut no. de homic. ſicut dignum. §. eos.
¶ *In glo. 4. in fi.*] infra de ex. præla. inter dilectos, de con-
ſue. quanto. ¶ *In glo. ar. quòd, ibi, dicit*] ſecundum Alan.
unde, ut dicebat Innocen. decre. iſta non probat con-
ſtitutionem trahi ad præterita ratione, quæ ſequitur.
7 ¶ *In gloſſ. ſupra eo. quia, ibi, excommunicationem*] dicit. G. Na.
quòd delegatus, cui mandatur, quòd per pœnam La-
teranen. concil. & c. nõ poſſet excommunicare, quod
ſi faceret, non ualeret: quia formam mandati & c. nec
ob. decre. præterea, quæ loquitur in ordinario. ſupple,
uel delegato, qui non haberet talem formam, Io. de
Deo. lib. ſecundo quæſtio. prima, dixit hoc uerum in
ſententia, ſed in proceſſu dicit, quòd excommunica-
re poterit, & aliter punire. & uide in ſpe. de reſcrip. prę
ſen. §. ratione formæ, poſt quartam formam, uerſic.
8 Item ſi delegatus. ¶ *In* † *glo. ſed pone, ibi, Abſentis*] ſpolia-
tor uerò ſuis ſumptibus reſtituet rem in loco, unde
ſpoliatur ſecundum Io. qui hoc not. 3. quæſtio. 1. §. ſed
notandum: aliàs eſt in cap. ſequen. [*Et ibi, operæ enim*] tũ
dic ſecundum Hoſ. quòd cum uſurarius ſit malęfidei
poſſeſſor, refert, utrum transferat ſe alibi, quã vbi vſu-
ras exercuit, & tunc propriis ſumptibus tenetur mit-
tere: an is, à quo extorſit, ſe alibi tranſtulerit, & tunc
expenſis illius abſentis mitteretur nũcius, prout diſtin
guit lex. ff. de rei uen. ſi res, & l. ſi uerò, & l. ſe. & ff. de le.
1. cum res. §. 1. & ff. de eden. prętor ait. §. ſi. & l. ſe. & ad-
de ſm eum, quod no. s. de teſt. iudicãte [*Et ibi, excedant*]
ſup. nec extat fidus gratis portans. ¶ *In glo. & licet, ibi, ut*
9 *hic*] ſi verò partem † reſtituere poſſunt, ſed non totũ, an
ſoluant prius uenienti, no. j. eo. quamquam. li. 6. in gl.
paupertas [*Et ibi, Odoardus*] uide, quod ibi dixi ſuper ult.
glo. [*Et ibi, ne egeat*] uerbum fuit Ala. idem hic Vinc. &
Goff. licet Archi. in decre. quãquam, eod. tit. li. 6. dicat
Goff. hic tenere contrarium. idem etiam Hoſti. hic ad
id, quod in glo. ſequitur, Vincen. reſpondet, quòd hoc
caſu non credit illud procedere ſecundum canones.
Go. in ſum. huius tit. §. in iudicio, dicit illud in foro iu-
ciali locum habere: ſecus in pœnitentiali. ¶ *In gl. pe. ibi,
iuret*] concordat, quod no. infra eod. quamquam, lib.
6. in gloſſ. nomine. ¶ *In glo. ulti. ibi, lucratiua*] dicit Goff.
10 quòd † ſi creditor, uel huius hęres non habeat, vñ ſol-
uat. unde & ſi ipſa res ex cã lucratiua peruenit ad illũ,
q ſoluit uſuras, is, ad quẽ prius ex ſimili cã puenerat, li
beratur. ff. de act. & ob. oẽs debitores, ſm G. [*Et ibi, Ad
ipſum*] uide in ſpe. eo. ti. uer. pone, uſurarius [*Et ibi, alium
caſum*] in milite [*Et ibi, tertium*] in pupillo [*Et ibi, ſi in ec-
cleſia*] hic adde, quod ibi dixi. Dicebat Goff. ſe non cre-
dere, quod dixit Ala. ut ſoluenti uſuram competat a-
ctio in rem ad poſſeſsiones emptas de pecunia, quam
ſoluit, ſicut in caſibus pædictis: ſed dicit, quòd agen-
te perſonaliter debitore, uel eius hærede per officiũ
iudicis creditor, uel ipſius hæres compelleretur ad
hoc, quod hic dicitur, puta etiam, quòd ſi poſſeſsio-
nes prius emptæ uendantur, & iterum de ipſarum prę
cio emantur alię, idem erit in illis: quia illę ſuccedunt
loco primarum, ut lit. penden. eccleſia. ff. de legat. ſe-
cundo, imperator, & l. ſe.

*SVM-*



*S V M M A R I V M.*

1 *Qui uendit rem plus, quàm ualeat, quo caſu peccet, nu. 2. & ad re-
ſtitutionem quando inducendus, num. 3.*
*Vſura in quibus committatur.*
2 *Reditus emptio, uel afflictus an ſit licita.*
*In dubio quod eſt tutius animæ ſequendum, in fine.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
*Valet tanti res, quanti uendi poteſt.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Pretioſiorem rem quæ non faciant.*
*Vſurarij contractus forma in quo.*

## C A P V T   VI.

1 IN ciuitate. Caſus. † Qui uendit
rem plus, quam ua-
leat eo, quòd differt ſolutionem precij,
peccat, niſi dubium ſit an tempore ſolutio
nis plus uel minus ualere deberet. Cõis diuiſi. 2. ibi,
licet [*Seu cinamomum*] in talibus committitur uſura, quę
conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. de hoc di
xi ſupra cap. 1. lib. 6. per quod uidetur eſſe uſura, ac ſi
2 pro. 5. 6. recepiſſet [*Vſurarum*] ex † hoc uidetur, quòd ſi
quis emat reditus alicuius caſtri ad uitam ſuam, uel
ſuam & hæredum, & ad certum tempus tenendos, ſi
reditus annuus cõmuni æſtimatione non excedit an-
nuatim reditum, quem de tanta pecunia in terra em-
pta potuiſſet habere, licitus eſt contractus. Si uerò ex-
cedat communiter, eſt illicitus, argu. infra capit. con-
ſuluit. alii dicunt, quòd quando in perpetuum emit, li
citus eſt contractus ſemper: quia licitum eſt contra-
hentibus ſe decipere in precio. ff. de mino. in cauſæ. 2.
§. penul. ſecundum Innocen. de cuius inferiori gloſſ.
Hoſtien. non plus ponens, dixit hic tenendum, quòd
tales contractus in perpetuum, & ad tempus ad cer-
tum cenſum & ſine regulariter ſunt liciti & conceſsi
per iura, quæ infra allegabo, dummodò neuter deci-
piatur ultra dimidiam, & dummodò in fraudem vſu
rarum nil fiat: aliàs ſecus, de emptio. & uenditio. ad
noſtram. ff. de action. empti. & uenditi. Iulianus. §.
idem Papinianus, C. de uſur. eos qui, & quod no. in-
fra eodem tuas, ad quod accedit. C. de pactis inter em-
ptor. & uendito. l. ſecunda, & l. cum ſe fundum. Sed
Innocent. dixit quibuſdam uideri, forte bene, quòd
ſi quis emit reditum conſtitutum ante contractum,
uel uenditam actionem, ſiue conſtitutus fuerit in re,
puta in domo, uel poſſeſsione, uel aliis huiuſmodi, ſi-
ue in perſona, puta ſerui, uel liberti, uel ruſtici, uel a-
ctio, vel nomen. Item ſiue ſit certus reditus, puta quia
reddit. 10. ſiue incertus, puta quia reddit quartam
fructuum, qui percipiuntur de aliqua domo, de ope-
ris alicuius perſonæ. Item ſiue ſit perpetuus contra-
ctus, puta quia extenditur ad hæredes utriuſque con-
trahentium, ſiue ſit ad uitam hominis, ſiue ad cer-
tum tempus, puta uſuque ad. 5. annos. Item ſiue re-
ditus ſit in pecunia, ſiue in aliis rebus, ſiue ĩ facto: ſem
per in omnibus præmiſsis reputant contractus licitos
quia eſſet ibi licitus & purus contractus uenditionis.
Nam ibi eſt precium, ſcilicet certa pecuniæ quanti-
tas. Item ibi eſt merx, ſcilicet certus reditus, uel cau-
ſa, uel annona. C. de ſacroſanct. eccleſi. iubemus, in
princp. aut. de rebus eccleſi. non alienand. §. ab Ana-
ſtaſio. C. de hæred. uel ac. uend. per totum. Sed his ui-
detur eſſe contrarium, quod dicit hæc decret. quia
non eſt dubium, quòd uſque ad illud tempus ſaltem
longum tempus plus perciperet de reditu, quam ſit
predium. Sol. licet certum nunc ſit, quod uſque ad
20. annos, uel 50. uel vlteriores plus accipiet de reditu,
quam ſit precium, quod dat, tamen hæc certitudo
nõ facit illicitum contractum uenditionis, cum hoc

etiam ſit in uenditione alicuius poſſeſsionis, ubi cer-
tum eſt ſecundum inferiores cauſas, quòd plus acci-
peretur de certis fructibus eius, quàm ſit pretiũ, quod
pro ea datur, & ſine expenſis, uel labore dando ad
fictum certum, uel emphy. Hic enim totum reprehẽ
ditur, quoniam carius uendit mercem propter termi
num, quem dat prolixum emptori, uel ad ſoluen-
dam pecuniam, uel quia pro minori emit mercem,
quia ſtatim dat pecuniam, & per prolixius tempus ex-
pectat mercem. quæ penitus ſunt illicita: quia hic ſo-
lummodò uẽdit tempus pro illa pecunia, quæ uenit,
& iuſtum precium excedit: quod ex eo apparet: quia
ſi utraque parata eſſent precium, & merces, pro mi-
nori fieret. & in caſu noſtro omnia ſunt præſentia: qa
nec uenditur tempus, quia res ipſæ, de quibus dixi-
mus, ſcilicet reditus, uel actio tantum ualebit, uel ad
minus creditur ualere ſubſequentibus temporibus,
quantum modò ualet, uel ad minus eſt dubium, &
hoc ſufficit ad hoc ut contractus ſit licitus, ut hic. Idẽ
intelligunt quidam, & ſi reditus, uel nomen de no-
uo propter hoc conſtituatur in rebus, uel perſonis a-
liis contrahentibus, puta quia dicit emptor, Tu con-
ſtitues tales reditus in tali poſ. uel ſeruo, uel facies, ꝙ
talis confitebitur ſe debere tibi mille uſq; ad annũ, &
ego de illis mille, uel magis de actione pro illis mille
competente tibi dabo quinquaginta. Nam dicunt
omnes contractus illos licitos, quia non eſt hic mu-
tuum, ſed emptio. Item multi caſus poſſunt interue-
nire, quòd iſte emptor amitteret in hoc contractu, pu
ta ſi inops fuerit nomen. Sed certè bene conſulendũ
eſt omnibus fidelibus, quòd ab huiuſmodi cõtractu
abſtineant, ſcilicet quòd de nouo propter hoc con-
ſtitutum reditum, uel actionem emant. iſtud autem
penitus uidetur illicitum, quòd ipſe idem qui dicitur
emptor, in ſe conſtituat reditum, vel actionem, qua ſe
plus obliget ad plus dandum vel in pecunia, vel in ſpe
cie, quam accepit ſecundum Innocent. [*Peccatum*] in
conſpectu Dei. & ideo ſunt inducendi, ut ſatisfaciant
in foro pœnitentiali [*Ceßarent*] quia in dubio, quod tu
tius eſt animæ, eſt ſequẽdum, quod dic ut ſupra de hò
mici. ad audientiam, Hoſtien. [*Cum*] ſup. Hoſtien. mens
de facili corrũpatur, & cogitationes & c. [*Occultari*] iõ
3 † ſi tales in pęnitentia ueritatem detegant mentis cor-
ruptæ, ad ſatisfaciendum efficaciter inducentur, in-
4 fra capitu. conſuluit, in fin. Hoſtien. ¶ † Gloſſ. 1. reſpõ.
per modum ob. de eo, quod licet cõtrahentibus & c.
¶ Secunda obiicit, & ſol. ¶ Tertia ſignat contrarium,
5 & remit. ¶ † *In glo. 2. ibi. §. ult.*] ſtatuliber pendente con-
ditione æſtimatur quanti poſſet emptor inueniri (*Et
ibi, mortis cauſa. §. ult.*] qui accipit hominem obligatum
ex noxa, intelligendus eſt accepiſſe, quantum homo
uẽdi poterat. Idem in fundo obligato [*& ibi. §. portio*]
aliàs iacturæ æſtimatio rerum proiectarum habetur
non quanti ſunt emptę, ſed quanti uendi poſſunt [*&
ibi. l. precia*] hæc. l. & ſequen. ponunt ſingularem affe-
6 ctionem in ſeruo, filio naturali. ¶ † *In glo. 2. ibi, æxtiman-
tur*] de hoc ſupra de teſti. cum cauſa. nec enim animo
ſitas, uel ſtulticia alicuius emptoris rem facit precio-
a ſiorem. ff. ad l. Falcid. l. tertia, [a] Goffred. ¶ *In glo. ſimile ſu-
pra in fin.*] dicebat Goffred. forma uſurarii contractus
propriè eſt in mutuo. In contractu ergo uenditionis
non committitur uſura quò ad formam, ſi ex men-
te ſcilicet, ut fingantur precium hoc caſu ad emptore
uenditori traditum, & ſibi poſtea mutuatum cum
lucro.

A N N O T A T I O N E S.

¶ L. tertia. Vide plenius Bar. Bald. & Saly. in l. 2. C. de reſcin. uendi
& ff. ad l. Fal. l. precia. §. 1.

 *SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, quomodo puniatur.*
*Vſuræ non ſolum exigi, ſed & recipi prohibentur.*
1 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

## CAPVT VII.

1 PRæterea. C. uſurarius monitus nõ
deſiſtens, ſi clericus eſt,
ab officio, & beneficio ſuſpenditur: ſi lai-
cus, excõmunicatur. & ꝑ hoc patet diuiſio
[*Recipere*] ergo non ſolum exigere, ſed etiam recipere
prohibentur. de hoc 48. di. c. 1. ſatisfactionem. dixi de
hoc ſupra eo. cum tu [*Excommunicationis*] ad idem ſupra
2 c. 2. infra. eo. tuas, de iureiur. ad noſtram. 1. ¶† Secũda
glo. quærit, & ſoluit. ¶ [*In glo. 2. ibi, mittantur*] & tamen di
cebat Ala. illud ſpeciale, & ad conſequentiam nõ tra-
hendam [*Et ibi, colligitur*] quia illud ob hoc deciſum ſe
cundum Hoſtien. [*& in fi.*] de hoc. 14. q. 4. c. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus rei pignoratæ computantur in ſortem exceptis caſibus, nume. 3. & 5.*
*Vſuras nec priuatus, nec uniuerſitas poteſt recipere. excipiuntur caſus nu. 3. & 5.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum.*
*Vltra ſortem quibus caſibus quid accipere & petere liceat, & nume. 5.*
4 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT VIII.

1 COnqueſtus. Fructus† rei pigno-
ratæ computantur
in ſortem, unum caſum excipit. Et ſic pa-
tet diuiſio. & quia decre. dirigitur abbati,
& fratribus ſancti Laurẽ. no. Ala. quòd ſicut priuatus
uſuras non poteſt recipere, ſic nec uniuerſitatis. ex
hoc arguens contra ciuitates Italiæ, quæ accipiunt vſu
ras nomine ciuitatis. ideo no. Vin. infra eo. Michael, &
de hoc per Rai. in ſum. eo. ti. pe. col. uer. quid de comi
tatibus (*Memorato*) in prin. ca. (*Illi*) G. qui terram obli-
gauerat, ut patet in deciſa. Hoſti. (*Niſi*) excipit ab eo,
2 quod dixit fructus computandos in ſortem. ¶† Secũ-
da glo. inchoetur in uer. illud no. uſque ad uerſi. Item
ſi uendo. Dicendo, quòd glo. no. duos cõtractus &c.
ponens etiam. 7. caſus, in quibus aliquid ultra ſortem
3 recipere non eſt uſura. ¶ [*In† glo. 2. ibi. l. 2.*) ſi emptor in
termino precium non ſoluit, quamuis depoſuerit,
vſuras debet uenditori [*Et ibi, ſocium qui*] ſocius mo-
ram faciens in eo, quod debet ex ſocietate, debet
uſuras: quia ſocii intereſt illum moram non adhibuiſ
ſe [*Et ibi. l. 3. §. ul.*] in arbitraria uenit intereſſe etiam ul-
tra legitimum modum uſurarũ, & habetur in intereſ
ſe ratio lucri [*Et ibi. §. in bonæ*] ſequitur, fidei contracti-
bus ex mora uſuræ debentur [*Et ibi. l. ultim.*] ibi em-
ptor in precio ſoluendo moroſus ſoluit ſolũ vſuras,
non id plus ex mercibus, quam ex uſuris precio ſolu-
to quærere poterat. & idem ſequens [*Et ibi. l. 2.*] uideas
4 etiam de pig. illo uos, in glo. hic uidetur. ¶ [*In glo. 2. ibi,*
*fauore eccleſiæ*] uide quod dixi in præ. decreta. prima,
de feudis [*Et ibi, ad quæſtum*] & ibi de hoc, facit quod no.
de fidei. cap. 2. [*Et ibi, illud no.*] hoc idem no. 14. quæ-
ſtio. 3. in ſum. [*Et ibi, commodatum*] idem in mandato. ff.
man. l. 1. in fi. & facit. 1. quæſt. 1. nunquam, ibi, Ex quo
pecuniam acceperunt, prophecia facta eſt diuinatio.
[*Et ibi, illo uos*] ubi de hoc in glo. hic uidetur. & in glo.
penul. dic ut ibi dixi [*Et ibi, in fraudem*] de hoc ſupra de
a arb. dilecti^a [*& in fin.*] dabat† Ho. infra eo. ſalubiter, ca-
2 ſus, in quib. aliquid petitur ultra ſortẽ per hos ver. feu
da. ſ. de feu. c. 1. & hic, fideiuſſor, qđ dic, ut ſ. de fideiuſ.
peruenit, pro dote. j. e. ſalubriter, Stipiendia clerici. ſ. c.
1. uenditio fructus, cum emo fructus caſtri ad tẽpus,
quod dic ut dixi ſupra eo. in ciuitate, Cui uelles iure
neceſſe. 14. q. 4. ab illo. per quod uidetur, ꝙ ab hoſtib.
fidei licitè exigatur uſura. per quod etiam dicunt Iu-
dæi, quòd Chriſtianis licitè fœnerantur, cum etiam
dicatur Deutero. 23. non fœneraberis fratri tuo pe-
cuniam, uel aliam rem ad uſuram. Sed contra eos ibi.
28. B. fœneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo fœ-
nus accipies. & D. aduena fœnerabit tibi, & tu non fę-
nerabis illi. Ad idem infra eod. poſt miſerabilem, &
c, pe. & c. ab illo, legatur negatiue. i. ſicut nulli iure no-
cere deſideras, ſic à nullo uſuram exigas. uel quamuis
licitè exigerentur ab hoſte fidei, non ideo per Iudæũ
à Chriſtiano poſſunt exigi; bona enim hoſtium expo
nuntur, ſed non Chriſtianorum, nec Iudæi ſunt ho-
ſtes noſtri. & quod fauore &c. C. de legi. quòd fauore.
Vendens ſub dubio habes, infra eod. cap. fina. Preciũ
poſt tempora ſoluens. hunc caſum ponit gloſſ. Pœna
in fraudem, ut dicit finis huius gloſſ. Lex commiſſo-
ria, cum ſcilicet uendo tibi fundum, dummodò ſub
pacto legis commiſſoriæ. C. de pactis, inter empt. &
uendit. l. commiſſoriæ, & l. ſi fundum, dummodo nõ
fiat in fraudem, ſupra de emp. & uen. ad noſtram. Gra
tis, ſ. quando aliquid datur ſine pacto. ſic ſupra de ſi-
mo. dilectus. 2. caueat tamen ab intentione corrupta,
infra eo. conſuluit. Socii pompa, hoc dicit gloſſ. circa
finem. Plus ſorte modis datur iſtis. eſt forte. 13. caſus ſe
cũdum eum. ubi creditor ratione mutui, quod fecit,
laborem ſubiit, in cuius compenſationem fructus ex
re ſibi obligata perceptos facit ſuos. de hoc ſupra de
re. ecc. non alie. c. pe. & remittit ad ſummam. eo. tit. §.
an aliquo caſu. Et eoſdem. uer, poſuerat ſupra de pig.
cum contra, quos etiam prius poſuerat in ſum. eod.
titu. prædicto. §. an aliquo.

ANNOTATIONES.

a Dilecti. & plenius. C. eo. ti. cum allegas, per glo. & doc.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij heres uſuras reſtituere cogitur, & quando eius, uel ſua perſona teneatur. item omne damnum, in fi.*
*Crimen pro acquiſitum ex eo.*
2 *Epilogus, & ſuffragim gloſſarum.*
*Lucrum cuius quis capit factum præſtare debet, & pro qua parte, & nu. 3.*
*Soluendo qui non eſt an oneret cæteros obligatos.*
*Hæredes quatenus teneatur, & nu. 3. an ex reſcripto contra defunctum impetrato coueniri poſſint.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Poſſeßor non hæres de qua re teneatur.*

## CAPVT IX.

1 TVa nos. Hæres† uſurarii filius, uel
extraneus uſuras reſtitue-
re cogitur. Communis diuiſio. 2. ibi, Tuæ
igitur [*Vſurariorum*] abſolutorum in extre
mis, & tunc ex illorum perſona tenentur
hæredes: ſed impœnitentes deceſſerint, tenentur ex
ſua de eo, quod ad ipſos peruenit, ſecundum Hoſtiẽ.
facit quod dixi ſupra de ſepulturis parochiano [*In cri-*
*mine*] ideſt in acquiſitis ex crimine uſurarum ſm Hoſ.
uel reſpicit uerſi. defunctis [*Deuoluta*] iure hæreditario
ſecundum Hoſtien. ad hoc facit finis [*Vſuras*] & omne
damnũ, quod ratione uſurarũ cõtingit debitori. Inn.
¶ Glo.



2 ¶† Glo. 1. quærit, alle. ad negatiuam unã. l. & affir. tres,
& ſol. ¶ [*In 1. glo. ibi, ex qua perſona*] ſequitur, quis lucrum
capit, eius factum præſtare debet [*Et ibi. §. cum inter*] ſi
diuiſa actione inter fideiuſſores poſt lit. conteſt. alter
efficitur non ſoluẽdo, hoc non onerat alterum qui eſt
ſoluendo [*& ibi, § hæres*] hæres commodatarii pro il-
la parte, qua hæres eſt, conuenitur, niſi facultatem
habeat totius rei reſtituendæ [*& ibi, inter fideiuſſores*] ſi
alter fideiuſſorum efficitur non ſoluendo, pars illius
ad aliorum onus accreſcit [*Et ibi, ſi fideiuſſores*] ſi fideiuſ
ſores tutoris adoleſcẽti promiſerunt id ſoluere, quod
a tutore conſequi non poſſet, actio reſidui diuiditur
inter eos, qui ſoluẽdo ſunt [*Et ibi, l. 2. ibi, ad literam*] ſunt
uerſic. quæ præcedunt, & ponit caſum de hærede liti-
gatoris uicti, qui etiam tenetur ad fructus etiam per-
cipiendos poſt lit. conte. [*Et ibi, non excludit*] unde non
præſcribit, quod non præſcriberet defunctus propter
3 malam fidem, uel precarium. ¶† [*In glo. 1. ibi, pro hæredita*
*ria portione*] hoc eſt regulare. C. de actio. hære. l. prima,
& ſecũda, & quoſdam caſus exceptos no. Rai. in ſum.
part. ſecunda de legiti. ma. ſecundo reſpon. de furtis,
quos uide no. in præ. l. ſecunda, in prima gloſſ. Item, vt
ibi dicebat, ſolutio debitorum eo prætextu, quòd pu-
pillus eſt hæres, differri non poteſt. tex. eſt eodem titu.
ſub prætextu, ibi, Peruenerunt. hoc nimis eſt durum
ſecundum Hoſtien. ſi intelligatur de non hærede, un-
de licet dictum gloſſ. uideatur multis fauorabile, & ę-
quum, & communiter approbetur, ſibi tamen uide-
tur, quòd licet hæres, qui non fecit inuentarium, te-
neatur inſolidum: tamen non hæres, etiam ſi res ad
eum ex cauſa lucratiua peruenerit, non tenetur. C.
de donatio. l. æris alieni. & l. ſi pater, C. de actio. hæ-
red. l. fi. ff. ad Trebel. l. prima §. ſi hæres, niſi ſaltem eſ-
ſet res empta de pecunia fœnebri, ſupra eodem, cum
tu, in gloſſ. fi. de hoc, & maxime hoc uerum poſt præ
ſcriptionem. & dicit, quòd aliter multæ animæ la-
quearentur, nec aliquo iure cauetur de alia re teneri
poſſeſſorem non hæredem. & iungit no. de ſepul. pa-
rochiano [*& ibi, poteſt dici*] ſecundum Vincen. T. idem
Goff. Phi. & Hoſtien. qui etiam idem no. in ſum. eod.
tit. §. fi. uer. quid ſi alter [*Et ibi, habenda eſt*] no. hic T. Phi.
Vincen. Goff. & Guil. in ſpe. titu. 1. §. reſtat, uerſi. Item
mortuo eo, quod per reſcriptum impetratum con-
tra uſurarium mortuum ante citationem non cõue-
nitur hæres, ſi de hærede non fit mentio in reſcripto.
& ſic dicebant Tan. & Vincen. ſeruari Bon. ad hoc de
of. dele. cum olim: & hęc iura loquuntur in ordina-
rio, ut not. infra eodem Michael, qui iudicat hæredẽ,
ſicut teſtatorem, & ſic intellige, turpia lucra debent
hæredibus auferri. ff. de calum. in hærede. de hoc de re
ſcrip. ſignificauit, de iudi. quia. V.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuans ea mente, ut plus ſorte percipiat tenetur in iudicio animæ.*
*Iuramenti parabolam non dans, & quid ſit hoc, nu. 2.*
*Vendens rem plus debito ex dilatione temporis.*
2 *Pro uulgaribus prouerbijs argu.*
*Parabola quid.*
3 *Conſuetudo patrisfamilias inſpicienda.*
*Mutuare an ſit in præcepto, mutuãs ex ſpe uſuræ quid reſtituere teneatur, nu. 4. 5. & 6.*
*Vniuerſitatis creditor non poteſt euitare collectas.*
4 *Vſura mentalis nunquid noceat?*
*Simonia mentalis non nocet ad reſtitutionem.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 6.*
*Iudex ponens in remuneratione principaliter ſpem, iuſtitiam uidetur uendere.*
*Naturalis obligatio non poteſt deduci in ciuilem, uel in pactum.*
*Ciuiliter tamen quandoque quis obligatur ad id, ad quod ſine pacto tenebatur.*
*In uſurarum iudicio quid ſi quis confiteatur ſuam prauam uoluntatem? quid iuris.*

## CAPVT X.

1 COnſuluit. C.† Mutuans ea mente,
ut plus ſorte percipiat,
non dans parabolam iuramẽti, niſi aliqd
inde recipiat, uendens rem plus debito,
quia ſolutionem precij differt, tenentur ex his in iudi
cio animarum. Communis diui. in 1. conſultatio tria
dubia continens, ad quæ ſil. 2. reſpon. 2. ibi, uerum qa
[*Quaſi uſurarius*] bene quærit, quia uſurarius non eſt [*Et*
*utrum*] 2. quæſtio. [*Inuolat*] ſupra capitu. ſuper eo, in fin.
2 [*Vulgò*] no. pro tuulgaribus prouerbiis, de Iudæis, & ſi
Iudęos [*Parabolam*] Lombardus fuit Hoſtien. aliàs pa-
rabola quaſi umbra: eſt prooemium ueritatis, ut di-
cit Hier. ad Algaſian. q. 6. [*Iuramenti*] i. non aliter proro
gat terminum, quo debitor tenebatur per iuramen-
tum ſoluere certa die, uel per iuramentum ſe non po
terat abſentare, nec ille dat licẽtiam, niſi &c. [*Aliquod*]
offerunt enim ſcientes, quòd alias fruſtra laborarent,
3 &† no. inſpiciendam conſuetudinem patrisfa. ff. de u-
ſu. qui ſemiſſes, de pigno. ac. l. uniuerſorum. 47. D. quo
niam. & facit de con. uti. vel inu. ad noſtram, de pigno.
illo uos [*& an negociator*] 3. q. [*Lu*] 6. Date mutuum. quæ
rit G. an hoc ſit in pręcepto. reſpon. quòd ſic in caſu
neceſsitatis, quo omnia ſunt communicanda, 47. diſt.
ſicut Hu. 12. q. dilectiſsimis, Cum [*Nihil*] lucri, ut ſequi
tur nã euitare poſſet creditor uniuerſitatis etiã ex pa-
cto collectas, ad quas interim uniuerſitati tenebatur
ſecundum G. qui hoc in ſpe. e ti. in fi. Sed uideretur di-
ſtinguendum inter certa, & incerta. ad hoc infra c. fin.
4 [*Sperantes*] dicunt† quidam, quòd licet ſit vſurarius mu
tuans principaliter ex ſpe uſurę, non tamen tenetur re
ſtituere plus receptum, niſi aliqd faciat, propter quod
debitor neceſſariò dare cogatur, puta negando termi
num, recipiendo cautionẽ maioris ſummæ, uel huic
ſimile: & ſecundum iſtos non nocet uſura mentalis,
ſicut nec ſimonia mentalis quò ad reſtitutionem, ſed
per pœnitentiam aboletur. alii dicunt, & eſt tutius ſm
In. immò ueriſsimũ ſm Ho. quod placet Rai. in ſum.
huius ti. uer. ſed nunquid uoluntas, quod ſemper tene
tur reſtituere, ex quo principaliter. ducitur illa inten-
tione quare. aũt aliud in ſimo. quam in uſura, dixi ſ.
de ſi. c. fi. & quòd dicitur uſuram mentalem non ob
ligare ad reſtitutionem, poſſet eſſe uerum, quando ſe
cundario & nõ principaliter ponebatur ſpes in lucro,
& ſic intelligo, ꝙ hic no. G. & H. & in ſum. huius titu.
poſt prin. ubi qđ hic no. ad literã uidere poteris, & di
cam ſtatim ſuper glo. 2. plenius ſuper regula, peccatũ,
de re. iu. li. 6. in 1. ar. q. in l. Deut. 23. Eze. 18. [*Taliter*] i. ta-
li intentione [*Inducendi*] quod non fieret, ſi non eſſet
uſura. T. Vin. dicebat an agi poſſit cõdictione ex hoc
canone, quare, & non ſol. ſed ſolutionẽ collige ex ult.
5 gl. & eo, quod ſuper ea dicam. ¶† Vult gloſ. ſignat con
trarium, & ſoluit. ¶ [*In 1. glo. in fi.*] loquitur de fænerato-
re, qui mutuauerat pecuniam athletæ, nec permitte-
bat illum à ſe recedere, niſi caueret ſoluere debitum,
& ultra: iudex rem ad æquitatem reducet. ¶ [*In gloſſ. 2.*
*ibi. §. conſuluit*] uide de ſimo. cum eſſent, ſuper prima
6 gloſſa. ¶† [*In glo. 2. ibi, poſita*] & de tali quærebatur, ut pa-
tet in princ. [*& ibi, nec etiam recipere*] Goffred. ponen-
do ad literam hanc glo. Alan. ſubdebat: uel ſi dica-
tur uitium uſurarum ſola ſpe uel intentione com-
mitti, non tamen eſt neceſſe reſtitui taliter acquiſi-
tum, ſi in ſimonia, & cæte. per quæ collige, quòd in-
tellexit de ſpe ſecundaria, de qua hæc gloſſa. ſubdebat

Go. ꝙ iudex principaliter ponens ſpem in remunera-
tione, iuſtitiam uendere uidetur. 11. quæſ. 3. qui recte
idem in ordinante. 1. q. 1. ordinationes (*& inſi.*) Ala. ta
men iſta naturalis nõ poteſt deduci in ciuilem, uel in
pactum, ſecundum quod no. 14. q. 3. c. 1. & per Go. hic
Hoſtien. de hoc trac. in ſum. eo. ti. §. fi. uerſ. quid ſi tibi
ubi conatur defendere contrarium. concludit tamẽ,
quod prædixi tenendum. fatebatur G. quod quis qñ-
que ciuiliter obligatur ad id, ad quod ſine pacto tene-
batur, de ele. ſignificaſti, de præben. ſignificatũ. ¶ *In gl.*
7 *ult. ibi, iudicium eccleſiæ*) Quid † ſi is, contra quem agitur,
in hoc iudicio contentioſo cõfiteatur ſuam prauam
intentionem, dicit Hoſtien. quod ſi petebatur ut uerè
uſurarium, propter iniuſtam petitionem abſoluetur
reus, niſi propter animæ periculum dicatur hic aliqd
ſpeciale, ad quod de iudic. dilecti, de con. ſpiritu. tua.
Sed ſi petebatur, ut quaſi uſurarium iniuſtè, & contra
ſalutẽ animæ receptum, fit condem. ſecundum eum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Manifeſti pro notorijs.*
*Notorium iuris quando.*
*Apellatio manifeſtis uſurarijs interdicitur, & an ſemper prædoni quo caſu nu. 2.*
*In uſurarum cauſis qualiter procedatur.*
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T  XI.

1 **QVam pernitioſum.** Breue ẽt (*Ma
niſeſtos*) i. notorios ſupra eo. quia in omni-
bus, Hoſt. (*Conſtiterit*) ex hoc colligitur eos
conuictos, vel confeſſos, & ſic erat iuris notorium, de
coha. clerico. ueſtra (*Appellationis*) ſed nonne iuris be-
neficium etiã prædoni conceditur, ſupra de reſti. ſpo.
in literis. So. illud in odium uiolenti. iſte uerò ueteris
& noui teſtamenti traſgreſſor iniuſtè præſumitur ap-
pellare, ar. 2. q. 7. nõ poteſt: ſi tamen eam proſequitur,
ꝙ male factũ fuerit corriget, & ſi dicat ẽt p̃donẽ vtri-
uſq; teſtĩ tranſgreſſorẽ. rñdetur uſurarii exigunt, ac ſi
liceret, quod prædo nõ facit, ſm Vin. ſed dic idẽ in ma
niſeſto prædone quò ad hunc caſum, de ap. cũ ſit, in fi.
ut dicit glo. (*Tueri*) & proceditur hodie in his cãis ſim
pliciter, & de plano, abſq; iudiciorũ ſtrepitu, & figura
2 ꝑ Clem. de iud. diſpendioſam. ¶ † *In gl. 1. ibi, grauaretur*)
ut ſi uellet reprobare teſtes aduerſarii, & non admitte
retur. ſi aũt appellat, quia dicit ſe uſurarium non eſſe,
uel ne corrigatur, non auditur, Hoſt. Dicit Inn. ꝙ audi
retur appellans à ſñia: dicit tamẽ, ꝙ alii dicunt ꝯ [*& ibi,
& hoc conſtat*) adde quod no. infra eod. cum in diœ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudeos ad remittendas uſuras quo modo cogat eccleſia, & ad de receptis ſatisfaciendum.*
*Quibus legibus uiuant, nu. 3.*
*Eis prohibentur uſuræ per uetus teſtamentum, nu. 4.*
*Quibus modis efficiantur de noſtro foro, nu. 4. in fin.*
*Contra eos non cogentes, procedit eccleſia.*
*Ad agendum qui admittitur, non admittitur ſemper ad excipiendum.*
2 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*

C A P V T  XII.

1 **POſt miſerabilem.** C. Per ſub
tractionẽ
† communionis Chriſtianorum cogit ec-
cleſia Iudæos ad remittendas uſuras. Et cõ
tra Iudæos uſurarios duplicem prouiſionem ponit. ſe
cunda ibi, Et donec (*Remittendas*) non exactas, dixit
Goffre. facilius impediri exactionem, quam repetan-
tur exactæ, & cui damus &c. infra de regu. iur. qui ad
agendum. fallit ratione iuramenti in caſu, de iureiu-
rand. debitores: & tamen ibi datur remedium dec. pri
mæ. eod. titu. (*Seculares*) contra quos, ſi non obedirent
procederet eccleſia ad hoc. de ſenten. ex. decernimus,
li. 6. (*Remiſerint*) Iudæi uſuras, quas nondũ receperunt,
& de receptis ſatisfaciat. infra eodẽ. quanto. Hoſtien.
2 ¶ Vlt. gloſſ. ſignat contrarium, dupliciter ſoluit, & re-
3 mittit. ¶ *In † glo. 1. ibi, Iudæi*) ibi dicitur, ꝙ uiuũt iure Ro
mano, & in ſuis cauſis iudiciorũ ſolennia ſunt ſeruan
4 da. ¶ † *In glo. 1. ibi, legem*] quia & uetus teſtm̃, quod ipſi
recipiunt, uſuras prohibet. & adde, quod dixi ſupra e.
conqueſtus, ſuper gl. 2. ¶ *In gl. ult. ibi, multi*] & ſupra de
diuor. gaudemus [*& ibi, delictum*] & propter rem, con
tractum, & domicilium, ſecundum Hoſtien.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vſurario, qui fecit debitorem iurare de ſoluendis, uel nõ repetendis uſuris, quid fiat.*
2 *Excommunicari poteſt.*
*Quicquid poteſt excogitare in fraudem uſurarum, nihil ei prodeſt, & ratio.*
*Libros rationum edere cogitur, in fin.*
*Coniecturas probabiles de fraude etiam habere poſſumus.*
3 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum, nu. 4.*

C A P V T  XIII.

1 **QVas dudum.** Caſus † uſurarius,
qui fecit debito-
rem iurare de ſoluendis, uel non repeten-
dis uſuris, eccleſiaſtica cenſura compelli-
tur ab exactione deſiſtere, & perceptas reſtituere. &
huius pars ſupra de ſpon. duo. tuas dudum. commmu
nis diuiſio. 2. ibi, Nos igitur [*Quod uſuras*] ut non ſit ver
borum inculcatio, poteſt exponi, ideſt uſurarum ſol-
uendarum cautionem, aliàs dic [*Non repetant*] ideſt nõ
contradicant. uel dic uſuras iam ſolutas. & quod ſe-
quitur [*Soluerint*] ſ. in poſterum ideſt ſoluerint. uel .i. ſol
2 uere promiſerint [*Cenſuram*] ergo † excommunicari poſ
ſunt ſupra eodem præterea [*De dolo*] dicit hic Hoſtien.
quòd quicquid poſſunt uſurarii excogitare in fraudẽ
uſurarum, & ne poſſit ab eis repeti, in nullo prodeſt il
lis, ex quo de fraude conſtat, de qua conſtare poteſt ꝑ
coniecturas probabiles, arg. hic & in eo, quod not. de
emp. & uen. ad noſtram, de pig. illo uos, & remittit ad
ſum. eod. titu. §. qualiter contractus. hodie additum
eſt de libris rationum edendis per cle. eod em titu. ex
grandi [*Commodum*] imò potius ſentire debet incõmo-
3 dum, ĩ. de collu. c. pe. ¶ Gl. 1. poſſet recitari per duas.
4 q. & obiectionem ad ſol. ſecundæ. ¶ *In † gl. 1. ibi. quemad.*]
& c. ad noſtram. 2. ibi de hoc in gl. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vſurarius non auditur per reſcriptum impetratum ſuper recuperandis uſuris quas alteri ſoluit, niſi prius reſtituat, quod extorſit. quid ſi nullus agit contra eum de uſuris nu. 6.*
*Exceptio hæc eſt fori declinatoria, an id uerum, nu. 6.*
2 *Vſuras reſtituere cogi poteſt reus illis, à quibus agens extorſit. quibus modis repetuntur, cir. fin. harum edictum ſimile edicto.*
*Quod quiſque iuris, nu. 5.*
*Cui reſtituendæ, & quando, nu. 6. iuncta gloſſa.*
*Compenſare multo fortius poſſumus, quod repetere poſſumus.*
*Criminis obiectu retardatur actio ciuilis hic.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
*Legis auxilium fruſtra inuocat, qui commiſit in legem, & nume. 5.*

Executio-



*Executionem ſententiæ non impedit ſatiſdatio: excipitur. §. 1.*
*Cautio, uel ſatiſdatio quando ſufficiat, ibid.*
*Pignoratitia quando competat, ibid. in fin.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Priuilegium delinquens regulariter amittit, cir. fi.*
*Propter inopiam repellitur magis extraneus, quàm is, cui debetur.*
*Denuntiationes publicæ quando fiant contra uſurarios.*
*Reſcriptum non finitur lapſu anni, ex quo, impetrans uti cæpit illo.*

C A P V T  XIIII.

1 **QVia fruſtra.** Caſus. † Non auditur
vſurarius ꝑ reſcriptũ
impetratũ ſuper recuperandis uſuris, quas
alteri ſoluit, niſi prius vſuras reſtituat, quas
extorſit, & ponit ſtatutum, cuius cauſam prẹmittit [*Re
ſtituendis*] ſibi quas aliis ſoluit, uel 1. recuperãdis [*Sortem*]
ꝙ dic, ut ſupra c. 1. [*Noſcitur*] ideſt ipſe, uel pater. quod
dic, ut infra e. Michael [*Audiatur*] hic apparet hanc ex-
a ceptionem fori declinatoriam, [a] Inno. & fallit hic re-
gula canonis. 4. q. 6. omnibus. dicebat autem In. quod
2 † licet repellatur vſurarius agens, tamen auctoritate ſu
perioris poſſet cogi reus reſtituere illis, à quibus agẽs
extorſit, & ſic exonerantur à peccato, & utiliter gerũt
negocium illius uſurarii quo ad corpus, & ad animã.
facit quod dixi, de iureiu. ad noſtram. 2. ſuper gloſ. pe.
& uide quod dixi, de adul. intelleximus, ſuper glo. pe.
uer. no. tamen. unde cum repetere poſſent, quod ſol-
uiſſent, multo fortius compenſare, ſi poſtea contra il-
los agatur, ar. ff. de ne. ge. ſi pupilli: iudex tamen, quan-
do reſtituit uſuras alteri, quam ſoluenti, faciat ſibi ca-
ueri ad ſuum ſenſum, quòd nullum damnum poſtea
conſequatur ab his, à quibus acceperat, ſecundum In
no. ſed ꝯ ſupra de reſti. ſpo. item cum quis, ubi dicitur,
quòd criminis obiectu ciuilis actio non retardatur,
ſecundum Vinc. illud generale: hoc ſpeciale in odium
criminis: vel ſecundum eum uſuræ repetũtur propter
crimen, cum omni iure indebitæ ſint, ut no. ſupra eo.
c. 3. licet detur ciuilis actio, condictio indebiti, uel ſine
cauſa, uel ex lege, unde & in modum denunciationis
petuntur, nec eſt ibi neceſſaria admonitio ſecundum
3 eum. ¶ Glo. 1. dicit literam intelligendam de eadem. l.
ſignat duo diuerſa contraria. primum, quòd etiam e-
iuſdem beneficium non perdat, ſecundum, quòd ẽt
alterius perdat. recitat dictum Ioan. & Vin. demũ ſol.
uit, & ad contraria reſpondet. ¶ Glo. 2. quærit, & ſol-
uit, duos caſus excipit. ſecundò quærit. ponit op. Ioan.
& Tan. & ſoluit. 3. quærit, arguit, & ſoluit. in fi. elicit ar
4 gumentum, quod ſtatim determinat. ¶ † *In 1. gloſſ. ibi,
iſti quidem, in prin.*] peccans in l. Iu. de adul. repetit, quod
pro adulterio celando dedit, ut conſideretur in hoc
metus iuſtus, non qualis fuerit ſoluens [*& ibi. §. ſi uerò*]
poſtquam negligens inuentarium facere perdit legis
beneficium, quo illud faciendo non tenebatur ultra
uires hẹreditatis ad credita, & legata [*& ibi, amiſit*] inf.
declarabo [*& ibi, auxilium, in fin.*] ibi non fit ætatis excu
ſatio aduerſus prẹcepta legum ei, qui dum leges inuo
cat, aduerſus eas committit. ¶ *In glo. 1. ibi, quòd ſi non ſolue
re*] uide de fo. co. ex tenore, ſuper ult. glo. [*& ibi, ait præ-
tor*] loquitur de executione ſententiæ, in qua non ſuf-
ficit ſatiſdatio niſi ex magna cã [*& ibi, ſi debitoris*] poſt
venditionẽ bonorum debitoris adhuc petunt credito
res uendi poſtea quæſita, dummodo ſint talia, quæ vẽ
ditioni ſubiaceant [*& ibi. §. omnis*] ut competat pig no
ratitia, omnis pecunia debet eſſe ſoluta, uel pro illa ſa-
5 tiſdatum. ¶ *In † gl. 1. ibi, iſti quidem*] melius, ſed & partus:
§. quæri poteſt. Ab. [*& ibi, an ſit*] ubi de hoc [*& ibi, appel
b lans*] illud ideò: quia delatum appellationi ſecũdum [b]
Hoſtien. [*& ibi, Vinc.*] ipſe tamen Vincen. ſupra de im-
mu. ec. c. fin. dixit, quod uiolans legem generalem, in-
uocare non debet auxilium alterius legis generalis,
& ſic loquitur. l. auxilium: ſed talis bene poterit ſe de-
fendere ex. l. ſingulari, uel priuata, uel priuilegio, niſi
tale ſit priuilegium, quod tollatur per offenſam iuris
com. C. ubi de cri. auct. qua in prouintia. ſi uerò im-
petrauit ius iniquum, aduerſarius contra illum ſe illo
iure defendit: ſecus, ſi tantũ uoluit impetrare. ff. quod
quis. iuris. l. 1. §. fina. & l. ſi quis. Ioan. hic dixit edictum
de uſuris ſimile edicto, quod quiſque iuris. ubi non
ſolus aduerſarius, ſed etiam alius illo iure repellit agẽ
tem. ff. quod quis. iur. l. 3. §. 1. [*& ibi, non credo*] idem Ho-
ſti. niſi offenderet in fide catho. infra de re. iu. defleat
[*& ibi, reſtituitur*] & redditur ratio. C. ſi aduerſ. delic. l. 1.
quia malorum mores &c. & eſt regulare, quòd delin
quẽs perdit priuilegium, qđ aliàs haberet [*& in fi.*] q a
illud ſpeciale in odium patroni, qui libertam ignomi
nioſam uxorem duxit, & quia deliquit. priuilegium,
qđ aliàs haberet, amittit. ſ. ꝙ eo ĩuito diuertere, & alii
6 nubere non poterat. ¶ † *In glo. ult. ibi, debet*] ſi enim pro-
pter inopiam repellit ipſum, cui debet, ſupra eo. cum
tu, multo fortius extraneum, ſecundum Io. [*& ibi, ad
conſultationem*] Hoſt. remittit ad ſum. de pœnitentiis. §.
fin. uer. quid ſi non immineat, & ſe. [*& ibi, in pub.*] in ec
cleſia non per modum præconii, ſupra de iureiurã. ad
noſtram. 2. ar. qui fi. ſint le. perlatum: & hoc poſſet ſer
uari ſecundum Hoſtien. non in notorio, nec in occul
to, ſed in infamato. dicebat. G. quòd aliàs illi, à quo
exactum eſt, ex quo ſcitur, denunciabitur: qui ſi negli
git, cõtemnit, uel remittit, audietur agens in remiſſio-
ne. uerum dicit. facit quod ſupra dixit gloſ. [*& ibi, nul-
lus appareat*] dicit G. quòd ſi ſperetur de reditu abſen-
tis, cui dentur, cõſignabitur, & deponetur. C. de uſuris
acceptam: demũ in petitione procedetur [*& ibi, reus*]
contra quem impetratum fuit reſcriptum. extraneus
enim hoc opponere non poſſet, cũ nec ad eum exten
datur beneficiũ reſcripti, de of. dele. P. & G. ſm Inn. &
Hoſ. qui ẽt dicunt hanc exceptionem proponendam
ante li. con. & non poſt, de re iud. inter. dicit. Hoſ. ẽt eã
probandam. ĩ. 8. dies, ar. de exce. pia, de ſen. ex. ſolet, li.
6. [*Et ibi, per literas*] idem Vinc. quaſi ſibi imputet agẽs
ſi litem incidentem protrahit: ergo, ſi protractio non
eſt ex parte agentis, & exceptio habet longum & ob-
ſcurum tractũ, non impedietur petitio uſurarũ, qua-
rũ cã liquida eſt. C. de compen. l. ult. ſm eum. G. ad idẽ
allegat, de ap. conſtitutis. 2. de accuſa. accedẽs, reſerue-
tur ergo in directã probationem, & petitionẽ, quod
per modum exceptionis tunc non probatur, ut ibi. ff.
c de neg. ge. ſi autem. §. ſi [c] quocunque modo [*& in fine*]
dixerunt etiam Ioan. Vincent. quòd non credunt re-
ſcriptum lapſu anni finiri, ex quo impetrans uti cẹpit
illo, & reus contra eum uſus eſt beneficio huius con-
ſtitutionis; unde non eſt imputandum impetranti, de
reſcrip. ſi autem.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Declinatoriam. Vide in c. 1. de lit. conte. li. 6. & Bar. in l. nam poſtea, ff. de iureiurand.

b ¶ Secundum. Et ſic ualuit appellatio non ex facto appellantis, Sed ex dilatione iudicis.

c ¶ Si. Ibi uide gl. Bar. & uide pro intellectu huius ca. Lapum in ſuo proceſſu contra uſurarios.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vſurarij manifeſti etiam nemine accuſante compeſcuntur & per quam pẹnam, & à quo.*
*Frater occiſi cogitur accuſare, & quo caſu.*
2 *Argumenta probant, & quæ hic uocentur argumenta.*

*Vſuræ quibus argumentis probentur, & nu. 3.*
*Præteritum pro futuro, ad dictio. manifeſti.*
*Poſſum, pro debeo, in fin.*
*Poteſtati iudicis quod committitur, non ſemper neceſſitati ſubijci tur, ibid.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum nu. 4.*
*Perſeuerantia facti eſt, quando uſurarius tenens menſam paratam ſe paratum offert omnibus mutuari.*

## CAPVT XV.

1 CVm in diœceſi. Caſus. † Manifeſti uſurarii, etiam nemine accuſante, per pœnam
Lat. concilii ab ordinario compeſcuntur,
communis diuiſio. 2. ibi, fraternitati [*Dubitabatur*] forte
per communem famam, non tamen ſunt nototii
[*Tuentur*] forſan extra iudicium, ut dicit Hoſtiē. etiam
per officiales curiæ Ro. tales quandoque defendun-
tur [*Apparet*] dicunt quidam fratrem occiſi cogendū
accuſare, quando propter hanc cauſam non apparet
accuſator, de hoc in ſpe. de accuſatore. §. 1. uerſi. quòd
ſi nullus audet [*Accuſator*] concor. de fi. preſ. quoniam,
de diuor. porrò. 2. reſpon. [*Si tamen*] ſup. tibi ex officio
inquirenti, dicebat ergo Goff. quòd quando notoriū
eſt aliquē vſuram extorſiſſe, & ſoluentem non audere
repetere propter potentiam creditoris, tunc aliquo,
uel nullo denunciante ex officio ſuo compellet ec-
cleſia uſurarium ad reſtituendum: quia non dimitti-
tur peccatum &c. ſupra eo. cum tu, de reg. iu. pactum,
2 lib. 6. [*Argumentis*] & ſic † argumenta probant, de hoc
de clerici. pere. ca. 2. & uocat forte argumenta famam
cum aliis adminiculis, de teſti. præterea: uel quia uen-
dit ad terminum plus, quàm in præſenti, ſupra eod. in
ciuitate, & c. conſuluit: uel ſi facit emptiones ſub ea
conditione, quòd res emptas reſtituere teneatur au-
cto pretio, uel fructibus ſibi retentis, de emp. & uend.
ad noſtram, de pigno. illo uos: uel quia apparent uſu-
rarum inſtrumenta, uel menſam tenet paratam ad fœ
nus exercendum, ſecundum Innocen. uel quia con-
ſtat, quòd aliàs publicè renunciauit uſuris, unde nunc
facilius conuincetur, ſupra eo. quam pernitioſum, ſe-
cundum Hoſtien. qui remittit hic ad ſum. eodem tit.
§. qualiter contractus. uide quod no. 24. q. 2. ſane. 2. in
glo. ſed quid ſi, ubi no. quòd non ſufficit rationes uſu-
rarum in ſcrinio alicuius reperiri ad hoc, ut excom-
municari poſſit, ſi fuit occultus [*Manifeſtos*] ideſt mani
feſtandos. q. d. ſecundum Hoſtien. ex quo per argumē
ta conſtat, poteris illos manifeſtare, & publicare, &
ſic in eos pœnam &c. [*Libere*] ideſt nulla appellatione
obſtante, quod dic, ut ſupra eod. quam pernitioſum
[*Poteris*] ideſt debebis, ſupra de ſimo. licet Heli. pri. re-
ſpon. alias non ſemper quicquid poteſtati iudicis cō-
mittitur, iuris neceſſitati ſubiicitur, ff. de iudi. nō quic-
quid, & de hoc de uit. & hone. cleric. quoniam [*Exer
cere*] ideſt eis infligere: & ſic non eſt ipſo iure inflicta,
3 de hoc ſupra eodem cum tu. ¶ † Gloſſ. 2. obiicit per lo
cum à diuiſione, & dupliciter reſpondet. ¶ [*In glo. 2. ibi,
non habet*] ſup. interdum, nam puto illud factum habe-
re perſeuerantiā, quando uſurarius tenens menſam ſe
paratū offert omnibus mutuare, licet aliud dixerim
in textu, ſecundū Inn. & de hoc ſupra de coh. cleri. ue-
ſtra [*& in fi.*] adde quod no. infra eo. c. 1. lib. 6. in gl. ma
nifeſti, & c. 2. in gloſſ. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus rei obligatæ ſibi pro dote non computat in ſortem maritus, & nu. 2. & 4. quare, ibid. ſecus in hæredibus mariti, & in muliere ſoluto matrimonio, nu. 4.*
*Pro dote certa die numeranda interim licitè quicquam non recipit.*
2 *Papalis poteſtas etiam circa præcepta legis diuinæ multum pōt.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
*Mulieri cautela doceatur, ne recipiat rem obligatam pro dote ſoluto matrimonio, & quid agere debeat.*
*Homo non eſt in fructu, & ratio.*
*Eius cauſa fructus omnes natura comparauit.*
*Homo hominis gratia generatus. in fin.*

## CAPVT XVI.

1 SAlubriter. Caſus. † Maritus fru-
ctus rei ſibi obligatæ
pro dote non computat in ſortem. ponit
dictum, & eius cauſam, & ſic conſtrue. ſa-
nè non credimus compellendum generum, &c. [*Gene
rum*] maritus filię meæ meus gener, & ego illius ſocer,
inſt. de nu. §. affinitatis. Hoſti. [*Poſſeſſionum*] ſi gener nō
recipit pignus, ſed cautionem de numerāda dote cer-
ta die, & interim recipit ex pacto certos denarios pro
libra, qui dicunt hoc licitè fieri, oſtendant tex. ſed aliū
in materia non habemus, & iſte non facit, qui loqui-
tur in fructu ſubmiſſo dei iudicio. non ob. ratio, quæ
ſequitur, cui reſpondetur per dec. de don. inter ui. &
uxo. per ueſtras, in fi. [*Socero*] factum ponit [*Numerata*]
2 ideſt numeranda [*Compellendum*] quod etiam circa † præ
cepta legis diuinæ multum poteſt papale poteſtas; fa-
cit quod not. de decimis, à nobis [*Supportanda*] ſucce-
dunt enim fructus rei obligatæ loco fructuum dota-
lium, & hæc ſit ſecunda ratio. 3. ut dos ſalua remaneat
mulieri, quam aliàs conſumi contingeret. ff. ſo. ma. l. 1.
3 ¶ † Gloſſ. 2. tractat de fructibus dotalibus, quando ce-
dant marito, & quando non. ſecundò tractat de peri-
culo, uel deterioratione rei dotalis, ad quem ſpectet.
4 ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] & uer. quos hic notauerat de hoc Ho.
ibi poſuit. ¶ [*In glo. 2. ibi, onera matrimonij*] unde dixit In-
nocen. maritum habere hoc priuilegium, quandiu
tenetur uxorem alere: poſtea non: per quod etiam ar
guit Hoſtien. quod hæredes mariti, quamdiu tenētur
dotem reſtituere, habeant hoc priuilegium. ſcilicet vſ
que ad annum poſt mortem mariti. C. de rei uxo. ac.
l. una. cum enim hoc caſu ſit eadem ratio, ergo idem
ius, de conſtitutio. translato. Tū, prout dixit ipſe Hoſt.
ratio eſt diuerſa: quia hęredes ſtatim poſſunt ſe expedi
re de muliere reddēdo illi pignus, uel rem obligatam,
quod non poteſt maritus. s. de iureiu. tua. 2. & quia ſo
luto matrimonio deſinit eſſe dos. Quid ergo è conuer
ſo, ſi ſoluto matrimonio hæredes mariti obligant mu
lieri prædium pro dote, nunquid computabit mulier
fructus in ſortem: dicit hic Inn. quod ſic, & idem Hoſ.
inducens leges. ff. de ſolutio. Titia. ff. ex qui. cau. in poſ.
ea. Fulcinius. 1. reſpon. ff. de uen. in poſ. mit. l. 1. §. fina.
ff. ut in poſ. le. is cui. §. fin. ff. de leg. 1. filius. §. apud Mar-
cellum. Sit ergo mulier diſcreta, ne recipiat rem ob-
ligatam: potius illam diſtrahi faciat, uel inſolutum re-
cipiat. ff. de re iudi. à diuo. aliàs fructus extenuabunt
ſortem, ſupra eodem capitu. 1. [*& ibi, ancillarum*] & ſit ra
tio, quæ habetur. ff. de uſuris, in pecudum, in fin. ibi di
citur, abſurdum videri hominem in fructu eſſe, cum
omnes fructus rerum natura hominum gratia com-
parauerit. Tullius. li. 1. de offi. ſcire debemus, quæ in ter
ra giguntur, ad uſum hominium creari, homines e-
tiam hominium gratia generatos, ut inter ſe alii aliis
prodeſſe poſſint [*Cædendis*] aliàs cęduis. hoc intendit, ſi
eſſet ſilua cædua, arbores bene eſſent in fructu.

*SVMMARIVM.*

1 *In uſurarum recuperandarum literis clauſula quæ ponatur ex ſtylo curiæ, & quando, in fi.*
*Earum crimen eſt eccleſiaſticum. ad earum reſtitutionem qui teneantur, collige nu. 4. §. 1.*

Quòd



2 *Quòd uſurarius quis ſit, exceptio corā quo, & quando opponenda, & contra quem, & nu. 4. §. 1.*
*Ordinarius delegatus quod non poteſt ut delegatus, poteſt ut ordinarius.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*

## CAPVT XVII.

MIchael Idem in ſumma, quod dec.
quia fruſtra: & ponit iſta dec.
primo partis querelam. ſecundò ibi, atten
1 tius, clauſula † quam ſtylus curiæ ponit in
literis, quæ impetrantur ad recuperandas uſuras [*Lai-
cus*] & impetrat contra laicum: quia hoc crimen ec-
cleſiaſticum eſt: de hoc ſupra de fo. compe. cū ſit [*Ci-
ues*] diœceſani nō poterant conueniri, de reſcr. Rodul-
phus [*Et infra*] hic deciditur, quomodo mandabat il-
los compelli per pęnam Latera. concilij ad reſtitutio
nem uſurarum, cum determinatione tamen, quæ ſe-
quitur [*Prouiſurus*] hæc clauſula non ponitur, cum re-
ctor impetrat nomine eccleſię: delictum enim perſo-
næ &c. de hoc in ſpe. de reſcr. præſen. §. ratione form(,
uer. circa materiam: & uide quod ibi dicitur de parti-
cipio, Conquerens, quod ſtatim ſequitur [*Auctoritate
noſtra*] neque tua: uel ſup. maxime, procedit enim hęc
2 † exceptio & coram ordinario, & coram delegato, ſe
cundum Hoſtien. uel ideo hoc dixit ſecundum eum:
quia ſi lis conteſtata eſſet coram ordinario, non poſ-
ſet poſtea hęc exceptio opponi, ut dixi, ſupra eo. quia
fruſtra: ſed nec in modum reconuentionis, quæ fieri
non poteſt poſt lit. cont. ut dixi, de mu. pe. cap. 1. & 2.
ſed ſi dele. eſſet ordinarius, & ſi lite conteſt. coram ip-
ſo hæc non poſſet opponi, tamen ante litē conte. co-
ram ipſo hoc poterit. tunc enim quod non poſſet ut
delegatus, poſſet ut ordinarius, cum non ſit alter iu-
dex, ſed idem, & ſic non ob. de reſcr. diſpendia, li. 6. &
3 ob hoc forſan dixit, auctoritate noſtra. ¶ † Glo. 3. pri-
mo no. quod filius ex facto patris conuenit, & conue
nitur. ſecundò quærit, & ſoluit. 3. quæſtionem fortifi-
cat. alle. ad negatiuam, contra quam alle. inducit dec.
tua, & ſoluit. arguit ad affirmatiuam, & hanc partem
tenet, licet uacillando. 4. iterum quęrit, arguit affirma
4 tiuè, ſed contrarium ſoluit. ¶ [*In † glo. 3. ibi, ex qua perſona*]
uide ſupra eo. tua, ſuper. 1. glo. [*& ibi. §. pe.*] de procu-
ra. actoris loquitur, qui defendere cogitur [*& ibi, ſolu-
ti*] per errorem, quo caſu ex quaſi contractu naſcitur
obligatio. ¶ [*In glo. ult. ibi. §. pe.*] & melius. eo. ti. l. omniū,
& l. mutus. §. pœna. Hoſti. [*& ibi, quod iſte*] qui de patre
fecit in literis mentionem, ut diffetat à ſequēti [*& ibi,
excipi*] infra de reg. iur. qui ad agendum, lib. 6. [*& ibi,
Ioan.*] Inno. & Hoſti. [*& ibi, ordinario*] adde quod ibi di-
xi [*& ibi, credo*] dicit Hoſti. ꝙ ſi ipſe ſit hæres, uel bona
empta de pecunia uſuraria peruenerunt ad ipſum, lo
cus eſt exceptioni, ſupra eo. tua, & cap. cum tu, in fi. ff.
de calum. in hæredem. ff. de diuerſis, & tem. præſcrip.
l. cum hæres: aliàs contra. C. de don. ſi patri tuo, & pa-
tet ex his, quæ dixi, ſupra cap. tua, ſecundum eum [*&
ibi, ſicut non ſuo*] ubi de hoc ad idem, ſupra de pecu. cle-
rici. cap. pe. & hoc dictum uidetur hic placere Innoc.
ad quod etiam arguit Hoſtiē. ex. l. ff. de vi & ui ar. l. 1. §.
cū procurator, & infra de ſen. ex. mulieris: ipſe tamen
Hoſti. in ſum. huius ti. §. fi. & Gof. in ſum. huius titu. §.
item quid ſi quis; dicunt illum teneri in ſubſidium, ſ.
illo, pro quo fuit exorta, non exiſtente ſoluendo [*&
ibi, non uidetur*] ſecundum Io. & Vincen.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudęi à Chriſtianis uſuras graues extorquētes, uel de ſuis domibus, & poſſeſſionibus decimas, & oblationes non ſoluentes eccleſiis, priuantur comertio Chriſtianorum, & nu. 4. §. 1. latius.*
*In eis non eſt locus pœnæ, concilij later. in. nu. 2. eiſdem cur à principibus faueatur, nu. 2. in fi.*
*Vſurarum exactio compeſcitur ab eccleſia, & cur prohibeantur, remiſſ. immoderatæ quæ ſecundum leges, nu. 2. centeſima quæ.*
*Inſoleſcere quid.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Argumentum à contrario non ſemper habet locum, ut hic.*
*Pignoratus fundus uenditus cum ſua cauſa tranſit.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Decretalis huius intellectus quis. §. 1.*
*Curatorum ſumma debet eſſe cauſa, cir. fin.*
*Eſt eis prouidendum ab epiſcopo, ſi neceſſitatem patiantur.*
*Eis nil minuendum de iure parochiali ſine magna cauſa.*

## CAPVT XVIII.

1 QVanto. C. † Iudæi, qui à Chriſtianis
graues uſuras extorquēt, vel
de ſuis domibus, & poſſeſſionib⁹ decimas
& oblationes nō ſoluerint eccleſijs, priuā-
tur Chriſtianorum commercio. Et ſunt duo dicta. ſe-
cūdum ibi, Hac eadem, primum facit tria. ponit cau-
ſam ſtatuti, ſecundò ſtatutum ibi, Synodali. 3. ibi, Prin
cipibus, prouidet contra ſuſpicatum grauamen [*Com-
peſcitur*] per iura, & iudices eccleſiaſticos, ut patet ſup.
per to. [*Inſoleſcit*] i. ſuperbe inualeſcit, uel incaleſcit [*Fa
cultates*] tangit hic unam rationem prohibitionis uſu
rarum, dixi de hoc ſuper rubrica [*Immaniter*] nimium,
ut ſequitur, alias inhumaniter [*Immoderatis*] Immode-
2 ratas † uſuras ſecundum. l. his uerſibus cōprehendas.
Illuſtris trinam, beſſem mercator habebit. Omnes ſe-
miſſem: centeſima ſit tibi iuncta. hoc eſt dicere, ꝙ il-
luſtris pro. 30. li. 10. mercator: pro. 30. 20. omnes com-
muniter pro. 30. 25. ſtipulari poſſunt. Cēteſima eſt re-
cipere pro. 30. 30. & eius reſpectu dicitur triens, bes, &
ſemiſ. remittit Hoſt. ad ſum. eo. ti. §. qualiter petantur
[*Subtrahatur*] dicit Gof. quòd pœnæ Lat. con. ſupra eo.
quia in omnibus, per quas catholici compelluntur
ad reſtitutionem uſurarum, in Iudęis locum non ha-
bent, nam illis pœnis præter hunc caſum ſunt obno-
xij. ſubtrahitur ergo eis Chriſtianorum commerciū,
aliàs permiſſum, ſupra de Iudæ. & ſi Iudæos [*Infeſti*] in
iudicio, uel extra. Dixit autem hoc, quia propter mā-
gnam utilitatem, quam ſolent principes à Iudæis ha-
bere in ſuis terris, fœnerātibus cōſueuerunt illis mul-
tum fauere [*Eadem pœna*] priuationis. ſ. Chriſtianorum
commertio [*Conſueuerant*] concor. de exceſ. præla. ni-
3 mis. 2. ad fi. ¶ † Gl. 1. arguit à contrario, & illi. ar. reſpō-
det. ¶ [*In 1. gl. ibi, cum prætor*] ſequitur, unum ex pluribus
iudicare uetat, cæteris id committere uidetur [*& ibi,
conuenticulam*] ſequitur, illicita extra eccleſiam in priua
tis ædibus celebrari prohibemus. ¶ [*In glo. ult. ibi. §. ſi fun
dus*] fundus pignoratus, uenditus tranſit cum ſua cau-
4 ſa. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*) uel fuit hoc dictum: quia quælibet
uſura cenſetur immoderata, & grauis ſecundum Ho-
a ſtien. [a] ¶ [*In glo. ult. ibi*, [b] *onere*) uidetur hoc accedere ad
antiquam lecturam Hoſti. qui dixerat, quòd de deci-
mis perſonalibus, & oblationibus Iudęorum nihil ad
nos, & debebat hic tex. intelligi, cum domus, uel poſ-
ſeſſio, cuius reditus obligati ſunt ꝑ anniuerſario, uel
his ſimilibus, peruenit ad dominium Iudæorum: &
hoc etiam uoluit Goffr. dicens, de cenſibus penſioni-
bus, & realibus præſtationibus hoc intelligēdum, cū
ad perſonales Iudæi non teneantur, cum perſonæ nō
ſint de eccleſia. dat ſi. ſupra de deci. de terris, ſed Hoſt.
poſtea mutauit dicens hanc dec. planè intelligēdam,
ut uerba ſonant, ſ. ꝙ habeatur æſtimatio prouentuū,
quæ prouenire ſolebant eccleſiæ de decimis perſona
libus, & oblationibus, cum Chriſtiani domos habita-
bant,

bant, quæ nunc per uenerunt ad Iudæos, & ad illud te
neantur Iudæi eccleſiæ parochiali, & ſic dicit ſeruare
Arelaten. & quoſdam alios prelatos de conſuetudine
pone enim, quòd Iudæi domos omnes unius paro-
chiæ emerãt, uel maiorem partem illarum, & illas in-
habitabant, certè fuit ſubueniendum eccleſiæ paro-
chiali, cum ex hac cauſa ſubtrahatur priuilegium reli
gioſis, de decimis, ſuggeſtũ. & licet magnus ſit fauor
religionis: ſumma tamẽ eſſe debet cauſa curatorum,
ut patet de pręben. extirpãdæ. §. ſi igitur: quibus, ſi ne-
ceſsitatem patiãtur, epiſcopus prouidere tenetur. 93.
diſt. diaconi. & quibus nil eſt minuendum de iure pa
rochiali, niſi ex magna cauſa, ſup. de his, quæ fi. à præ.
paſtora. faciũt hæc pro Io. de Deo, qui dixit li. 4. q. 1. ꝙ
non poteſt dici cenſus ignorantię quem Iudæi ſolue-
runt tempore, quo nõ eſt memoria, epiſcopo, uel ec-
cleſiæ, ſub quibus morantur, cum ob prædictas cau-
ſas æſtimetur eſſe ſolutus, al. 18. quæſtio. 2. cap. fina. ff.
de uſuris, cum de in rem uerſo.

ANNOTATIONES.

a ¶Hoſt. Nec prohibendo in moderatas uidetur minores concede-
re, ut in glo. no. in cle. in eo. ti. ſuper uerbo facere.
b ¶Vlti. ibi. Iſta gloſſ. coniuncto tex. facit multum ad q. quam ponit
Federi. de Se. conſilio. 74.

*SVMMARIVM.*

1 *Gregoriana decretalis non eget ſumma.*
*Nauiganti quæ pecunia mutuatur, quid dicatur.*
*Pro ea quæ uſura, & qua lege permittatur.*
2 *Eius periculum ad quem ſpectat, & quando.*
*Pecunię mutuatæ periculum eſt debitoris regulariter, fallit ut hic.*
3 *In nundinis qui poſſint conuenire debitores.*
*Earum priuilegium ex non uſu decennij perditur.*
4 *Pro uectura pecuniæ ultra mare ſi pretiũ recipiatur, non eſt uſura.*
*Dedi indigenti, & offerenti eam reſtituere cum lucro ſperato, ut hic dicitur, in termino & loco, an ſit uſura.*
*Generaliter qui quid ꝓmittit ſine adiectione bonitatis, quodlibet dando liberatur, exceptis caſibus, & quibus.*
*Valere ſi certum ſit quid plus tempore ſolutionis, uſurarium eſt.*
*Opinio communis ſpectanda eſt.*
*Contractus qui illiciti clericis.*
*Vſurarius mentalis quis, in fin.*
7 *Si uendo quid eo pretio, quo uendidiſſem alibi, ubi uendere uolebam, an ſit uſura.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 9.*
*Commodum cum incommodo compenſatur.*
*Dubij ratione quid permittitur, quod non permitteretur, & excuſatur.*
10 *Additio gloſſarum.*
*Periculum ad quem pertinet, & ita commodum.*
11 *Mutuans nihil inde percipere debet.*
*Locator rei contrà, & ratio differentiæ.*

## CAPVT XIX.

1 NAuiganti. Gregoriana † eſt, & ſe
ſummat. Et ſunt tria
dicta: partes patent, & incipe conſtructũ
ibi, Mutuans certam pecuniæ quantita-
tẽ &c. ſcire debes, ꝙ pecunia iſta, q̃ nauiganti mutua-
tur, dicitur traiectitia, uel nautica. ff. de nau. fęno. pro
qua ſecundum leges permittitur uſura centeſima, qđ
intendit hæc conſtitutio reprobare, ſecundum Ho-
ſti. qui de hoc remit. ad ſum. eo. tit. §. ex quibus cauſis,
2 uer. in traiectitia, & ſequen. dicebat hic Gof. ꝙ pericu
lum nauticæ pecunię ſpectat ad creditorem nauigio
ſuſcepto, uel poſtquam nauem nauigare conuenerat
ff. de nau. fę. l. 2. hoc uerum, niſi aliquid imputari poſ-
ſit debitori, ut quia non ſeruauit locũ nauigij, uel pro
hibitas merces detulit: quia tunc non ex diſcrimine
maritinæ tempeſtatis, ſed ex culpa ſua, uel audacia pe-
riculum euenit, ſibi & non creditori imputabitur. C.
de nau. fę. cum proponas. patent autem per prædicta
dua ſpecialia. ſ. de uſura centeſima, & de periculo cre-
ditoris, & quando incipiat. regulariter enim periculũ
pecuniæ mutuatæ eſt debitoris. C. ſi cer. pe. l. incẽdiũ:
aliud ſpeciale, ꝙ ex nudo pacto talis uſura debetur ſe
cundum leges. ff. de nau. fę. l. periculi. §. ult. [*Nundinas*]
3 auctor, † uel dominus nundinarum nullum de con-
currentibus ibi cõueniet & ratione priuati debiti. C.
de nun. le. 1. Sed alij negociatores poſſunt ibi conue-
nire habentes ibi pergulas, uel ſtationes. ff. de iudic. l.
hæres. §. proinde. perditur autem ius, uel priuilegium
faciẽdi nundinas, ſi nõ utunť decennio. ff. de nun. l. 1.
Vinc. [*Mutuans*] non loquitur ergo in contrahentibus
ſocietatem, quorum unus ponit operam, alter pretiũ
de hoc. 14. q. 3. c. plerique. licite enim tũc, vt dicit Gof.
communicantur cõmoda, & incommoda [*Pericu-*
4 *lum*] ſi quis † recipit pecuniam ultra mare uehẽdam,
certo ſibi pretio conſtituto, ſiue recipiat, ſiue non re-
cipiat in ſe periculum, non eſt uſura, ſed locatio ope-
rarũ uectionis, uel cuſtodiæ, ſecundum Inno. allegat
Hoſt. ff. nau. cau. ſta. l. & ita, & per totum ff. loca. in na-
ue, & l. qui operas, & l. qui mercedem, & l. ſe. ubi uerò
datur mutuo, ſemper eſt uſura: quia nulla utilitas pe-
cuniæ, ſi teneatur in archa, nec deterioratur utendo,
5 ut in præalle. 88. diſ. eijciens. ¶Quid † ſi habens pecu-
niã uolebat ad nundinas ire, & merces emere, ut aliò
deferret, uel tempore ſeruaret propter lucrum. Ego
indigens pecunia, illam recipio, offerens me illam re-
ſtituere cum lucro ſperato in termino & loco? Dicit
hic Inno. ꝙ licet quidam contrarium teneant, ipſe pu
tat hunc contractum uſurarium, nec ſcit illum excu-
ſare, Hoſt. ſupra eo. ſalubriter, dicit, ꝙ tali mercatori,
obligatus ſum ad intereſſe illius lucri, quod facturus
erat veriſimiliter ex pecunia, dũmodò nil fiat in frau-
dem uſurarum, & dictus mercator dicto modo non
conſueuerit pecuniam tradere ad uſuram, uerius ui-
detur dictum Innocen. & quod dicitur de intereſſe, il
lud locum habet poſt moram debitoris. & ex contra
rio pararetur aperta uia ad fœnus. ſtaret enim uſura-
rius paratus cum capello, ocreis, & calcaribus ad mo
dum Foroiulienſium, dicens ſe ad nundinas ire uel-
le, ſi ſibi liceret taliter ſtipulari ſub colore lucri ſpera-
a ti aliquid ultra ſortem [a] [*Grani*] ut dicit Goff. qui † ſine
6 adiectione bonitatis promittit granum, uinum, uel
oleum, quodlibet dando liberatur. ff. man. l. fideiuſſo
rem. ff. de leg. 3. l. nummis: ſecus in auro. purgari enim
debet. ff. de auro, & ar. le. l. ſi aurũ. & ſecus in mutuo,
in quo bonum debetur eiuſdem generis. ff. ſi cer. pet.
l. mutuum, ubi uerò debetur ſpecies, exigitur medio-
cris. ff. de reg. iur. in obſcuris, lib. 6. [*Licet tunc*] ſ. tempo-
re, quo pecunia ſoluitur [*Solutionis*] i. menſurationis
[*Veriſimiliter*] ſi ergo certum eſſet illas plus ualere tẽ-
pore menſurationis, ut quia dat precium tẽpore meſ
ſium, & menſuræ ſibi dentur in paſcate, erit uſurarius
ſecundum communem & ſolitum curſum ferè om-
nium regionum, & communem opinionem, quæ
ſpectãda eſt. ff. de flumi. l. 1. in prin. Et ſi dicatur, quòd
quandoque contingit contrarium, reſpondetur ſecũ
dum Hoſt. quod ad ea, quæ raro &c. ff. de leg. nam ad
ea. caueat ergo contrahens, ne huius uerbi mentem
offendat, & ſic emat de tempore ad idem tempus in
qualitate, puta de æſtate ad æſtatẽ. de uere ad uer, uel
aliud tẽpus, de quo non lœdat conſcientiam: aliàs in
animarum iudicio ad reſtitutionem inducetur, ſupra
cap. cõſuluit. clericis autem omnino ſunt illiciti tales
con-



contractus, quibus non licet emere, ut uendant ca-
rius, ne cle. uel mo. cap. primo. 88. diſt. per to. remittit
autem Hoſti. ad ſummam, ubi poſuit de hoc multas
practicatorias & utiles quæſtiones. eo. tit. §. an aliquo
caſu, uer. 4. & ſequen. [*Tunc*] ſ. tẽpore uenditionis [*Ter-*
*mino*] ſolutionis precij. & ſic eſt caſus cõuerſus à pro-
ximo [*Tempore contractus*] ergo ſi tunc uenditurus erat
pro minori precio, ſi tunc precium ſolueretur, aut ſi
propter dilationem maiori precio uendit, eſt uſura-
7 rius mentalis, ut hic, & ſupra eo. conſuluit. ¶Quid † ſi
non erat uenditurus in loco? pone, poma erant gra-
nata, quæ habebat in riperia, ubi magna eſt copia, &
uolebat illa uẽdere Pariſijs, ubi ſunt cara, inuenit quẽ
dam, qui ibi ſtatim ſibi dat, quod habere poſſet Pari-
b ſijs, nunquid eſt uſura, dixit Inn. ꝙ [b] non, dummodò
non accipiat ultra id, quod ueriſimiliter accepturus
erat in loco, quò portare uolebat: quia quo iure põt
carius uendere propter dubium temporis, eodem iu
re propter dubium loci id poterit. dicit Hoſtië. ꝙ hoc
non eſt bonum ſimile: tum quia non eſt ueriſimile,
ꝙ aliquis talem emptionem faceret, niſi multum ege
ret, & ſic per hanc opinionem daretur uia figmentis,
& uiderẽtur approbari uſurariorum baratte: tũ quia
laboris & expenſarum itineris habẽda eſt ratio, de uo
to, magnæ. Si ſtatim ille emptor ſoluit precium, uerã
puto opinionem Inn. ſed ſi differatur ſolutio precij,
prout forſan ipſe intellexit, tunc uidetur locum habe
re ratio Hoſti. & tollitur ratio Inno. quia in dubio tẽ-
poris poteſt commodum prouenire uẽditori, & em-
8 ptori. ¶† Gloſſ. 1. cum ſuis apoſtilis reſpon. per obie
ctionem, & ſolutionem. ¶Glo. 2. in prin. & fi. arguit,
ꝙ propter dubium aliquid excuſatur, & permittitur.
in medio arguit dubia in melius interpretanda: al. cõ-
9 trarium, & ſoluit. ¶*In gloſſ. 2. ibi. l. pe.*] ſi creditori dedi
fundum in ſolutum, meliorationem non peto, ſicut
nec deteriorationem peterem [*& ibi. l. 1. §. 1.*] cũ du-
bitatur, an uxor, quæ diuertit, ſit prægnans, ponũtur
cuſtodes [*& ibi, ſi quis ex ali.*] vide de accuſa. ueniens, in
ulti. glo. [*& ibi, ſi ea lege*] ſi conuenit, ꝙ fructus pigno-
ris cederent pro vſura, emolumentũ ex incerto euẽ-
10 tu fructuum proueniens creditori prodeſt. ¶*In † gl. 1.*
*ibi, uidebatur*] ſicut hæres, qui periculo fideicommiſſa-
rij adit hæreditatem, non detrahit quartam, etiam ſi
ſi in adeundo non erat periculum: quia hæreditas lo-
cuples. ff. ad Trebel. quia poterat. Item procurator,
qui credidit pecuniam ſuo periculo, vſuras reſtituere
non tenetur domino, quas inde percepit. ff. man. idẽ-
que. §. ſi mandauero. idem in ſocio non omnium bo
norum, qui ſuo periculo pecuniam fœnerauit. ff. pro
ſocio. l. ſi. unus. §. 1. [*& ibi, ad debitorem*] ut dicebat Hoſ.
creditor hic per pactũ bene potuit ſe onerare, ſed nõ
releuare. remit. autem ad ſum. e. §. an aliquo caſu, ſub
11 §. in alijs autem [*Et in fi.*] non † ob. ſecundum Goff. ꝙ
locator, ad quem ſpectat periculũ, recipit mercedẽ,
vel cenſum, retinet enim locator dominium rei loca
tæ. ff. loca. non enim propter quod ad eum rei ſuæ ꝑ-
tinet periculum: ſed creditor non retinet dominium
pecuniæ mutuatæ: ſit ergo periculum debitoris do-
mini. ff. ſi cer. pe. l. 2. item res locata conſumitur, & de-
teriorať per vſum, qđ in mutuo nõ cõtingit, nõ mirũ
ergo, ſi locator ſalariũ percepit, & non mutuans. ¶*In*
*gl. 2. ibi conſcientiæ*] ſi. ſupra de iureiu. mulieri [*& ibi, non*
*æſtimemus*] ubi de hoc, & ſupra de ſepulturis, ſacris.

ANNOTATIONES.

a ¶Sortem. Iſta non uidetur bona ratio, quia præſupponit Ho. iſtã
opi. nolle fęnerari. uide Sali. in auct. ad hęc, qui ponit caſum, quo
opi. Hoſt. poteſt eſſe uera.
b ¶Inno. quòd. Vide hic Io. And. & Sali. in aucten. ad hæc, præalle.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De falſi crimine loca iuris canonici tractantia.*

## De crimine falſi, Rub.

1 In † decalogo, Non furtum facies: nõ dices falſum
teſtimonium &c. ideò ſubmittit de crimine falſi. de
hoc. 19. diſt. in memoriam. 4. q. 3. qui falſo. 11. quæſt. 3.
quiſquis. Congruit, de reſcrip. capitulo ſecundo, & c.
ad audientiam. i. & c. olim, de teſti. tam literis, de teſti.
cogen. ſuper his, & cap. cum contra. de his, quæ fiunt
à præla. quanto, in fi. de uer. ſi. nouimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Cap. ne quis. 22. q. 2. cum hoc conciliatio.*
*Contra ſacerdotis officium duo, & quæ, in fin.*
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*
*Falſi coram quo debeat accuſari Mutinenſis, qui ad requiſitionem iudicis Bonon. coram ſuo iudice Mutinen. depoſuit.*

## CAPVT I.

FAlſidicus. Breue eſt: & ſunt
duæ partes. 2. ibi,
vterque [*Tribus*] ſi. 13. d. cap. pimo, &
adde, quod ibi no. [*Occultat*] cõtra. 22.
1 quæſtio. 2. ne † quis. ibi ſoluitur in fi.
1. glo. unde dicebant Go. & Inn. hoc
intelligendum, cum officium teſtifi-
candi aſſumpſit, uel cum veritas aliter haberi non po
teſt [*Mendacium*] licet mendax, tamen & periurus: facit
de præſump. literas [*Ille*] qui veritatem occultat [*Iſte*]
qui dicit mendacium [*Nocere*] hęc duo ſunt cõtra of-
2 ficium ſacerdotis, de poſtulan. cap. fina. Hoſt. ¶† Gl. 2.
ponit duplicem modum puniendi falſum teſtẽ: & ꝙ
ſententia ad eius dictum lata retractatur, nec fit eius
3 executio, & duplicem op. de ipſius nullitate. ¶† Gl. 3.
4 triplicis culpæ triplicem ponit pœnam. ¶*In † glo. 2. ibi,*
5 *nullum*] uide, ut ec. bene. c. uno, in 3. gloſſ. ¶*In † glo. 2. ibi,*
*extraordinariè*] dicit Abb. dando illi alapã. vide in ſpe. de
teſte. §. 1. C. uer. quid igitur ſi, & tribus uer. ſe. [*Et ibi, ac-*
*cuſari*] corã quo debeat accuſari de falſo Muti. qui ad
requiſitionem iudicis Bon. coram ſuo iudice Mutin.
depoſuit, uide in ſpe. de teſte. §. 1. C. uer. quid ſi aliquis
[*& ibi, de falſis*] adde, quod no. 5. q. ulti. preſby. 2. [*& ibi,*
*effectum*] ut ibi [*& in fi.*] & in prædicta dec. cum uene-
rabilis in gl. pe. ¶*In gl. pe. in fi.*] vnde melius facit. 33. q. 5.
hæc imago, ubi punitur pœna talionis, & ibi de hoc,
& 2. q. 3. in ſumma, & 23. q. 5. rex debet.

*SVMMARIVM.*

1 *Decretalis hæc ſub alio titulo olim erat.*
*Per falſas literas ſententia lata non debet executioni mandari, et nume. 3.*
*Tales deferens poteſt detineri, & à quo, nu. 2.*
2 *In literis papalibus etiam ueris recipitur excuſatio.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4.*

## CAPVT II.

1 SVper eo. Olim erat † ſub ti. de re iu-
di. & h. d. Sententia lata ꝑ
falſas literas non debet executioni man-
dari. Et primo commendat eum, cui ſcri-
bit de præterito. ſecundò eum inſtruit in futuro ibi,
Mandantes [*Auctoritate*] hæc auctoritas erat in com-
mittendo, non in probando ſecundum. i. glo. dicebat
etiam Goff. non loquitur de falſis literis. i. impetratis
per

per falſi ſuggeſtionem, quarum proceſſus bene tenet
& ſi non excipitur. de hoc ſatis no. ſupra de reſp. ad au
dientiam. 2. [*Videris*] probabiliter & ex iuſta cauſa, de
qua infra eo. licet: al. cõtra quod legitur & no. de reſp.
cum contingat, ad fi. Hoſtiẽ. [*Non obſerues*] nam etiam
2 † in ueris recipitur excuſatio, ſupra de reſp. ſi quando
[*Retineri*] niſi ſit clericus ſecundum quoſdam, ar. infra
de ſen. excommu. nuper. quod uerum eſſet de iudice
ſeculari ſecundum Hoſti. ar. eo. tit. cap. 3. §. 1. Eccleſia-
ſticus uerò ordinarius illũ, ſi ſuſpectus ſit, poterit de-
tinere. poterit ẽt id ad mãdatũ delegati, ſm Inn. ad qđ
facit ſm Hoſti. de reſp. ca. 2. & 3. & fi. ubi ẽt impetrans
per falſi ſuggeſtionem in expenſis condemnat, nam
non facit hoc temerariè, uel diabolo inſtigãte, ſed ad
correctionem, infra c. 1. & c. ad falſariorũ, de pę. tuæ,
de ſen. excommu. perpendimus, & eo. titu. ſi clericos,
3 lib. 6. diligenter. 19. diſt. in memoriam. ¶ † Gl. 1. diſtin-
guit duplicem falſitatem. ¶ Gl. 2. ſignat contrarium,
& remittit. ¶ [*In ult. glo. in fi.*] melius. 4. quæ eſt ult. ubi di
citur, ꝙ executio rei iudicatæ ſuſpenditur, & ſolutum
4 per talem ſententiam repetitur. ¶ † *In gl. 1. La.*] & Goff.
¶ *In glo. 2. in fi.*] & 25. quæſt. 2. & ſi non cognitio.

ANNOTATIONES.

a Verbaliter. Vide de pęnis, delegato, libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſans clericus ſigillum principis, quibus ſubdatur pœnis.*
*Clericum in carcerem mittens iudex non dicitur excommunicatus.*
*Carcere reſtituta ad cuſtodiam utimur & ad pœnam.*
*Degradati pro uerbo depoſitis.*
*Character imprimitur manui, uel faciei clerici in odium criminis.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

## CAPVT III.

1 AD audientiam. C. † Clericus fal
ſans ſigillũ prin
cipis, deponitur, & ei character imprimit̃,
& in exilium mittitur. communis diuiſ. ſe-
cunda pars ibi, Fraternitati [*Carcerali*] nec per hoc infra
dicitur excõmunicatus. & facit quod dixi ſupra c. pro-
xi. [*Cuſtodiæ*] carcer propriè inſtitutus ad cuſtodiã, ſed
utimur illo ad pęnam, quod dic, ut infra de pęnis, quã
uis, lib. 6. [*& infra*] conſulebat ſuper pęna [*Eis*] clericis.
ex prædicta cauſa carceratis [*Degradatis*] intelligo. i. ver-
a baliter[a] depoſitis. & facit, quod dixi ſupra de iudi. cũ
nõ ab homine [*Quo*] impreſſo, & in loco apparẽti. & di
cebat Inno. ꝙ imprimitur manui, uel faciei, quod erit
ſpeciale in odium criminis, ut dicit glo. [*Alios*] qui ex
hoc terrebuntur. 4. diſtin. factæ, de tranſla. cap. 1. in fi.
Hoſt. [*Abire*] & ſic exulabunt. concor. de calũ. c. 1. in fi.
2 † ¶ Gl. 2. & 3. ſignant duo contraria, & ſoluunt. ¶ *In gl.*
*2. in fi.*] & in alijs caſibus no. ſup. de hęreti. ad abolendã,
in 5. gl. ¶ *In glo. ult. ibi, ſolutio*] ſecũdũ Ala. [*& ibi, profunde*]
& impiè. Gof. [*& in fi.*] ibi de chirurgica aduſtione.

*SVMMARIVM.*

1 *Literas apoſtolicas exiſtens in curia à quo recipere debeat, & niſi*
*receperit, quas incurrat pœnas, & nu. 3. & non id ſeruatur, nu. 4.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Suſpenſio inducta pro ſe non tollitur per abſolutionem ab excommu*
*nicatione: ſecus inducta per excommunicationem.*
3 *Sedes, & curia apoſtolica ibi eſſe dicitur, ubi eſt papa.*
*Literis papalibus qui deputati.*
4 *Auctoritatis uiri qui.*
5 *Sententia ipſo iure lata per uerbum, ſubiaceat, an hic ſit.*
*Canon latæ ſententiæ hic.*
*Excommunicatus à canone quandoque mandatur excommunicari*
*ab homine.*
*Contra interdictum papæ quod fit, nullum eſt, cum exprimitur, in fi.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*Suſpitio naſcitur ex humilitate perſonæ.*
*Tempus datur ad ſarcinulas componendum, & ad aduocatum quę-*
*rendum.*
8 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT IIII.

DVra. Sunt duæ partes. prima h. d. Exi-
1 ſtens † in curia literas apoſtolicas
non recipiat niſi de manibus papæ, uel of-
ficialium deputatorũ ab ipſo. perſonæ ta-
men ſolennes per nuncium recipere poterunt, de ma
nibus tamen prædictorum. contrafaciens, ſi laicus eſt
excommunicationi ſubiacet, ſi clericus, ab officio, &
beneficio ſuſpenditur. 2. ibi, adijcientes, per excõnis
pęnã prouidet contra non reſignantes, nec deſtruẽtes
literas falſas. j. 20. dies, & abſolutionem reſeruat, & cõ-
tra factam uitiat. vel breuius. prima pars punit recipiẽ-
tes literas apoſtolicas non de manibus papæ, uel offi-
cialium. ſecũda punit non deſtruẽtes literas falſas [*Su-*
2 *ſpenſionis*] ſed † nõ ne iſtam ſuſpitionem inducebat ex-
communicatio. 3. q. 4. Engeldrudã, de excep. à nobis,
de cler. exc. poſtulaſtis, de æta. & qua. cum bonę, de ap.
paſtoralis, dic ſecundum Gof. ꝙ ſuſpenſio per ſequelã
excõicationis inducta tollitur per excõicationis abſo-
lutionem, quod non erit, ſi ſpecialiter ſuſpendat̃. & cõ
cor. quod dixi, de cleri. nõ reſi. ex tuæ, ſuper ver. remo-
ueat. all. C. ſi pen. ap. mors inter. l. 3. C. ſi reus, uel accu.
mortu. fu. l. fi. uel ſm eum pęna excõicationis reſpicit
hic laicos, ſuſpẽſionis clericos, qđ ꝓbant ſequẽ. ad hoc
ultimum concor. Ho. inducens ſimiles. s̃. ti. 1. præterea
3 [*Apud ſedem*] illi † ergo, qui non ſunt apud ſe. apo. non
ligant̃ hac cõſtitutione. Inn. Sedes uerò apoſtolica, &
curia intelligitur, vbi eſt papa ſm Hoſt. [*Deputati*] ſicut
ſunt bullatores, Inn. uel uicecancellarius, uel alius de
expreſſo papæ mandato ad hoc officium deputatus,
ſecũdũ Hoſti. idẽ de officialibus extraordinarijs de ca-
mera, uel extra, ſm eum, vt dicit fuiſſe Robertũ de Ba-
ro. tpe dñorum Alexan. & Vrbani quarti [*Auctoritatis*]
4 puta † eps, uel magnus abbas [*Præſcriptã*] ſ. de manibus
papæ, uel officialis ad id deputati, ut dictum eſt ſupra,
ſed quicquid dicatur, hodie hoc nõ ſeruat curia: imò
ẽt quilibet paruæ conditionis mittit ad bullatorẽ, & li
terã ſuam recipit ab illo, quem mittit. & forte ſm Ho.
fuit huius iuris intentio punire illũ, qui per ſe, uel per
alium lr̃as recipit à falſario, uel ſuſpecto, uel nõ noto,
& ſciẽter hoc faciens has pęnas incurret. conſueuerãt
enim aliqui falſarij literas fabricare, & curialibus tra-
dere, ſimulantes illas à cancellaria gratioſè obtinuiſſe
5 [*Subiaceat*] per ſententiam † non ipſo iur. Inno. ſed Gof.
& Hoſt. plus placet, ꝙ ipſo facto. idẽ Io. & Phi. j. e. ad fal
a ſariorum[a] [*Damnetur*] iſte canon ferendæ ſententiæ. po
teſt tñ dici ſm Hoſti. ꝙ etiam clericus ſit excommuni-
catus, & quia plus deliquit, mandat̃ imponi hęc pęna.
& ſit ſimile. s̃. de hære. excõicamus. §. ſi uerò [*Promulge-*
*tis*] excõicatus ergo à canone mãdat̃ excõicari ab ho-
mine. ſic. s̃. de iudi. ita quorundã. uel ſm Hoſti. ſup. ex-
cõmunicati ſunt à iure, qui literas nõ de manu papæ,
uel officialium recipiunt: hic excommunicatur ij, ad
quos quomodocunque falſæ literæ peruenerunt, &
ſic eſt alius caſus à præcedenti [*Firmitatis*] eſt ergo nul-
lum, quod fit contra interdictum papæ, quod uerum
eſt, quando hoc exprimit, ut hic, & ſupra de præben.
inter cętera: al. contra. eod. titu. dilectus. 2. ubi de hoc.
6 ¶ † Glo. 2. arguit, & remittit. ¶ Antepe. glo. duas quæ-
7 ſtiones format, & ſoluit. ¶ † *In gl. 2. ibi, ſeruus*] admittitur
ſeruus petens bonorum poſſeſſionem, dũmodo præ-
tor de ipſius ſtatu ſit certus [*& ibi, ſi quis, poſt prin.*] vbi di
citur, quòd ſi ex pluribus hęredibus argẽtarij unus hu
milis & deploratus edit, cæteri edere debent, aut illius
editioni ſubſcribere. ¶ *In glo. in quibus, in fi.*] reuerſo dat̃
tem-



tẽpus ad ſarcinulas cõponendas, & ad aduocatũ quæ-
8 rendũ. ¶ † *In glo. 2. in fi.*) imò dic, ut ſupra de reſcrip. c. 1.
li. 6. ¶ *In gl. in quibus, ibi, illud*) ibi dedi concor. ¶ *In glo. ſunt*
*5. in fi.*) C. de hære. damnato. Vinc. ¶ *In glo. tali, qui in fi.*)
uel coram iudice, ſi coram illo fuerint exhibitæ, infra
eo. cap. pe. Hoſti. ¶ *In glo. ſi ſuper, ibi, ad falſariorum*) Hoſti.
contra, & ibi remittit poſt prin. (*& ibi, reſpondeo*) ſecũ-
dum T. & Vinc. idem Phi. (*& in fi.*) & melius, ff. de re-
dhibi. l. 1. §. cauſa, & l. ob quæ uitia, & l. quæritur. §. fin.
¶ *In glo. 1. caſus, in fi.*) Hoſti. remittit: de offi. or. paſtora-
lis, uer. ad quod dicimus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Falſariorum. Et probat uer. ſubiaceat, qđ eſt præſentis tẽporis.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſandi literas quot modi, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
*Falſitas qualiter cognoſcatur, ibid.*
*Non poteſt accidere facile, & ratio, nu. 4.*
2 *Doctrina quarum rerum non edenda ſit.*
*Neſcire quædam melius eſt, quàm ſcire.*
*In tenero non diſcat, quod ſit dediſcendum.*
*Quod rudes animi perhiberunt, difficulter raditur.*
3 *Canabum ſpecies lini.*
4 *A nuncio quod fit, non imputatur mittenti niſi in caſu.*
*Scriptorum literarum apoſtolicarum cognitio falſitatis facilis, &*
*eorum mos ſcribendi, & chartæ quæ, & à quo habeant.*
*Hæc decretalis à ſpecula expoſita, & ubi.*
*Chartæ diſtribuendæ ſcriptoribus apoſtolicis quidam deputatur.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
*Per obreptionem quid obtinens nihil agit.*
9 *Additio gloſſarum.*
*Charta quibus modis dicatur falſa.*

## CAPVT V.

1 LIcet. Ponit 9. † modos falſandi litteras
papales, & dicebat Abb. hanc lite
ram legendam cum litera bullata [*Falſis li*
*teris*] idem, ubi uera bulla apponitur falſis
literis, infra uerſ. illos. Idem, ubi falſa bulla apponitur
ueris literis, quod clarè non exprimit hæc dec. quia ra
rò accidit. ff. de legi. nam ad ea, ſm Hoſ. [*Immiſſum*] ipſi
bullæ [*Inſeratur*] ferro. difficile poſſet fieri hæc falſitas,
ſed fertur, quod cum quodam cemento calido inclu
dunt bullam, per quod plumbum & ſi non liqueſcat,
tamen teneréſcit, ita, ꝙ filum trahi poteſt, ſed tamen
in tractione eſt aliquis tumor, per quod poſt filũ im-
miſſum oportet bullam malleari, & de hoc intendit
finis, & dicebat Goffr. ꝙ hoc eſt mala inſertio de bo-
na, de dilatio. præterea, de confirm. util. uel inut. cap.
pen. 23. q. 4. ipſa pietas, de conſ. diſt. 5. nunquam [*Ter-*
*tia*] Hoſti. ſic intellexit, ꝙ incidatur uerum filum ſub
plicatura ueræ literæ, & abſtrahatur de litera, & immi
tatur falſæ literæ ad modum ueræ plicatæ, & ſub plica
tura falſæ literæ reſarcitur filum, & eius ſciſſura cum
filo filis canabis, ſed ſatis citò detegetur falſitas, ſi dili-
genter inſpicitur plicatura, uel intellige, ꝙ ex parte ſu
periori bullæ totum filium inciditur circa bullam, &
poſtea cum filo ſimilis canabis uera bulla appẽditur
literæ falſæ, & illud filum aliquantulum inducitur in-
2 tra bullam [*Immittatur*] dicit Gof. ꝙ † circa iſta, qualiter
fiant, non eſſet adhibenda doctrina, ſunt enim quæ-
dam, quæ melius eſt neſcire, quàm ſcire. 38. diſt. quam
uis, in fin. Sene. epi. 86. quæ al. eſt liber per ſe, de libera.
argum. ad Lucil. monet illum, quòd illa non diſcat,
quæ forent dediſcenda, ſi ſciret. Et Marcus Varro, Sũt
quædam, quæ eradenda eſſent de aĩo ſcientis: quia in-
ſerendi ueri locũ occupant. Hiero. ad Athletã. C. non
diſcat in tenero, qđ ei poſtea dediſcẽdum eſt, difficu
ter raditur, quod rudes animi perhiberunt. & vide q
ibi ſequitur ẽt Hiero. de Alexandro. ſed dicit Gof. Le-
gimus quędam, ut cognoſcamus, & reprobemus. 27.
3 di. legimus [*Canabis*] ſpecies † lini eſt. Vin. [*Quarta*] iſta
ſatis patet. cognoſcetur autem ex mallcatione bullæ,
cum. ſ. fuit pars fili intus reducta. Item per tractionẽ
fili, ſi expediat [*Redditis*] per officiales ad hoc deputa-
tos [*Tenuem*] maxime, ſed dictum fuit, quia difficilius
perpenditur [*Sexta*] iſta falſitas, & ſequẽs non poſſent
de facili exerceri in papyro. & facit ad id, quod dixi ſe
cundũ Hoſ. de cõfirma. uti. uel inuti. cum dilecta, uer.
nos igit̃ [*Et alijs*] puta tybertino furfure, & ſimilibus.
dicit etiam Ho. eſſe quandã, cuius nomen ſupprimit,
cum qua fit talis abolitio ſine raſura. ego verò ſcio, &
expertus ſum quadã aqua ſtillata hoc idẽ fieri [*Abra-*
*ſæ*] & ſubtilizatæ uſque ſub plicatura [*Tenaciſſimo*] ſicut
faciũt, qui emẽdant foramina, uel ſciſſuras librorum
[*Coniungitur*] & ſuper hoc cõiuncto ſcribitur [*Scienter*]
4 & ſic non includit † eum, qui miſit nuncium idoneũ
ad literam procurandam, ſi ſine conſcientia ſua falſi-
tatem commiſit, ar. de pigno. ſignificante, ſecundum
Hoſti. [*Falſas*] falſas hic uocat, quæ licet per manũ no
tarij tranſierint, tamen ſine conſcientia papæ, & uice-
cancellarij bullantur ſm Hoſt. [*Proijciunt*] & cęrimo-
nijs, quas ſeruant hodie bullatores, non poſſet de fa-
cili hæc falſitas accidere: quia ſecretarii bullæ, ubi te-
nent literas bullandas, non permittunt aliquem intra
re. potius ergo poſſet accidere in cancellaria [*Sigillen-*
5 *tur*] i. bullentur (*Forma*) dictatores † & ſcriptores ha-
bent ſuas cęrimonias, per quas ſi litera falſa ueniet ad
manus ipſorum, citiſsimè erit eis no. refert Ab. de lite
ris. M. & N. ꝙ ſcriptores illis literis nõ dant tractũ, niſi
in fi. dictionum. de his & multis ſimilibus uide in ſpe.
de reſp. præſen. §. 1. igitur, in 2. col. & ibi per totum. §.
exponitur hæc dec. (*Charta*) non ſcribit curia in char-
tis raſis, uel deformibus, unde etiam propter ineptã
formam chartæ uel minus lõga, uel minus breuis iu-
betur litera reſcribi. hodie tamẽ pulchrior eſt forma
chartarum literarum papalium, quàm olim. & fertur
eſſe ratio: quia olim ſcriptores papæ ſcribebãt in ſuis
chartis, unde ex auaritia turpes & breues formas fa-
ciebant. unde poſtmodum ſubtracta ſunt eis uictua-
lia, quæ habebant à curia, & dantur eis chartæ gratis.
& officialis ad hoc deputatus tot chartas dat ſcripto-
ri, quot poſtulat (*Adiunctione*) vt in 3. & 4. ſpẽ (*Collatio-*
6 *ne*) ſemper † ſi fiat collatio falſæ bullæ ad ueram, faci-
le erit cognoſcere. vix enim, imò nullo modo reperi-
re erit, quin diſcrepet falſa à uera uel in forma, uel in
filis, uel in punctis, uel aliquo alio: præter id etiã, qđ
ibi ſunt quædam ſigna ſecreta ſolis bullatoribus nota
[*Motione*] facilius mouebitur filũ foraminis ſubleua-
ti, quàm alterius (*Obtuſione*) quãdo cudita eſt bulla ſu-
per filum, optime eſt obtuſa bulla filo inferiori & ſu-
periori, quod non eſt, cum filum fuit tractum (*Tumi-*
*da*] in loco, quo malleus non percuſſit (*Depreſſa*) in lo-
7 co, quo malleus percuſſit. ¶ † Gl. 1. ultra. 9. ſpecies fal-
ſitatis, quas ponit tex. enumerat. 7. ¶ Glo. 3. tractat de
raſura duplici, ſ. literarum apoſtolicarum, & aliorum
inſtrumentorum, & utriuſque dicti ſoluit unum con
trarium. ¶ Vlt. gl. ponit quãdam expertam doctrinã.
8 ¶ *In glo. 1. ibi, ſi quis obreſerit*) ſequitur, præſidi prouinciæ
tã per acta, quàm per libelli interpellationẽ, nihil agit
(*& ibi, iubemus*) illa lex dicit producentẽ ut falſariũ de-
tinendũ. ¶ *In glo. 2. in fi.*) loquitur in illo, qui utitur fal-
ſo reſcripto, uel falſa conſtitutione, nullo auctore ha-
9 bito. ¶ *In † glo. 1. ibi, falſa*) multos modos, quibus char-
ta dicitur falſa, quære no. 19. di. in memoriam. ¶ *In glo.*
*quicunque, ibi, raſura*) ſecundum Io. idem no. in præ. c. ex
literis. ¶ *In gl. quia per, in fi.*) ſ. ex ſtylo, uel modo dictan-
di.

di. ¶*In gloſſ.ulti.in fin.*) illud locum non habet, cum ſit
cum herba ſecundum Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſæ literæ papæ quæ.*
2 *Conſuetudo, & ſtylus conſuetus curiæ ſpectandus.*
*Papa quibus nominibus appellet eos, quibus ſcribit.*
*Quos fratres, quos filios, quos chariſſimos, & quos dilectos.*
*Nomen eius quãdo poſpoſitum nomini principis, uel imperatoris.*
3 *Vni ſi loquatur, aut ſcribat quis an honoris cauſa num. plurali, an ſingulari uti debeat.*
*Catholicon dictionarium citat auctor.*
4 *Epilogus, additio gloſſarum.*

## CAPVT VI.

1 QVàm graui. C. † falſæ ſunt literę
pape, in quibus epi
ſcopus uocatur filius, uel inferior uel uni
ſcribitur in plurali. Et primò ponit admi-
rationē ſuam. 2. ibi, Cum ſcire, in tribus, quæ ſunt de
ſtylo, ſpecialiter inſtruit. & primum reducit ad ꝓpo-
ſitum. tertia ibi, Propter quod, generaliter inſtruēdo
concludit [*A nobis*] uel noſtra cancellaria, ſupra de re-
2 ſcrip. ad hoc ſumus [*Conſuetudinem*] no. † conſuetudinē,
& conſuetum curię ſtylum ſpectandum, infra de ſen.
ex. ad hoc, de conſti. ex literis, quod dic, ut no. de tem.
or. c. 2. de re iudi. in cauſis, ſm Hoſti. [*Fratres*] olim in-
terdum pa. epos nō uocabat fratres. 2. q. 7. lator [*Prin-
cipes*] olim imperator ſcribens papæ, præmittebat no-
men ſuum. 87. d. Victor, ubi de hoc, & C. de ſum. tri. in
epiſtola, inter claras, ubi etiam papa præmittit impe-
ratorem [*Ordinis*] dignitatis, uel conditionis, dūmodo
ſint Chriſtiani. Iudæū. n. vel nō haptizatū papa nō uo-
caret filium. Hoſti. [*Filios*] eſt tñ hæc differentia: quia
reges uocat chariſſimos, reliquos ỽò uocat dilectos
filios, cardinales uerò permixtim uocat fratres. j. cap.
proxi. ſigillatim ſolos epiſcopos, reliquos uerò filios,
de teſta. licet. 2. de præben. dilecto, in prin. [*Vos, ſiue ue-
3 ſter*] quomodo † etiã inferiores uni non deberent ſic
loqui. & an ſi honoris cauſa ſic loquant᷑: vt habet vſus
ſeq debeat plurare, uel ſingulare: vide in catho. ca. 39.
[*Falſas*] falſæ literæ non ſunt dicēdæ lr̄æ, ſuper quo vi-
de, quod no. 45. diſt. uera non admittas. ſi. ſupra de re-
4 ſcrip. cum contingat. ¶ † Gl. 2. recitari poteſt per ꝯriū.
¶[*In glo. 2. ibi, eccleſiæ*] & 92. di. in ſancta [*& in fi.*] de hoc
95. diſtin. eſto, in 1. glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui falſant per ſe, uel alios papæ literas quomodo puniantur, uide num. 2. 3. 4. 5. 7.*
*Fautores item pari pœna.*
*Sera pro tarda.*
2 *Inter falſantem literas, & utētem falſis quæ differentiæ, & nu. 3. & falſæ quæ dicantur, nu. 5.*
3 *Canon latæ ſententiæ hic.*
*Degradatio clericorum per iudicem eccleſiaſticum fit, & qui debeant interuenire.*
*Cum degradato difficilius diſpenſatur, quàm cum priuato.*
*Officia pro dignitatibus.*
4 *Epiſcopi non puniuntur ſine ſpeciali mandato papæ.*
*Exempti pari modo.*
*Spoliari pro priuari.*
5 *Clerici plus, quàm clerici puniuntur, & cur.*
*Abſolutio reſeruata papæ, hic.*
6 *Suffragium gloſſarum.*
*Dolo uerſari uidetur fideiuſſor omittens exceptionem, & quas.*
6 *Suppletio gloſſarum.*

## CAPVT VII.

1 AD falſariorum. C. † Qui per ſe,
uel alios literas
papę falſant, excōmunicati ſūt cū ſuis fau-
toribus, & clerici officijs, & beneficijs ſunt
priuati, & degradandi ſunt, & curiæ ſeculari tradendi,
per quã laici legitimè puniantur, qui literis falſis uti-
tur, ſi clericus eſt, & officio, & beneficio priuat᷑: ſi lai-
cus, excōicatus eſt. uel breuius. primò punit eos, qui
per ſe, uel per alios falſant lr̄as papæ. ſecundò ibi, Qui
uerò, illos, qui literis falſis utuntur [*Sera*] i. tarda, ſic ſu
pra de do. & contu. cum dilecti [*Inferius*] in uer. qui ue
2 rò. dicit † Ho. inter falſantem, & utentem has differē-
tias hic elici: quia ſolū utens. j. 20. dies ſibi poteſt pro-
uidere, & pęnã euadere, qđ nō pōt falſans. poſt. 20. uē-
rò dies ſera eſt penitētia, & omnino excōicatus eſt. ſe-
cunda, quia falſarij ipſo iure priuati ſunt de beneficijs
degradandi: utentes non, attendendum eſt etiam, qđ
habetur. j. ca. proxi. [*Vel alios*] infra de reg. iur. qui per
alium, lib. 6. cum ſuis concor. [*Defenſoribus*] concor. de
hæret. excōicamus. §. credentes [*Innodatos*] & ſic eſt ca
3 non † latæ ſententiæ, ut ſup. eo. dura. Io. Phi. Inn. & Ho
ſti. [*per ſe*] uel per alios, ſupra e. c. ſm Hoſ. & Ab. [*Eccle-
ſiaſticum*] nec per alium fieri poſſet: imò etiam interue
nire debet numerus epōrum, de quo habet᷑. 15. q. 7. fe
lix, & c. ſi autem. licet aūt ſint priuati, degradant᷑: quia
facilius diſpenſatur cum priuato, q̄ cum degradato,
a ſm Hoſt. de hoc ſup. de cleri. non reſi. ex tuæ.[a] [*Degra-
dati*] utētes uerò non degradantur, & de his ſequetur
[*Per quam*] ſecularē ptātem. Inn. [*Legitime*] ut ſup. prox.
dicit gl. [*Officijs*] i. dignitatibus, de cōſti. cū acceſſiſſent
uel uerius interdicet᷑ eis executio ordinum, licet nō
degradentur, ſm Ho. [*Beneficijs*] quibuſcunque, exce-
4 ptis † epīs, qui priuandi non ſunt ſine ſpeciali manda
to papæ. 3. q. 6. dudum. & idem ſm Hoſti. de alijs infe-
rioribus exemptis, ſupra de cōſue. cū uenerabilis: ſed
dic, ut ibi, & j. de elec. ſi abbatem, li. 6. [*Spolientur*] i. pri-
uentur, cōcor. de hoc dixi. s̄. de reſtitu. ſpo. conquerē-
5 te (*Laici*) idē † de clericis, ſm Hoſti. licet ēt plus puniã-
tur, quia plus peccauerunt de hoc dixi, ſup. e. dura [*Su-
biecti*) ipſo iure, Hoſtiē. & uidetur abſolutio reſeruata
papæ, ſup. e. dura (*Impetrant*) ſed non exercēt per ſe fal-
ſitatem. Innocen. (*Statuimus*) poſſet intelligi, ut eſſet
præteriti temporis, & tunc dicit hic literas falſas, quæ
per falſi ſuggeſtionem ſunt impetratæ, & reſpicit de-
cre. ſuper literis. de reſcrip. in qua fit talis diſtinctio.
6 ¶ † Antepenultim. glo. ibi, maiorem, uide de fur. qui
cum fure, ſuper ult. glo. ¶*In glo. ulti. ibi, ſi fideiuſſor*) ſi fi-
deiuſſor ſcienter omittit exceptionem doli, vel non
numeratæ pecunię, videtur dolo uerſari: quia diſ-
7 ſoluta &c. ¶*In glo. 1. ibi, cum inhibitio*) infra de temp. or.
eos, qui, li. 6. ¶*In gl. 2. in fi.*) ſed dic ut ibi, in gl. fi. s̄. ¶*In gl.
& etiam, ibi, conuicti*) poſſet tamen dici ſpeciale in falſa-
rio lr̄arum papę, ex mente huius uerbi, Deprehenſi,
ut degradet᷑ notorius facti euidentia. & idē vr̄, ſi con-
uincat᷑ in modū inquiſitionis, ſicut in fi. dicitur, de ac
cuſa. inquiſitionis. 1. reſpon. ſecundum Hoſti. ¶*In glo.
qualiter, in fi.*) & 11. quæſtio. 1. ſi quis ſacerdotum.

ANNOTATIONES.

a ¶Tuæ. Vide in c. degradatio. de pęnis. li. 6. per Archi. & Ioã. And.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſare literas quis non præſumitur de ſimplici iuſtitia, & quando puniatur, quando nec etiam gratioſas, nu. 4.*
2 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Veniens iudice adhuc pro tribunali ſedente reſtituitur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Circunſtantiæ attendendæ in præſumendo.*
5 *Capitulum hoc cum proximo ſuperiori quomodo conueniat.*

CA-



## CAPVT VIII.

1 ACcedens. C. † Non præſumit᷑ qs
falſare literas de ſimpli-
ci iuſticia, nec punitur, ſi hoc cōperto de-
ſtitit illis uti. Et in prima deciſa cōqueſtio.
In ſecunda prouiſio ibi, Fra. T. (*Falſitas*) quã non exer
cuit, per ſe uel alium: aliàs locus eſſet pęnæ, de qua ſu-
pra c. proxi. hic ergo tantum utebatur (*Beneficiumque*)
quibus eum priuauerat per decre. ſupra proximam.
2 ¶ † Prima gl. no. ꝙ literæ &c. quærit, & ſoluit. Iterum
quærit, & ſoluit, & ſolutioni ſignat contrarium. ¶ Se-
3 cunda gl. ſignat contrariū, & ſoluit. ¶*In gl. 1. ibi, diuus*)
poſt pronunciationē ueniēs iudice adhuc pro tribu-
nali ſedēte reſtituit᷑, quaſi parū uocē præcōis audierit
4 ¶*In † glo. 1. ibi, ſuggeſſerit*) Idem Inn. ſic etiam in lr̄is gra-
tioſis attēdenda eſt quãtitas, & qualitas gratiæ, & per-
ſonæ impetrantis, & ſecundum hoc cōtra ipſum prę-
ſumendum eſt plus, uel minus. Hoſtiē. (*& ibi, quiſquis*)
de hoc ſupra de reſcrip. ab excōicato (*& ibi, Literas*) &
57. diſt. ſiquis (*& in fi.*) ex uarietate factorum, ex qui-
bus præſumptiones inſurgunt, diſcerni oportet, an al
tera præpōderet alteri, nec ne. facit quod no. q̄ fi. ſint
a le. tranſmiſſæ[a], in fi. ulti. glo. ¶*In glo. ult. ibi, de facili*] uel
illud, cum uitiū eſt patens: iſtud, cū eſt latens: uel hoc.
c. de gratia, ſecundum Hoſtien. cum excommunica-
tus eſſet, & abſolutione indigeret.

ANNOTATIONES.

a ¶Tranſmiſſæ. Vidè bonum tex. & ibi Barto. ff. de proba. cum de indebito, in princi.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſum non probatur reſcriptum propter paucarum literarum raſuram in loco non ſuſpecto, diſtinctius nu. 6.*
*Sub pœna cauſæ quis ſe obligare poteſt, & cuius, & nu. 6. §. 1.*
*Niſi, dictio non ponitur hic exceptiuè.*
2 *Appellans ad papam an renuntiare poßit appellationi, & ad inferiorem redire.*
*Cognitionem genera quot, uerſi. dicit ipſe, ubi quæ pertineant ad papam.*
3 *Feudum uaſallus non perdit, qui non obedit domini præcepto ſub pœna perdendi feudum: ſed locus eſt inferendæ pœnæ.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 5. 6.*
7 *Poſſidens non aſſignatione beneficij.*

## CAPVT IX.

1 EX conſcientia. C. † Propter
paucarū lite
rarum raſuram in loco nō ſuſpecto reſcri
ptum non probatur falſum. Et primò diſ-
finit obiectionis dubium. ſecundò obijcientem puni
ri mandat ibi, Vnde [*Redargutæ*] per. R. à quo forte pe-
tebatur eccleſia, & ipſe ſub pęna cauſæ ſe obligauit ad
probandum literas fore falſas, & ſufficiat hoc pro ca-
ſu ſecundum Hoſt. [*Niſi*] non ponitur exceptiuè [*Cau
ſæ*] quæ propria & pſonalis erat. aliàs ſi eſſet prælatus,
non obeſſet eccleſiæ. Vinc. [*Renunciandum*] quærit hic
2 Ho. an † appellans ad papam renunciare poſſit appel-
lationi, & redire ad inferiorem, & probat, quod ſic, cū
appellatio fauore appellantis introducta ſit, ergo &c.
ut hic cum ſi. non eſt expreſſum appellantē poſſe pę-
nitere, & ab appellatione recedere. 2. q. 6. ſi quis libel-
los, de ap. directæ. Item cum iura ad quietam pacem,
& concordiam introducta ſint. 4. diſt. factæ, nō debet
hic per iura, uel iudices impediri, ſupra de na. ex li. uē.
c. uno, cum ſi. cum nec apoſtolicæ ſedis interſit, nam
agere, uel litigare quis inuitus non compellitur. C. ut
nc. inui. in rubro, & in nigro, ſaltem ex quo liti renun
ciatur in totum. C. de pactis, poſtquam. ff. de iudi. de
ſtitiſſe: quia nec huius factum improbat prætor. ff. de
ali. mu. iudi. cauſa fac. le. 4. §. poteſt. Itē per hoc defert᷑
iudicibus, à quibus receſſum eſt: parcitur expēſis par-
tium: res ad naturã ſuam reuertit᷑, & ſic nec eccleſiaſti
cus ordo confunditur. 11. q. 1. peruenit. pro hac parte
facit, de offi. dele. gratum, de ap. ſolicitudinem. In con
trarium inducit, quia certum eſt omnem grauatum
ad papam appellare poſſe. 2. q. 6. omnis oppreſſus, &
ca. ſe. qua pendente nil eſt innouandum, eximit ergo
appellatio negociū à iudicis inferioris iuriſdictione,
etiam ſi ſuperiori præſentata nō ſit. inde eſt, quod ex-
communicatio poſtea lata nulla eſt, de offi. dele. cum
contingat. Inde eſt, quod ſi inferior id ſciens proce-
dit, proceſſus nullus, de ap. ſi duobus, nec eſt abſurdū
dicere aliquid ſpeciale in appellationibus ad papã in-
terpoſitis propter ipſius reuerentiam. 3. quæſtio. 6. nō
liceat, & §. reuerentia. facit ad hoc, quia appellatio ad
papam facta habet uim citatorij, de elec. c. 1. lib. 6. Sed
contra citatum ab illo, uel ad illum uenientem infe-
rior ꝓcedere nequit, de peregrinan. ca. uno. ergo nec
contra appellantem. Item per ap. defertur iuriſdictio,
ſicut per relationem, remiſsionē, & reuocationē, qui-
bus pendentibus ſe non intromittit inferior. ſupra de
offi. leg. licet, de ap. ut noſtrum, & c. intimaſti. Item pa
cto priuatorum iuriſdi. epiſcopi nō derogatur, minus
iuriſdictioni papæ. primum, de fo. compe. ſignificaſti.
Item in ſimili caſu uidetur contemni arbiter. ff. de ar-
bi. litigatores, multo fortius papa. Dicit ipſe Hoſti. ꝙ
licet dicatur cognitionum. 4. genera, ut no. de accuſa.
ſuper his, in 1. glo. ipſe tamen diſtinguit tria. ſ. maiorū,
mediarum, & inferiorū. In maioribus notatis, de offi.
leg. ꝙ tranſla. dicit tria ſpecialia. primum, quod illa na
turaliter ſunt de iuriſdictione papæ. unde omnis etiã
fruſtratoria ap. illas defert. ſecundum, quia nec ualet
ordinatio, pactio, uel renunciatio partium, de renun.
cap. pe. & fi. Ex quibus ſequitur tertium, ꝙ in eis appel
latio irreuocabiliter defert negocium ad papam. Idē
dicit, ſi appellat᷑ ſuper electione epiſcopali per extra.
Alex. de quo dic, ut infra de elec. quãuis, li. 6. & ibi ui-
deas. Medias uerò cauſas ipſe vocat omnes ſpirituales
& eccleſiaſticas, exceptis maioribus. & in his non va-
let appellatio niſi legitima. de app. cum in eccleſia. &
quamuis legitima eximat à iuriſdictione inferioris, vt
allegatum eſt ſupra, non tamen impeditur ipſius pro-
ceſſus, ubi non detulit, donec per ſuperiorem ſit rece
pta, de offi. dele. paſtoralis. §. prætereà. Si tamen inue-
niatur appellatio legitima, irritum nunciabitur, uel ir
ritabitur attentatum ipſa pendente, de ap. paſtoralis.
in iſta ante, quàm ſit recepta, licet pęnitere, & ad aliū
iudicem recurrere, dummodo partes conſentiant. al-
tera contradicente, dicit hoc fieri non poſſe, de ap. ſi
duobus, de elec. c. 1. li. 6. ex quo uerò recepta eſt, dicit,
nō licet partibus ad alium iudicem recurrere, licet ta-
men eis renunciare quò ad priuatū intereſſe, ſed cō-
ponere non ſine iudicis auctoritate, ſuper quo remit-
tit ad no. ſupra de pac. cum pridem, de tranſac. decęte-
ro, & c. ſuper eo, de præben. niſi, & intelli. iudicem or-
dinarium, uel illum, cui commiſit, uel, ſi appellatum
eſt, & appellatio recepta, iudicē appellationis, all. etiã
de cenſi. Romana. §. 2. & 3. Minores uerò uocat Hoſt.
quando de temporalibus agitur, in quibus, ſaluis feu-
dalibus, dicit, ꝙ partes poſſunt ad iudicem, à quo ap-
pellatum eſt, recurrere prius, quàm appellatio ſit rece
pta. & hoc etiã poteſt pars appellans, inuita appellata,
dummodo non interſit appellati, uel ei ſatisfiat de in
tereſſe, de ap. cum ceſſante, & c. interpoſita. poteſt etiã
hoc tacitè. ut eo. ti. ſollicitudinem. Poſtquam uerò re
cepta eſt appellatio, ſine licentia iudicis appellationis
ad inferiorem redire non poſſunt, ar. ff. de iudi. ubi, ſu-
pra

pra de fo. compe. c. antepe. & ulti. per compoſitionē
verò poſsūt ab appellatione recedere & prius, & poſt,
& quando uolunt etiam inuito iudice, & ſic loquanť
prima iura, ſecundum Hoſti. qui multo prolixius hic
prædicta notauit [*Eccleſia*] ſuper qua fuerant prædictę
literæ impetratæ, ut ſupra, dixi ſecundum Hoſti. Dixit
3 † autem hic Pe. quod iſta decre. non probat, ꝙ uaſal-
lus perdat feudum, qui facit cōtra præceptum domi-
ni ſibi factum ſub pęna perdēdi feudi à domino. nam
aliud eſt, cum quis ſponte ſe obligat, quo caſu loquiť
hic: aliud, cum etiā iudex alius, vel dominus præcipit:
a quia tunc contrafaciens non incidit in pęnā[a], de iur.
patro. relatum. dic, ꝙ neutro caſu incidit in pęnā; ſed
eſt locus poenæ inferendæ. vnde & hic fertur ſentētia.
4 ¶ † Gloſſ. 1. ſignat ꝯ̄rium, & remittit. ¶ Vlti. quærit, &
5 ſoluit. ¶ [*In † gl. pe. ibi, ſi quis in conſcribendo*] uide in decre.
6 prox. al. ſuper gl. ¶ [*In † glo. 1. ibi, cum olim*] per quam De-
cre. dicebat Io. ꝙ licet raſura literæ non inducat ſuſpi-
tionem, raſura lineæ bene, dicebat. ſ. Hoſti. per eadem
iura, quod raſura multarum literarum ſuſpitionē in-
duceret [*& in fi.*] ut dicebat Hoſtiē. raſio etiam unius
literæ inducit falſitatem in literis papæ, cum fit nō de
manu illius, cui commiſſum eſt, ſuper quo remittit
ad ea, quæ no. ſupra de fide inſtru. ex literis.[b] ¶ [*In glo. 2.
in fi.*] ff. de offi. præſi. plebiſcito, ff. de uen. inſpi. l. 1. in fi.
Io. ¶ [*In glo. 3. ibi, beneficij*] ut dicit Hoſt. coram non ſuo
iudice hoc non poſſet ſine licentia epiſcopi, & remit.
7 de fo. compe. ſignificaſti. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] dicit † Hoſti.
ꝙ hoc ſibi non placet: tum quia aduerſarius poſside-
bat, vnde non eget aſsignatione, ſed ſufficit, ꝙ ei ſilen-
tium imponatur. C. de rei uen. l. fi. tum quia, & ſi non
poſsideret, ei eſſet aſsignanda, quia ſe obligauerat, &
ita conuenerat auctoritate ordi. ſi ita eſſet, uerum di-
cat Hoſtien. ſed aliàs bene dicit gloſſ.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Pęnam. Facit quod no. Io. And. in c. conſuluit, de offic. dele. & c. auditis. de procur. & in c. ſed nec, ne cle. uel mo. & Bar. in l. impuberibus. §. fi. ff. de ſuſpec. tuto.

b ¶ Literis. Vide glo. in cle. licet, ſupra eo. in uer. quocunque.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*Sortilegia habent in ſe falſitatem.*
*De eis iura alia canonica, quàm hæc ubi loquantur.*
*De eis nō habēt ſe inquiſitores intromittere, excepto caſu, & quo.*
*Sortilegi faciunt iterari baptiſma.*

## De ſortilegiis, Rub.

1 Quia ſortilegia in ſe habent falſitatem, ideò &c. ha
betur materia in cauſa. 26. in primis. 5. quæſtionibus,
& q. 7. non licet, vſque ad fi. quæſtionis. Quòd ſortile
gi quandoq; faciunt iterari baptiſmum habetur, de
apoſta. ca. 2. inquiſitores hæreſis non habent ſe intro-
mittere de ſortilegiis, niſi manifeſtè ſaperēt hæreſim,
de hereti. accuſatus. §. ſane.

*SVMMARIVM.*

1 *Geomantici plurimum punctis utuntur.*
*Sortilegi etiam codicibus, ad dictio. Codicibus.*
*A quibus repellantur cum pęnis eorum nu. 4.*
2 *Diuinatio regulariter onat in malum.*
*In quibus obſeruationibus conſiſtat, ad dicti. obſeruare.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*

### CAPVT I.

IN tabulis, Breue eſt. Et pri-
mò ponit prohi-
bitionem: ſecundò pęnitentiā tranſ-
greſſoris ibi, Qui autem. ut † faciunt 1
Geomantici per puncta, quę faciunt
ut plurimum in tabulis [*Codicibus*] ut
qui legentes pſalterium, faciūt illud
uolui [*Furta*] aliàs futura [*Requirenda*] iſti ſecundum. l.
capite puniunť. C. de malefi. & mathe. l. nemo. T. [*Di-
2 uinationes*] diuinatio † regulariter ſonat in malum. 1. q.
1. nunquam: interdum in bonum. e. quæſt. eos qui, in
prin. & 16. quæſtione prima, prædicator [*Obſeruare*] po
nebat hic Hoſti. de calen. ortu, uel curſu lunæ, uel ſo-
lis, uel ſimilibus non ſeruandis, quod habetur. 26. q.
ulti. ſi quis calendas, & cap. præce. & ſequen. & quæ-
ſtio. 5. non liceat, & cap. fina. Remittit ad ſum. eo. tit.
§. in quo caſu [*Pœniteat*] loquitur ergo hic de foro pę-
nitentiali, & patet ex ſupſcrip. gl. verò hic poſita de pę
3 na iudicialis fori loquitur. ¶ † Glo. 1. ſignat ꝯ̄rium, &
4 ſoluit. ¶ Vltima glo. ſignat contrarium. ¶ [*In † gl. 2. ibi,
priuatur*] & turpiter dehoneſtati, de parochijs eijciun-
tur. 26. q. 5. epiſcopi, & ab eccleſia, & teſtimonio repel
luntur, & ſunt infames. 2. quæſt. 7. quiſquis. 3. q. 5. con-
ſtituimus, infra c. proxi. [*& in fi.*] dicit Hoſtiē. ꝙ illud
de gratia. dic ꝙ de ſortilegijs, & diuinatoribus hic lo-
quitur, ibi verò de ſortibus, quæ diuinationē non ha-
bent, ſed fortunæ iudicium, vt ad tallixos, breuia, & ſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Futura ſi presbyter inquirit per inſpectionē aſtrolabij, ſuſpenditur. & à quo uide nu. 2. 3. an & quæ.*
*Et quomodo ea proſpicere liceat.*
*Diuinator, & ſortilegus infamis eſt.*
2 *Aſtrolabij inſpectio an liceat.*
*An diuinatio licita.*
*An aſtrologia, uel aſtromonia & quæ conſideret, & num. 3.*
*Superiora ſunt ſigna rerum, & non cauſæ & nu. 3.*
3 *Contra inclinationem cęleſtium corporum homo poteſt operari, & ratio, uer. ſed per conſiderationem.*
*Aſtris ratione dominamur, ibid.*
*Extunc dictio. ſignificatio, in fi.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*

### CAPVT II.

1 EX tuarum tenore. C. † Preſ-
byter, q
per inſpectionem aſtrolabii futura requi-
rit, ad tempus ſuſpenditur ab altaris mini-
ſterio. Et in prima conſultatio. in ſecunda reſponſio
ibi, Verū. in qua primò aggrauat, ſecundò diffinit ibi:
M. [*Infami*] i. diuinatore, & ſortilego, qui ēt infamis eſt,
vt dixi, ſupra capitulo proxi. [*Intentione*] nec hoc excu-
ſat; ſupra de uſuris, ſuper eo, de ſimo. per tuas. 3. [*Aſtro
2 labij*] hæc † inſpectio aſtrolabij, quæ fit p̱ aſtronomia,
uidetur hic permitti, & 37. diſt. ſi quis. grammaticam:
fallit tamen propter uaria climata terrarum, & inſtā-
tem motum aſtrorum. La. per præ. c. ſi quis diſſuadet
Inno. uſum, & ſtudium ipſius: quia non ducit ad pie-
tatem, & facile ducit ad idolatriā. Dicit Hoſti. ꝙ quia
aſtronomia diuinare docet, & diuinatio regulariter
ſonat in uitium, ut dixi ſupra cap. proxi. & ſi plerunq;
veritatem habeat, tamen peccatum eſt non minimū,
ſed graue, ut ſequitur. Item aſtrologi conſiderant pū-
ctū, & ſignum natiuitatis, & ſub quo ſigno natus eſt,
& punctum, arreptionis itineris, uel itroitus in locū,
& punctum quo interrogantur. & per hæc & ſimilia
conantur diuinare futura, quod Auguſt. & ſancti alij
expreſsè



expreſſe reprobant, vigeſima ſexta, quæſtione ſecun-
da, illud. & capitulo ſed illud. ſecunda quæſtione ter-
tia, capitulo primo, & quæſtione quinta, non liceat.
& quæſtione octaua, capitulo antepenultimo, & pe-
nultimo. & vt dicit Gratianus eadem cauſa. quæſtio-
ne ſecunda, § his ita. in deſuetudine abierunt, & me
rito cum ſint ſortilegi, qui quantumcunque ſcriptu
rarum inſpectione futura promittunt, eadem cau-
ſa, quæſtione prima, capitulo vnico. vſurpant enim,
quod Dei eſt, ſexta quæſtione quinta, §. primo, ff. de
iudicijs. ſed & ſi reſtituatur. §. finali. Idem actuum.
primo, non eſt veſtrum noſce tempora vel momē-
ta &c. & Iſaias, xli. F. annunciate quæ futura ſunt &
ſciemus, quia dij vos eſtis. In lignis vero cędendis, ter
ris colendis, portionibus dandis & ſimilibus, licet
non liceat conſiderare lunam vel temporis qualita
tem ſuperſtitioſe, & vt credatur neceſſitatem ineſſe,
cum ſuperiora ſunt ſigna rerum non cauſæ, vigeſi-
maſexta quæſtione quinta. capitulo tertio, alias ta-
men licet, ſicut docet aſtronomia, & ſeruant ne-
dum medici, ſed coloni experti, nam non ex ſorte
ſed ex arte iſta procedunt & naturaliter conſideran
tur, non ſuperſtitioſe ſecundum Hoſtien. ¶ Per mo-
dum ergo quæſtionis videamus de ſcientia & arte
aſtronomię vel aſtrologiæ, an ſit iure ciuili vel cano
nico reprobata? Et an pœna debeatur exercentibus,
vel exquirentibus ipſius ſcientiæ iudicia? Ad partem
affirmatiuam inducitur. C. de maleficis. & ſi exce-
pta. & l. nullus aruſp. & l. nemo. cum ſuis gloſſis.
& l. item apud. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniurijs. &
26. q. 2. illos planetarios. & c. ſeq. q. ij. ibi, ſtellarum cur
ſus &c. & q. iiii. igitur ad finem. & q. v. §. j. & c. non li-
ceat. ibi, aut lunæ, aut ſtellarum &c. Item ſi eſſet lici-
ta, eſſet in vſu, ſicut & aliæ licitæ. Ad negatiuam in-
ducitur. l. eorū. C. de male. ibi, nullus &c. Item quod
hæc ars & ſcientia computatur inter liberales, quarū
magiſtris probetur immunitas. ff. de var. & extraor-
dinarijs cognitio. l. j. in princip. de vacatione mune-
rum. l. in honoribus. §. philoſophis. de munerib. &
honorib. l. fina. ergo non eſt eis pœnalis, quia ex eo-
dem facto non debetur præmium & pœna. C. de
adulterijs. Graccus. & in decretali ſecunda, de fideiuſ
ſoribus. & de donatio. inter virum & vxorem. & ſi
neceſſe. Item non ſubiectum ſcientiæ, & eius ſeque-
la fecit ſcientiam & in deſuetudinem abire. vigeſi-
maſexta quæſtione ſecunda. §. his ita. Item licitum
eſt effectus & euentus rerum pronunciare per conſi-
derationem cauſarum, ſicut medici pronunciant
mortem ex conſideratione ęgritudinis & eius diſpo
ſitione, ſed corpora cœleſtia, quæ conſiderat aſtrolo
gus, ſunt eorū, quæ fiunt in orbe, vt dicit Dioniſius,
quarto capitulo, de diuinis nominibus. ergo iudica-
re vel diuinare per illa non eſt illicitum. Item, vt di-
cit philoſophus in primo methapiſicę. ſcientia hu-
mana ex experimētis ſumit originem. ſed per mul
ta experimēta compertum eſt ex conſideratione ſi-
derum futura poſſe prænoſci. vigeſimaſexta quæſtio
ne quarta. ſciendum. poſt prin. ergo iudicium licitū.
Solutio breuiter de primo dicendum, quod ſcientia
non eſt prohibita, ſed liberalium vna, vt eſt dictum,
& ſequela quædam, vt dixi, fecit illam in deſuetudi-
nem abire. & facit, quod ſupra ſcripſi poſt Innocen.
Sed de ſecundo, ſcilicet de iudicijs ſcientię exercen-
dis, vel exquirendis dico cum theologis, quod lici-
tum eſt per conſiderationem aſtrorum præcogno
ſcere & iudicare futura, quæ cauſantur ex cęleſtibus
corporibus, ſicut eclypſim, ſiccitatem, pluuiam &
huiuſmodi, ideſt tale iudicium, vel diuinare non eſt
illicitum. & ſic loquitur l. eorum. C. de maleficis. ad
quod bene facit, quod dicit Hiero. ad Fabiolam. C.
Rōne cuncta ſunt plena, & haberent terrena cæleſti
bus, imo ratio terrenorum & temporum caloris &
frigoris, & inter vtrunq; temperies de cęli curſu &
ratione deſcendit. Sed per conſiderationem aſtrorū
velle cognoſcere futuros caſuales, vel fortuitos euen
tus, vel certitudinaliter futuras operationes homi-
num, vel præteritas occultas, tunc operatio demonis
ſe immiſcet, & tunc ex falſa & vana opinione pro-
cedit ſuperſtitioſa & illicita diuinatio. de tali patēter
loquitur. §. ſi quis aſtrologus. ibi, aliquem furem di-
xiſſet, qui non erat. & c. nō liceat. ibi, propter ſegetes,
vel arbores plantantes, vel cōiugia ſocianda. & l. mul
ti. C. de male. ibi, vitas inſontium &c. probatur hoc. ſ̄.
c. j. 26. qō. ij. illud. verſi. nam & ipſi. Huius ſolutionis
ratio, quia corpora cœleſtia non poſſunt eſſe per ſe
cauſa operationum liberi arbitrij, bene tamen poſ-
ſunt ad hoc diſpoſitiue inclinare inquantum impri
munt in corpus humanum, & per cōſequens in vi-
res ſenſitiuas, quæ ſunt actus organorum corpora-
lium, & quæ inclināt ad actus humanos, & quia vt
plurimum homines has corporales paſſiones ſequū
tur, & ſic actus diſponunt, vt plurimum ſecundum
has inclinationes cęleſtium corporum, ideo de his
aſtrologi quandoque vera prędicunt. Sed certum eſt
3 & experimur, quod † contra inclinationem cęleſtiū
corporum homo poteſt operari per rationem, cui
obediunt vires ſenſitiuæ, vt p̱bat Phyloſ. j. ethic. & iii.
de aīa, & facit. ſ̄. de ſacra vn. c. vno. ver. in vertice. Con
cluditur ergo, ꝙ is quem corpus cęleſte diſponit eſſe
guloſum, vel luxurioſum ſubmiſſus rationi ſobrius
& continens eſſe poſſet, & econtra, quare velle con-
ſtanter aſſerere ex corporibus cęleſtibus, vere ſuper
ſtitioſum eſt & a demonis fallacia. Memor ſum, ꝙ
ſcribit Caſſiodorus in lib. collationum, ꝙ Criſias qui
dam inſpiciens Socratem dixit, oculi tui corruptio
res, puerorum, & cū diſcipuli Socratis vellent vlciſci
illatum magiſtro conuicium, Socrates ad illos, quie
ſcite ſodales, quieſcite, ſum etenim, ſed me cōtineo.
Ex his pateat, ꝙ exercentibus primum iudiciū nulla
ſit pœna. In ſecundo ſit locus pœnæ, & ſic concor-
dant, quæ videbantur cōtraria. [*Eccleſiæ*] forte ſuo re
gimini cōmiſſæ. [*Fuerit*] in an. ita tamen, quod bien
nium non excedat. [*Extunc*] i. elapſo anno, vel maio-
4 ri tempore, de quo arbitraberis. ¶ † Vlt. gl. reſpondet
per obiectionem de can. 26. &c. & per quæſtionem
an diſpenſet epiſcopus in hoc caſu. ¶ In gl. ij. in fi. ſi.
quod no. ſ̄. de accu. cum P. in vlt. gl. & de hoc. 13. q. 2.
5 latorem. & l. di. accedens. ¶ In glo. † hoc intellige. ibi
[*proceſsit*] reſpicit tanquam, vbi epiſcopus cum ab of
ficio & beneficio ſuſpenderat. & ibi [*auctoritate ſua.*]
idem hic Hoſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Sors in electionibus in tantum reprobatur, quod etiam compromiſſarius per ſortem non debet aſſumi.*
2 *Electionem præcedit tractatus.*
3 *Electus venire debet cum electoribus duobus perſonaliter.*
4 *Sortilegi ſunt infamęs.*
5 *Italici in electionibus vtuntur vt plurima ſortibus.*
6 *Sors reprobatur in electionibus.*
7 *Tutor non erit qui ſe in teſtamento pupilli tutorem ſcripſit.*
8 *Prætor inſtitutus hæres ſe non cogit adire.*
9 *Sorte dirimitur apud quem ex hęredibus ęquali portione maneant cautiones hęreditarię.*
10 *Legatarij, vel hæredes vnius, quibus competit optio, ſi diſcordant ſorte dirimitur, quis optet.*
11 *Sortis diffinitio, remiſſiue.*
12 *Electi duo diſcorditer nullus confirmandus.*
13 *Sortis de iudicio diſtinguitur.*

## CAP. III.

1 ECcleſia veſtra. C. Sors† intã tum in ele-
ctionibus reprobatur, ꝙ etiam elector
compromiſſariorum per ſortem nõ de
bet aſſumi. In prima elect. In ij. electionis proſecutio,
examinatio, & reprehenſio. ibi, procuratoribus. In
iij. gratioſa confirmatio, & ſortis prohibitio. ibi, ele-
2 ctionem. [*Tractaretis*] præcedit † enim tractatus ele-
ctionem, xxiij. di. in nomine. de poſtul. bonæ, ſicut &
alienationẽ, xii. q. ij. in fi. ſecundum laco. Tractabitur
enim in qua formam conueniatur ex his, quæ ha-
bentur de ele. quia ꝓpter. non tamen ante electionẽ
conſentiet eligendus, de elect. cum poſt petitam. ſe-
cundum Goffre. [*Qui*] vnus, ſ. per ſortem electus for-
te ad breuia, vt taxillos, vel his ſimile. [*Omnium*] de ele.
quia propter. [*Tertium*] ex ſeipſis. [*Expreſſe*] ac ſi forte
dicat, ꝙ hoc eis licebat tacite ex poteſtate iuris com-
3 munis. [*Procuratoribus*] hodie † neceſſe habet electus
venire perſonaliter, & duo de electoribus pro inſtruẽ
do electionis negotio, quod dic, vt ĩ. de elect. cupien-
tes, lib. vj. [*Nota reprehenſionis*] vt ſequitur, de cuius ver
bi ſignificatione remittit Hoſtien. de offi. deleg. cum
4 olim. ij. ver. ſane. vel nota infamie† cum ſortilegi ſint
infames ſecundum eum de hoc. ſ. c. j. nec credo hoc
de exercentibus ſortes de quibus hic dicitur. [*Vſum*]
quaſi ſecundum Hoſtiẽ. non damnetur ſcientia ſed
vſus, ſed non loquitur hic de ſcientia ſortilega, ſed
de fortunæ iudicio, vt dixi ſ. c. j. [*Electionibus*] eccleſia-
ſticis, in quibus ſeruanda eſt forma concilij. quia pro
5 pter. italici† vt plurimum in electionibus ſuorum p̃-
ſidentium vtuntur ſortibus per breuia, taxillos, ballo
tas & ſimilia, vt ſic videant, cui ex pluribus arridet
fortuna, quod & inter clericos admitti poſſet, vbi de
temporalibus agitur, argu. xxi. di. cleros. ſ. de præben.
6 cum ſecundum. ſm. Hoſt. Ideo† autem in electioni-
bus reprobatur ſors, quia per illam poſſet indignior
præfici, & eſt quoddam Deum tentare. ad hoc. ĩ. de
pur. vul. c. fi. Tractauerat hic Hoſt. quid ſi vnus ex tra
ctatoribus, vel electoribus excommunicatus erat?
quod proſequere, vt dixi. ſ. de elec. illa. ¶ Prima glo. al
le. concor. ponit opi. quam reprobat per locum a di
uiſione & per ſimile & per decr. Cumana. & reſpon
det rationi contrariæ. ¶ Vlt. glo. no. a cõtrario & illud
coadiuuat. ſecundo obiicit & ſol. ¶ In j. gl. ibi [*prætor*]
vide in dec. cum in iure. ſuper j. glo. & ibi [*ex ſententia*]
7 tutor† nõ erit, qui ſe in teſtõ pupilli tutorem ſcripſit.
8 & ibi, §. [*tempeſtiuum*] prætor† inſtitutus hæres ſe non
cogit adire, nec cogi poteſt per alium prætorẽ. ¶ In
vlt. gl. ibi. [*cum prætor*] vide. ſ. titu. ij. c. penul. ſuper j. glo.
& ibi ex eo. canonizata vbi ſtatim al. de crimine me
lius dicere ex eo. & ibi [*ſed cum ambo*] vide de proba. ex
9 literis, in glo. ij. & ibi [*ſi quæ ſunt*] ſorte† dirimitur apud
quem ex hæredibus æquali portione maneant cau-
tiones hæreditariæ, ſi ex inæquali apud illũ, qui plus
10 habet in hæreditate. & ibi [*ſi duobus*] plures † legatarij
vel hæredes vnius, quibus competit optio, ſi diſcor-
dant, ſorte dirimitur, quis optet. ¶ In gl. j. ibi [*quidam*]
qui ſint iſti, vide in decr. cum in iure, quod ibi dixi in
prin. j. gl. & ibi [*ſecundum traditam*] ſed ad id reſpondet
Hoſt. ſupplendo nedum ſecundum ius commune,
vel ſecundum eum hoc non refertur ad id, quod di-
ctum eſt de tertio, ſed ad id, quod dixit, ꝙ duo poſſẽt
eligere, ꝙ alias non potuiſſent, cum eſſent tres, vt in
præ. dec. cauſam. de offi. dele. vt licet. dicas hoc reſpi-
cere, quod dicit de tertio, factum narrat, nec dicitur,
ꝙ aliter non liceat. Item nec per aliquid factum in
hac electione eius cõſtituitur, cum fuit vitioſa. ¶ In
11 glo. vlti. ibi [*quæſt. ij. ſors.*] ibi † eſt diffinitio Augu. illã
Hiero. vide ſuper parabo. ca. xviij. ibi [*Mathias*] actuũ,
j. G. & ibi [*Ionas*.] j. c. & ibi [*eligendus*] nec electus con-
12 firmandus† vt ſi duo diſcorditer ſint electi, in quibus
eſt vtrobique parilitas, licet quidam contra. Caſſe-
tur igitur tunc vtraque electio, ex quo neutra facta
eſt a maiori & ſa. per c. & de hoc. ſ. de elect. eccleſia.
in fine vlti. gloſſę. vide, quod dicam, de eo qui mit. in
poſ. capitulo. fina. lib. vj. ſuper vltima glo. & ibi. [*prædi*
13 *ctæ leges*] cum † quæritur de iudicio ſortis, dicunt legi-
ſtæ, quod ſi plures ad aliquem actum volentes ad-
mitti diſcordant, aut ſuper facto, aut ſuper iure. Pri-
mo caſu dicenti incumbit probatio. ff. de probatio.
ei qui dicit. Secundo caſu refert, an contrarietas re-
ſpiciat alienum præiudicium tantum, an diſcordan
tium tantum. Primo caſu iudex ad requiſitionem
partis, cui præiudicat, cogit illos concordare. ff. de le.
l. huius. §. fina. ff. de legatis ſecundo. cum filius. §. va-
rijs. & de reg. iuris. nemo. §. quoties. ſic poteſt intelli
gi. Inſtitut. de ſatiſdatione tutorum. §. ſin autem. li-
cet quidam dicant ibi ſpeciale. Si vero reſpicit tan-
tum præiudicium diſcordantium, aut neuter illo-
rum vult facere fortunam iudicem diſcordiæ, &
tunc inuicem ſe impediunt. ff. quibus modis vſufru.
l. ſecunda. §. finali. & ff. de vſufru. quot. Aut alter
vult fortunæ iudicium, & tunc iudex ad ipſius in-
quiſitionem alterum compellet, ſic loquatur lex ſi
duobus. C. communia de legati. & l. ſed cum am-
bo. ff. de iudicijs. hæc vera, ſi actus recipiat tale iudi-
cium, alias ſecus vt hic, & ſupra proxime dixi. Ac-
curſius. C. vti poſſeſ. l. prima. in gloſſa. ſed qualiter. in
fine. dicit, quando factum eſt incertum, non eſſe lo-
cum iudicio ſortis, ſed tunc quando factum eſt cer-
tum, ſed ius incertũ, ſed etenim in terminis, de qui-
bus loquitur nota. contrarium, ſupra de probatio.
licet. in gloſſa. bene tamen. ver. item ſi conſtat, quod
placet Hoſt. vt ibi dixi.

## ¶ De colluſione. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
2 *Colluſionis materia vbi alibi tractetur.*

1 ¶ Quia † is qui colludit in falſitate conſiſtit, quia
aliud agit, & aliud ſimulat, ideo &c. inquantum
2 colludens præuaricatur, de † hoc ſecunda quæſtio-
ne tertia. §. finali. facit de procuratoribus. capitulo ſe
cundo. in fine. libro ſexto. & clemen. de elect. conſti-
tutionem. §. ſane ſiquis.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſator ſi ab accuſatione deſiſtat debet iudex inquirere, an per colluſionem hoc fecerit.*
2 *Subtilitas commendatur.*
3 *Suffragium & additio glo. 4. 5. 7.*
6 *Eleemoſinam qui dat ad pompam, damnatur.*
7 *Cauſa in populari non licet deſiſtere per tranſactionem.*

## CAP. PRIMVM

1 SCripta. C. Si † accuſator ab
accuſatione deſi-
ſtit, debet iudex inquirere an per
colluſionem hoc fecerit. Primo
narrat relatam amicitiam. Secũ-
do dicit inquiſitionem neceſſa-
riam, & concor. de ele. quamuis.
& c. prouida. li. vj. [*Diſſimulari*] cũ eſſet infamatus, a ſ.
non inquireretur, de accuſa. qualiter, uel quia lit. con
teſt. non licet ab accuſa. deſiſtere, ideò mandat inqui
ri de colluſione, ut illos puniat 2. q. 3. ſi quem, Inno. &
a uide in ſpe. de abolitio. §. 1. uer. quid ſi accuſatus [a] [*Sub*
2 *tilius*] commendatur † ſubtilitas, de hoc dixi, ſupra de
iudi. dilecti [*Charitate*] puta, quia ſe correxit epiſcopus,
& tunc non eſt cõdemnabile, de pœ. di. 2. charitas. Ho
ſti. [*Præmio*] corruptionis, quod eſt reprehenſibile, in-
fra per totum, Hoſti. [*Comparata*] i. empta, iuxta uulga
3 re. concor. de uſuris, in ciuitate. ¶ † Secunda glo. not.
modum, & proſequitur præponderandũ facto. ¶ Pe.
glo. diſtinguit duplicem modũ recedendi à lite in tri-
4 plici genere cauſarum. ¶ † *In glo. pe. ibi, inchoatam*] etiam
ſi iam nunciauit, uel libellum principi porrexit, ut in
lege ſeq. [*Et ibi, C. eo.*] ſcilicet ad Turpil. [*& ibi, indulgen-*
*tia*] canonizata. 2. q. 3. ad fi. [*& ibi, l. 2.*] remiſſio accuſa-
tionis, quam facit princeps, non extenditur ad crimẽ,
5 de quo nondum fuerat accuſatio inſtituta. ¶ † *In 1. glo.*
*ibi, accuſatores*] ceſſat arg. ſi dicis cum Hoſti. ꝙ iſti erant
denunciatores per uer. 1. nũciati. & ꝙ ſequitur, Accu-
ſatores, & accuſatum, exponit. i. denunciatores, & de-
nunciatum [*& ibi, in primis*] ubi de hoc, & ĩ. de pur. can.
quod hic forte unus accuſabat, & alter ſubmittebat,
& uterq; incidit in Turpil. ff. ad Turpil. l. 1. §. incidit. La.
& ſic poteſt intelli. 2. q. 4. Euphemium, & de do. & con
b tu. cum dilecti, in prin. ſm Goff. [b] [*& ibi, inſuper*] quod
dic, ut de procur. ſi duo, lib. 6. ¶ *In glo. 2. ibi, non bene fece-*
6 *runt*] 23. q. 5. relegentes [*& in fi.*] unde † demeretur, qui
dat eleemoſynam, vel ſuſtinet martyrium ad pompã.
1. q. 1. uide quantum: quod dic, ut ibi. ¶ *In glo. argu. quod*
7 *ibi, † famoſa*] ſuper hoc uide, quod no. 3. q. 7. §. tria, ad fi.
in glo. fama [*& ibi, per gratiam*] q. d. non per tranſactio-
nem. de hoc remittam in fin. glo. [*& ibi, quæſitum*] & ſu
pra de accuſa. licet [*& ibi, priuatum*] de publicis, & priua
tis uide in ſpe. de accuſatione. §. 2. in prin. [*& ibi, mixta*]
in cauſa uerò populari non licet deſiſtere per tranſa-
ctionem, niſi ut legitur. ff. de pact. iure. §. ulti. ff. de iure
iur. eum qui. §. in popularibus. Inno. [*& in fi.*] de hoc
per Io. 2. q. 3. §. vlti. in glo. ſcias. ubi etiam no. in quibus
criminibus liceat tranſigere, & quibus non, quod no.
Innocen. infra c. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Accuſatus. Ibi uide Ioan. And. ſupra de accu. licet, in glo. pen. & ſuper illa.
b ¶ Goff. Vide Bar. in l. 2. §. fi. & l. ſe. ff. de adulte. & in l. ſi plures, alleg. in glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſatore ceſſante iudex inquirit.*
*Prætereundum non eſt, quòd à ſuperiore non præteritur.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Crimina punienda, ſi ad ipſa punienda ſit actum, in fi.*

## CAPVT II.

1 CRimina. Breue eſt. & vt dicebat † Ho
ſtiẽ. duplex poteſt eſſe ſen-
ſus cap. primus, quòd ex quo probata ſunt
crimina, non debent remanere impunita.
& ſecundum hoc ubi dicit, Audita, ſup. & probata. &
ubi dicit, Indiſcuſſa, expone, ideſt impunita. ſecũdus,
qui magis congruit literæ, quòd poſt delationem cri-
minis, ſi delator reconciliatur delato, nihilominus,
iudex inquirit [*Indiſcuſſa*] quin de illis inquireret; & lo-
quitur de infamato, de accuſa. c. pen. Hoſt. [*Præteribat*]
ergo nec nos prætereamus, ſupra de re iudi. in cauſis.
hic autem Inno. poſuit gloſſam, quæ eſt, ſupra ca. pro-
2 xi. & 2. q. 3. §. ulti. ¶ † *In glo. 1. ibi, tertius forte*] uel octauus
ſecundum Hoſti. quod eſt falſum: quia tunc ſequens
dec. præcederet, quæ fuit Alex. III. & hoc patet, ſupra
de ui. & ho. cle. quoniam, de probat. propoſuiſti [*& in*
*fi.*] Ala. ſimile. 1. q. 3. res eccleſiæ. ¶ *In glo. 2. ibi, punienda*]
dummodo ad ipſa punienda ſit actum, ne ſit contra,
ſupra de or. cog. cum dilectus, & ibi de hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Per colluſionem ſi quis beneficium conſtituit cenſuale, priuatur eo.*
2 *De ea quamodo legitime conſtet. quod per eam ſit, non tenet, in fin.*
*Spoliare, ideſt priuare.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
*Abſente parte quod fit, non tenet.*
*Dolus impunitus remanere non debet, & ex eo beneficium non habere, ſed amittere.*
5 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT III.

1 AVdiuimus. Caſus. † Beneficio ſuo
priuatur, qui per col-
luſionem illud conſtituit cenſuale. primò
refert colluſionem. ſecundò facientes pu-
niri mandat. 2. ibi, unde [*clerici*] ſimulati tei [*Tranſactio-*
*nis*] imaginarię & ſimulatæ. ſicut enim non eſt uera ve
xatio, ſic nec uera tranſactio. Goff. [*Alijs*] actoribus ſi
mulatis [*Ius*] tituli, ut dicam in glo. uel ius inſtituendi,
uel ius præſentandi [*Valeant*] illi actores & ſimulati.
2 Goffre. [*legitimè*] debent † ergo uocari, & ad rationem
poni, & conuinci de accuſa. ſi conſtiterit. 2. quæſtio. 1.
nos in quemquam [*differas*] ex officio tuo, etiam nemi
ne contra illos agente, ſupra de pact. accepimus, de of
fi. ordi. ca. 1. Hoſtien. [*Spoliare*] in bonam partem, ideſt
priuare. concor. de hoc poſui de reſtit. ſpol. conque-
rẽte [*Iacturam*] & nihilominus, quod per colluſionem
3 factum fuit, non tenet. ff. eo. l. 3. Innocen. ¶ † Vlti. glo.
4 recitetur per quæſtionis rationem. ¶ *In † gloß. ulti. ibi, de*
*unoquoque*] ibi dicitur, quòd de omni negocio iudicari
debet præſentibus, quos cauſa contingit: aliàs ſolùm
inter præſentes tenebit ſententia [*& ibi, cum non iuſto*] ſi
ſuper ingenuitate pronunciatur per colluſionẽ, uel
cum non iuſto contradictore, ſcilicet non domino,
uel patrono, non ualet [*Et ibi, ne ex dolo*] ſequitur, ſuo
lucrentur [*Et ibi, releuare*] loquitur de illo, qui conueni
tur, quantum facere poteſt, ſed dolo fecit, quo minus
poſſet (*Et ibi, non fraudantur, in fi.*) ibi, nemo ex ſuo deli-
cto cõditionem ſuam meliorem facere poteſt [*Et ibi.*
*l. 3. §. 1.*) uide de dona. inter uir. & uxor. cap. fi. in 1. glo.
(*& ibi, §. ſed nemo*) ſequitur, de improbitate ſua conſe-
quitur actionem. nam ſoli bonæfidei poſſeſſori, non
malæfidei furti actio datur (*& ibi, Seruius*) clam facit,
qui debet exiſtimare quæſtionem ſibi futuram, licet
5 non exiſtimet, ne ſtultus &c. ¶ *In glo. 2. in fi.*] & de cen-
ſib. cum clerici. ¶ *In glo. 3. ibi, eccleſiæ ſuæ*] nam poſſeſſor
recognoſcebat forte petitorem ius habere in benefi-
cio, & pro bono pacis conueniebat, quòd poſſeſſor
ad uitam ſuam teneret, & in ſignum iuris petitoris ſol
ueret ei penſionem, ut ſic etiam mortuo poſſeſſore,
ſua auctoritate poſſet poſſeſſionem intrare, de reſtit,
ſpo. cum ueniſſet, ſecundum Hoſtien. [*& in fi.*] & in-
fra de præben. cum qui, lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Decretalis hæc de eodem facto ſtatuit, quod alia decretalis.*
2 *De criminibus pluribus ſimul inquiritur.*
*Actiones duæ pœnales cui competant.*
3 *Corruptis teſtibus non creditur.*
*Veniæ facilitas tribuit incentiuum delinquendi.*

4 *Publicatio teſtium non obſtat, ſi iudex ex officio procedat, uel ſi obijciens ſit colluſor.*
*Alioquin, dictionis ſignificatio.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.6.*
*Calumnioſis, & præuaricatoribus, quæ iniungatur pœna.*
7 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT IIII.

1 IN tantum. De† eodem facto ſu
pra de teſti. cum cla
mor. & h.d. Iterum contra illum inquiri-
tur, qui per colluſionem prius fuerat ab-
ſolutus. primò ponit commiſſam inquiſi
tionem, relatam colluſionem, & ipſius exitum. ſecun
dò ibi, Diſcretioni, ponit commiſionem bimembrē.
ſecundum ibi, Alioquin (*Quorundam exceſſuum*) ergo
2 † de pluribus criminibus ſimul inquiritur. Quid nota
uerit hic Innocent. de illo, cui competunt duæ actio-
nes pœnales, uel prouenientes ex uno delicto, uel di-
uerſis, dixi ſupra de reli. do. cum dilectus, ſuper ul. gl.
in fin. (*Inquiſitoribus*) palpantibus criminoſum, & vul-
nera eius ſeruantibus incurata. l. diſt. ſi quis diaconus
3 Goff. (*Corrruptis*) quibus† non creditur, de proba. licet
(*Inquiſitoribus*) quod eis periculoſum eſt, de re iudi. cū
ęterni, lib. ſexto (*Incorrecti*) quod fuit malum (*Expauit*)
quod fuit peius. & patet hic, quòd facilitas ueniæ in-
centiuum tribuit delinquendi, ſupra de ui. & honeſt.
cleri. ut clericorum, de elec. cum in cunctis, cum con
4 cord. Hoſtien. (*Præmiſſis*) antiquis ſupra, nec† ꝑpoterit
obijcere teſtes publicatos: tum quia iudex procedit
ex officio, ut dixi ſupra de teſti. cum clamor: tū quia
propter colluſionem ſe fecit indignum, ut non de-
beat audiri. ad hoc ſupra capit. proxi. de elec. bonæ ſe-
cundum Hoſtien. (*Alioquin*) ideſt ſi corruptio, uel col
5 luſio non probatur. ¶† Pen. gloſſ. tract. de pœna col-
luſoris, dicens, quod ſicut calumnioſi extra ordi-
6 nem &c. ¶ *In† glo. pen. ibi, & in priuatis*) ſequitur, & in ex-
traordinariis criminibus omnes calumnioſi & cæt. vt
præcedit (*& ibi, l.2.*) ſciēdum eſt, quòd hodie his, qui
præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria (*&
ibi, ff. eo.*) ſcilicet de præuari. ¶ *In gl. ult. ibi, licet, in fine*) ui-
7 de in dec. proxi. alle. ſuper prima gloſſ. ¶ *In† glo.3. in fi-
ne*) de accuſa. c. fi. uel erat periculum accumulationis
peccatorum, ut infra ſequitur, ſecundum Hoſtienſ.
¶ *In glo. ult. ibi, de his*) ar. contra. 2. q. 5. Menam. C. de pœ
na iu. qui ma. iudi. auc. ſed nouo. ff. de iureiurā. ſi duo
patroni. §. ult. Innoc. ¶ *In eadem glo. in fine*) aliàs eſt uer.
ſub lege, prohibentur.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
*De puerorum delictis ſtatuentia iura demonſtrat.*
2 *Puer quibus modis accipiatur.*
*Eius appellatione etiam puella quandoque continetur.*

## De delictis puerorum, Rub.

1 ¶ † Viſo de quibuſdā criminibus, quia dubitare poſ
ſet, an pueri his criminibus inuolantur, ideo &c. ꝑm
Go. de hoc. 15. q. 1. & facit. 3. q. 3. in prin. & 22. q. 5. par-
2 uuli, cū duobus ca. ſeq. & † non ſumitur hic puer pro
ſeruiente. ut 21. q. 7. cum paſto. cum ſuis concord. ſed
pro eo, qui eſt minor annis, ut patet in nigro. Et uide,
quod no. 57. di. in ueteri, in prin. & in Hiero. ſuper Ti-
tum, poſt prin. ubi ſic dicitur, Puer ſecūdum Græcos
famulum ſignificare poteſt, & filium. Ex his not. dici
multis modis puerū. ſ. ætate, ut dixi. & facit. ſ. de tēp.
or. uel nō eſt, Cōpoſ. de ſpon. tuæ. & hæc pueritia fini-
tur regulariter finito. 12. uel 14. anno ſecundū varieta-
tem ſexuum, ut no. in proœ. 6. in glo. de numero ſena
rio, in prin. fallit in caſu. ff. de poſtul. l. 1. §. pueritiam,
ubi dicitur pueritia uſque ad fi. 17. anni, & in caſu. ff.
de ali. & ci. le. l. Mela, ubi ſi pueris uſque ad pubertatē
legata ſunt alimenta, debentur uſque ad fi. 14. anni in
puella. & 18. in puero. Item filiatione. Item ſeruitio.
de his dixi poſt Hiero. & patet. 22. q. 2. §. Abraā, & ha-
betur Gen. 22. ubi Abraham dixit ad pueros. i. ſeruos,
uel ſeruiētes, Expectate, donec ego, & puer. filiatione
ſ. & ætate. de primo & tertio patet. ff. de uerbo. ſigni. l.
pueri appellatio. ubi. & eo. titu. l. illa uerba. 2. §. pueri,
patet quandoque per pueros comprehendi puellas.
ad idem, ff. de leg. 3. l. ſeruis legatis, uer. ſed pueris. ſed
dicitur etiam puer natiuitate, Iere. 20. in fi. qui nūcia-
uit patri, puer natus eſt tibi. fidei puritate, Iere. cap. 1.
puer ego ſum. 8. quæſtio. 1. in ſcripturis. ſimplicitate,
ſapi. 12. ad fin. tanquam pueris inſenſatis iudicium in
deciſum dediſti, & Apo. ad Cor. 14. nolite pueri effici
ſenſibus ſed morum prauitate, Eſai. pe. & habetur. 2.
quæſtio. 7. Paulus dicit.

*SVMMARIVM.*

III *Impuberes delinquere poſſunt, & in quibus, & quomodo puniantur, & nu.3.4.*
*De mendacij multiplici genere, remiſſ.*
*Ab eo periurium differt.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
*Pueri in quibus delinquant, & puniantur, & nu.4.*
4 *Doli non capaces incurrunt irregularitatem, & ratio.*
*In promotionis lege factum attenditur, non uoluntas.*
*Homicidium quod dignum diſpenſatione.*

## CAPVT I.

1 PVeris. C† Impuberes præter ui-
tiū carnis delinquere poſ-
ſunt: puniuntur tamen mitius, quàm
adulti. ponit primò dictum, quod ſe-
cundò reprobat ibi, qđ merito (*Qua-
tuordecim*) in mare: ī fęmina. 12. (*Quod*)
ſcilicet non attribuēdum peccatum
impuberi (*Genitalibus*) unde nec minor. 14. accuſatur.
l. Iulia, de adult. ff. de adul. ſi minor (*Mendacia*) de mul-
tiplici genere mendacij. 22. quæſtio. 1. primum (*Periu-
ria*) differt mendacium à periurio. ad idem, ſupra de
præſumptio. literas (*Non ita*) ideſt non in tantum. uel
non ita acriter. & hoc uerum in quocunque foro iu-
2 diciali, & pręſentiali. ¶ Pen. gl. ſignat contrarium, de. l.
qui iuraſſe, & ſoluit. item de. c. eos, & duabus legibus,
& ſoluit. ¶ Vlt. gl. ſignat contrarium, de c. proxi. & ibi
3 remit. ¶ *In† glo. penul. ibi, l. ult.*) datur utilis actio in id, qđ
impubes iurauit (*& ibi, impuberem*) ſequitur, furtum fa-
cere poſſe, ſi iam doli capax ſit, Iulianus ſcribit (*& ibi,
qui iuraſſe*) ibi pupillus nō uidetur periurare, quia ſciēs
fallere non uidetur (*& ibi, l. 1.*) uide de ſimo. Matth. in
gloſſ. 2. (*& ibi, impunitas*) ſequitur, delicti propter ætatē
non datur, ſi modo in ętate quis ſit, in qua crimen, qđ
attenditur, cadere poteſt (*& ibi. l. 1.*) ignorat illa ætas,
quid uideat. & loquitur de non doli capace, in cuius
domo cuditur falſa moneta (*& ibi, §. excipitur*) ibi Pom
ponius ait, neque impuberem, neque furioſum capi-
talem cauſam admiſiſſe. ¶ *In glo. ult. ibi, §. 1.*) ibi, miſera
tio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perducit
(*& ibi, ſi ex cauſa iudicati, §. 2.*) ubi non ſubuenitur mi-
nori in delictis: tamen ſi negando, uel aliter tenetur
ad duplum, ſibi ſubuenitur (*& ibi, impubes*) ibi impu-
bes non uiripotens non tenetur, ergo & cætera (*&
ibi, excipiuntur*) etiam impubes, qui rei intellectum
4 capere poteſt tenetur. ¶ *In† gloſſa prima, in fine*) le-
gitur



Legitur in dialogo de puero. 5. annorum, qui iurās &
deteſtans, & blaſphemans à diabolo raptus fuit, Hoſt.
¶ *In glo. 2. ibi, præſumitur*] ſed hæc præſumptio quando-
que per factum tollitur. unde & legitur in dialogo, de
puero. 9. annorum, qui grauidauit nutricem, ut not.
20. q. 1. in ſum. & uide, ſupra de eo, qui co. con. c. ult. ſu
per 1. glo. ſed quia rarò contingit, non eſt curandum,
ff. de legi. nam ad ea, ſecundum Hoſtien. ¶ *In glo. 3. ibi,
capax*] de hoc. 4. q. 3. c. 1. [*& ibi, ſed hoc*] quod dicitur in
contrariis [*& in fine*] dicit hic Hoſt. ꝙ puer non doli ca
pax poteſt irregularitatem contrahere, ut ſi ludendo
proiiciat lapidem, uel cultellum, & aliquem occidat.
eſt enim ex hoc irregularis, etiam ſi nō habuerit ani-
mum occidendi: quia non uoluntas, ſed factum in le
ge promotionis attenditur. Dicit tamen tale homici-
dium diſpenſatione dignum, cum cenſeatur quaſi ca
ſuale, nec diſtinguitur, an dederit operā rei licitæ, uel
adhibuerit diligentiam, ex quo non diſcernit. de doli
capace notatur, infra c. proxi. de infante terminatum
eſt contra Hoſtien. in clemen. de homi. ſi furioſus, &
ibi no. in 3. gloſſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater ex delicto filij impuberis non tenetur, nume.4.*
*In pueris relinquitur multum, quod in adultis grauiter puniretur.*
*In eos quando detur actio, num.3.*
*Eis licet ludere cum coætaneis.*
*Sagittare odibile & periculoſum.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum. num.3.*
*Dominus ex delicto ſerui tenetur, & quatenus.*
*Pater pro filio etiam inuito reſtituitur in integrum.*
*In eius bonis non fit executio condemnato filiofami. etiam adulto, nume. 4.*
4 *Additio gloſſarum.*
5 *Pœnæ pecuniariæ criminum à conſuetudine, uel ſtatuto irrogatæ ratione carent.*
*Statutum itaque huiuſmodi, uel conſuetudo non ſeruanda.*
*Pœna eccleſiæ pecuniaria potius eſſe debet, quàm corporalis, in fine.*

## CAPVT II.

1 REferente. Caſus. † Pater ex delicto
filii impuberis non tene
tur, uel in puero inultū relinquetur, quod
in adulto grauiter puniretur. primò ponit
partis uel appellantis querelam. ſecūdò dat iudicem.
2. ibi, vnde [*Sagittaret*] hoc eſt odibile, & periculoſum,
ſupra de ſagitta. c. uno. Licebat tamen aliàs pueris cū
coetaneis ludere, ſupra de homici. lator, & c. exhibita
[*Fortuito caſu*] quaſi non ex animo [*Centum*] aliquando
tamen minorem pœnam exigere poteſt. Inn. & Abb.
2 ¶ Gl. † 2. reſpō. per ob. duplicem. ſ. ad textum, & ad ca-
ſum. prima ſoluitur per exceptionem literæ: ſecunda
dupliciter. ¶ Vlt. glo. arguit, ſignat contrarium, & re-
3 mittit. ¶ *In† gl. 2. ibi, §. 1.*] uide hanc, & ſequentes, ſupra
c. proxi. [*& ibi, ſi pupillus*] ibi ſi pupillus prohibuit iri in
poſſeſ. damni infecti, datur contra ipſum in factum a-
ctio [*& ibi, filio*] ſiue ſit ſui iuris, ſiue ſit in poteſtate, ut
in l. ſe. [*& ibi, licet*] aliàs incipit, ſi ſeruus. & ibi dicitur,
ꝙ ex furto facto per ſeruum cōtra dominum agitur,
inquantum factus eſt locupletior [*& ibi, ff. de mino. l. pa-
ter pro filio*] ibi reſtituitur pater, pro filio etiam inuito.
4 ¶ *In† glo. 1. in fine*] ut patet in an. ¶ *In gl. 2. ibi, conueniendus*]
unde condemnato filiofam. etiam adulto, nō fit exe-
cutio in bonis patris etiam quò ad legitimam, uel ali-
menta filio debita. de hoc ſatis in Spe. de ſen. execu. §.
ſequitur, uer. quid ſi filius effectus fuit. de non doli ca
pace dixi, ſupra c. proxi. ubi Hoſt. uidetur tenere con-
trarium eius, quod de infante terminatum eſt per cle.
de homici. ſi furioſus. ¶ *In glo. ult. ibi, exigere*] Hoſt. ſup.
maximè, per locum à diuiſione, de quo, ſup. in gloſſ.
proxi. [*& ibi, § debet, lib. 6.*] de hoc etiam, ſupra de ma.
5 & obe. ſolitæ [*& ibi, ex conſuetudine*] dicit† Hoſt. ꝙ cōſue-
tudo, uel ſtatutum, per quod committentes furtum,
uel homicidium, uel ſimile crimen in pecunia puniū
tur, ſunt irrationabilia, quia id nihil eſt aliud, quàm
homines uænali exponere precio, & incitare ad com
mittenda peccata. Talis enim non timet pęnam pecu
niæ, qui ſuſpendium, uel pœnam mortis timeret, illa
ergo non ſunt ſeruanda. ad hoc, ff. de pact. ſi unus, §.
pacta, in aucten. de man. prin. §. oportet, col. 3. inſtitu.
ui bonorum rap. §. ſed nedum, ff. de pęnis, in ſeruorū,
& l. aut facta, §. fi. ſup. de conſuetu. ex parte, & de hoc
de of. or. irrefragabili, §. fi. & cap. dilectus. nec ob. arg.
à cōtrario, per quod hic ſumitur, ꝙ ſi eſſet maior. 14.
annis, à patrefamil. poſſet exigi iſta pœna, illud enim
putat uerum ex poſt facto per iudicis officium, nō ex
ui conſuetudinis, ut not. in præ. dec. irrefragabili. uo-
luit ergo per argum. à contrario hic oſtendere, quòd
eccleſia non debet pęnam grauē inferre, ſcilicet cor-
poralem, ſed potius pecuniariam, ſupra de rapto. in
archiepiſcopatu. item nec hic dicitur expreſsè, ꝙ ta-
lis conſuetudo ualeat, & uide quod dixi, ſupra de cō-
ſuc. c. fin. in princ.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De clerico uenatore iura alia canonica, quàm hæc, quæ loquantur.*

## De clerico venatore, Rub.

1 ¶ Tractato† ſupra communiter de delictis clerico-
rum, & laicorū, ſubmittit de ſpiritualibus delictis cle-
ricorum, ideo &c. ꝑm Gof. de hac. 86. diſt. qui uenato
ribus, cum 5. capitulis ſequen. facit. 6. di. §. ult. 34. di. c.
1. in prin. cōuenit, de cenſibus, cum apoſtolus, ne cle-
ri. uel mona. cap. 1. ad fi. & clemen. de ſtatu mo. ne in
agro, § porro, de cenſi. ad noſtrum, uer. & dum. de ce
le. miſ. c. 1. poſt princ.

*SVMMARIVM.*

1 *Pro paleis habentur hæc capitula.*
*Venatoribus immunitas conceſſa, nullo iure probari poteſt.*
*Venatores clerici, ut puniantur, num. 5.*
*Venatio quotuplex, quæ prohibita, & quibus, nu.2. & 4.*
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloßarum. num.3. & 4,*
*Adulatoribus fauere naturale eſt, eiſque etiam inuiti fauemus.*
*Adulari neſciens aut inuidus, aut ſuperbus reputatur.*
*Humilitas nulla tanta, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.*
*Recreationis gratia ſolatia honeſta cedunt in remedium.*
5 *Pœna maioris maior eſſe debet, ut hic.*

## CAPVT I.

1 EPiſcopum. Hæc† capitula ha
bētur pro paleis.
34. diſt. & hic. in 1. prohibitio. in 2. pę-
na ibi, Quòd ſi quis [*Diaconum*] idē de
ſubdiacono, ut dicit glo. (*Venandum*)
dicit lex. venatoribus immunitas ob
hanc profesſionem ſolam conceſſa,
nullo iure probari poteſt, C. de excuſa. mu. uenatori-
bus, lib. 10. (*Sæpius*) ſic, ſup. de ui. & ho. cle. monaſteria
(*Duobus*) ab omni officio, quod eſt infra (*Suſpendantur*)
conſtituti in minoribus, ex quo certa pœna non ſta-
tuitur, punientur arbitrariè, ſecundum Hoſt. alleg. de

offic.deleg. de cauſis: ita tamen, ꝙ monitio præcedat
2 uindictam. 12. q. 2. indigne. ¶†Glo. 2. arguit à contra
rio, & illud concedit, ſi tria concurrant. demum di-
ſtinguit quadruplicem uenationẽ, & quartã ſcilicet
quæ fit ad aues, uel beſtias, ſubdiuit in clamoſam, &
3 quietam. ¶Vlt. glo. obiicit, & ſoluit. ¶*In† glo. ulti. ibi. §.*
4 *atrox*] uide de calum. c. 1. ſuper glo. 2. ¶*In† glo. 1. ibi, an pu
tatis*] & c. Eſau, & ibi no. quare magis prohibetur cle
ricis uenatio, quàm piſcatio. ¶*In glo. 2. ibi, excepto epiſco
po*] dicit Hoſt. quòd hic innuitur contrarium. remit-
tit autem ad ſummam. eo. tit. §. quæ, & quibus, uerſi.
item cauſa utilitatis, & præcedentibus [*& ibi. §. his ita*]
niſi fiat in bello iuſto, ut ibi, & ſupra de hære. excom-
municamus. §. ſi uerò, & dixi de hoc ſupra de iureiu.
ſicut, & infra [*& ibi, per uerba*] hanc faciunt hiſtriones
[*& ibi, illicita*] inducens interdum peccatum morta-
le, interdum ueniale. quod dic, ut no. 25. di. §. nunc au
tem, in glo. pe. naturale tamen eſt adulatoribus faue-
re. Seneca, Velimus, nolimus, adulatoribus noſtris fa
uemus. Ouidius de arte aman. Delectãt etiam caſtas
præconia formæ. Hiero. ad Euſtachium de virginita-
te. B. Naturali ducimur malo, & adulatoribus noſtris
libẽter fauemus. uide ibi plenius. & Valerius li. 8. c. fi.
aliàs pe. Nulla eſt tanta humilitas, q̃ dulcidine glorię
non tangatur. dicit Hiero. ad Celantiam, quòd hodie
hoc uitium regnat in tantum, quòd adulari neſciens
aut inuidus, aut ſuperbus reputetur [*Et ibi, qui uenatori-
bus*] ubi de hoc [*& ibi in arena*] hoc laicis permittitur.
ſed ſi prouide recipiunt pecuniam, infames ſunt. ſi cã
uirtutis probandæ id faciunt, nõ, vt ibi, ſaluis tornea-
mentis, quæ prohibentur, ſupra de torneam. c. 1. cleri
cis omnino interdicta, de cleri. pug. in duel. c. 1. 2. Ho-
ſtiẽ. [*& ibi clamoſa*] quæ fit cum canibus, Ab. uel armis
[*& ibi, laicis*] de ui publica. l. 1. Inſti. de rerum diui. §. fe
ræ. ff. de acqui. re. do. l. naturalem, & l. Pomponius. &
hoc uerum in diebus communibus, ſed in quadrage
ſimalibus, & pręcipuarum feſtiuitatum, quibus con-
uenire debent homines ad eccleſias, & orare, etiã lai-
cis eſt interdicta, ut in præ. c. qui uenatoribus, & c. an
putatis, de con. diſt. 3. in religioſum, & diſt. 5. Ieiunia
[*& ibi, quieta*] q̃ fit pedes cũ retibus. Ab. uel laqueis [*&
ibi, neceſſitatis cauſa*] ergo uoluptatis, uel nimis frequen-
ter nõ licet, ut hic. & poteſt dici neceſsitas, cum fit ad
excitandum calorem naturalẽ, vel appetitum, de ho-
mi. dilectus, de iureiur. & ſi Chriſtus, ad fi. de conſe. di.
5. ſint tibi [*& ibi, recreationis*] recreetur uirtus. unde Va
lerius. 8. moralium. c. de ocio, Hominem quippe re-
rum natura continui laboris patientem eſſe non pa-
titur. Sene. epiſto. 28. In remedium cedunt honeſta
ſolatia, etiam quicquid animum erexerit: etiam cor-
pori ꝓdeſt. unde non erubuit Socrates deriſus ab Al-
cibiade pro eo, ꝙ arundinem cruribus interponens
cum filiolis ludebat, ut dicit Valerius ubi ſupra. Idem
dicit Hoſti. cum fieret ad uictum acquirendũ [*& ibi,
prohibetur*] forte per hunc finẽ intẽdat recedere à pro-
ximo dicto Tan. & antiquorum, qui dicebãt ẽt ſacer-
doti licere quietã ẽt cũ canibus: tñ cũ modeſtia, & ex
cauſa. ¶*In† gl. ult. ibi, reputatur*] hæc ſolutio non eſt ſuffi
ciens, ſecundum quã minori tempore puniri deberet
epiſcopus, quàm presbyter, & hic fit contrarium, un-
de dixit Hoſti. quòd plus punitur maior, & hic verita-
te inſpecta, minor eſt pœna diaconi, quia ſibi tempus
non adiicitur. vnde poſt aliquos dies cum eo poterit
diſpenſari. non ſic in epiſcopo, & presbytero, quibus
tempus adiicitur ſecundum eum, trigeſimaquarta
diſtinct. ubi iſtud capitulũ eſt pro palea. ſic iacet lite-
ra, quòd ſi quis ta. per. in hac uo. ſe. de. fu. tribus men
ſibus à communione ſuſpendatur: diaconus uerò ab
omni officio, & communione ſuſpendatur. Tu dic,
quòd per hoc non ceſſat contrarium aliter, ſcilicet
quòd epiſcopus ſuſpenditur tribus menſibus à com-
munione: presbyter verò duobus ab omni officio, &
diaconus ſimpliciter. & ſecundum hoc manet ſolu-
a tio ᵃ glo. Et uide quod dixi, ſupra de ſta. re. ea quæ, ſu-
per tertia gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶Solutio. Et de materia. gloſſ. vide Barto. in l. quod dicitur, ff. de
pœnis.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatores clerici quando eſſe poſſint.*
*Ex uenatione ubi eis reditus conſiſtat.*
*Venationis eſt duplex prohibitio, in fine.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Serui dei etiam laici dicuntur.*
*Homo cur factus.*

CAPVT II.

1 OMnibus. [*Vagationes*] per hoc dixit
† Hoſtien. quod ſi reditus
clericorum etiam religioſorum conſiſtũt
in uenatione, puta cirogrillorum, uel cu-
niculorum, ut in Prouincia, uel ferarum incluſarum,
ut in Frãcia, & in Anglia, licebit illis, maximè ſi fami-
lia deficiat, in propriis perſonis uenationem ſuam ca-
pere, & uendere, dummodò id faciant tempore com
petenti. id enim non eſt uagari, ſed ſuæ neceſsitati, &
utilitati eccleſiæ ſubuenire, ad quod clerici tenentur.
ſeptima, quæſtione prima, præſentium, & capitu. pla-
cuit, ut nemini, & decimaſexta, quæſtione prima, qui
uerè, & capitulo uos autem. ibi, & ſi qua opera &c. Et
ibi, nec ueſtrum otium &c. ſed hodie ſecus in religio-
ſis; quod dic ut in clemen. de ſta. re. ne in agro, §. por-
ro, & §. ſequen. [*Falcones*] ſup. habere, ut ſupra capitulo
proximo, ſecundum Abb. qui dicit, quod duplex eſt
huius tituli prohibitio: una inhibendo, ſcilicet alia in
2 utendo. ¶*In† glo. 1. in fine*] aliàs etiam laici dicuntur ſer-
ui dei, unde eccleſiaſtici ult. deum time, & mandata
eius obſerua. hoc eſt enim omnis homo, ideſt ad hoc
factus eſt omnis homo. Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De clerico percuſſore loca canonum tractantia quæ.*

## De clerico percuſſore, Rub.

1 ¶Ex† continuatione rubricæ proximæ patet iſtius
rubricę continuatio. & habetur materia, quadrageſi-
maquinta diſtinct. & facit, prima, quæſtione ſeptima,
ſi quis omnem, in fi. & 86. diſt. §. ſimiliter, & c. ſeq. & §.
penul. & c. non liceat.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericum non eſſe percuſſorem decet, & maximè in ſacris conſtitu
tum, nume. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloßarum. num. 3.*
*Sententias non debet epiſcopus fulminare ſtatim.*

CAPVT II.

1 SI quis. [*Sacro*] Maximè quia nec
† decet aliquem eſſe cleri-
cum percuſſorẽ. ſed maximè caueat
conſtitutus in ſacris, & maximè epi-
ſcopus, per concor. quas alle. glo. ſu-
per quo Hoſtiẽ. hic remittit ad ſum-
mam de temp. or. §. & cui, ſub. §. de-
ci-



2 cima regula. ¶Secunda† gl. arguit à contrario ſpecia-
3 liter, & generaliter. ſecundò declarat textum. ¶*In† glo.
1. in fine*] ibi, ſed neque propriis manibus, licet epiſco-
po aliquem percutere. hoc enim extraneum eſt à ſa-
cerdotio. ¶*In glo. 2. ibi. c. 1.*] & ut ibi not. hæc iura pro-
bant, quòd non ſtatim debet epiſcopus ſententias ful
minare. Idem no. de iudæ. ſicut, in ult. gl. [*& ibi, in uſu*]
unde ponebat Abb. exemplum de illo, qui ſtatim per
cutiebat illum, qui aliquid ſibi dicebat contra placi-
tum [*& in fine*] idem, ſi in duello percusſiſſet, de cleri-
ço pug. in duel. c. 1. Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Fuſtigari ſi epiſcopus aliquem crudeliter facit, ſuſpenditur & à
quo.*
*Coniugem quatenus liceat caſtigare.*
*Sæuire in quenquam, non licet, num. 3.*
*Reſpectus pro reuerenda conſideratione.*
*A pontificalibus ſuſpenſus intelligitur epiſcopus à miſſarum ad-
miniſtratione ſuſpenſus, in fine.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 3.*
*Vulneratus non mortiferè ſi per negligentiam moriatur, de uulne-
rato eſt actio, non de occiſo.*
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 PRæterea. Caſus. † Duobus menſibus
à miſſarum adminiſtratio
ne ſuſpẽditur epiſcopus, qui facit aliquem
crudeliter fuſtigari. primò ponit epiſcopi
ſæuitiam. ſecũda ibi, quam licet, excuſat illum à mor-
te. tertiò illum punit ibi, Quia [*Mulierem*] forte coniu-
gem, quam clericus, moderate tamen, uerberare, &
ligatam cuſtodire poteſt. de hoc. 33. quæſtio. 2. pla-
a cuitᵃ: vel aliam forte in eccleſia delinquentem, de ſen
ten. excommu. ueniens: vel pediſequam, uel introdu-
ctam, de qua. 32. diſtin. interdixit, ſed quæcunque fue-
rit mulier, tenetur inſæuiens. Goff. [*Quam*] ſcilicet mu-
lierem [*Exinde*] minimè &c. vt ſequitur [*Defunctam*] ſup.
tamen ſecundum Hoſtien. [*Reſpectum*] ideſt reueren-
dam conſiderationem, Hoſtienſ. [*Miſſarum*] & ſic per
conſequens & à pontificalibus, de exceſ. præla. ex lite
2 ris. ¶Secunda† glo. not. ex tempore prolixo, vel bre-
3 ui &c. arguit ſecundò contra Ba. ¶*In† glo. 1. ibi, præce-
ptoris*] ſequitur, nimia ſæuitia culpę aſsignatur. ¶*In glo.
2. in fine*] ſi ſeruus uulneratus non mortiferè per negli
gentiam moritur, de uulnerato eſt actio, non de oc-
4 ciſo. ¶*In† gloſſ. 1. in fine*] remit. Hoſtien. de crimi. fal. ad
audientiam, de raptori. in archiepiſcopatu, de ho-
micid. ad audientiam. ¶*In gloſſ. 2. ibi, ſi qua fœmina*] & ſu-
b pra de homicid. presbyterum [*& ibi, decætero*] dic ut
ibi.

ANNOTATIONES.

a ¶Placuit. Quid de laico, an idem poſſit, uide per glo. 7. quæſtio.
1. ſicut alterius.
b ¶Presbyterum. Vide Barto. in l. ſi in rixa, ff. ad l. Cor. de ſica.

*SVMMARIVM.*

1 *Presbyter qui in conflictu lapides proiecit, licet nullum percuſſe-
rit, quo caſu, & quomodo puniatur, & cur, num. 5.*
*Cap. hoc in promoto locum habet.*
2 *Inter conflictum, & bellum quæ diſcrepantia.*
*In his an pugnare liceat clerico, num. 3.*
3 *Iniuriam ſocij in propria perſona non licet propulſare cleri-
co.*
4 *Suffragium, & additio gloſſarum. num. 5.*
*Infamiæ, & ſcandali cauſa punitur clericus.*

CAPVT III.

1 PRæſentium. Caſus. Duobus † an-
nis à miſſarum cele-
bratione ſuſpenditur presbyter, qui in cõ-
flictu, ubi aliqui mortui ſunt, lapides pro-
iecit, licet nullum percuſſerit. Et prima factũ narrat.
ſecũda ibi, Quem nos, temporaliter punir. tertiò poſt
tempus admittit ibi, Man. [*Lator*] presbyter erat, ut pa-
2 tet, infra per † quod collige iſtud. c. loqui in promoto:
ſequens autem in promouendo ſecũdum Abb. [*Con-
flictu*] Iaco. uolens diſtinguere inter cõflictum, & bel-
lum iuſtum, dicebat, quòd in conflictu nullatenus ſe
miſcere dicunt, ut hic: ſecus de bello iuſto. & ſic ſolui
tur contrarium, ſupra de homici. petitio. uel ſecundũ
eum, ibi pugnauit defendendo rempublicam, quod
licuit, argumẽ. ff. de iuſti. & iur. ut vim, hic priuatam,
3 quod non licuit. & per hoc † uidetur, quòd non liceat
clerico iniuriam ſocii in propria perſona propulſare.
& ſic etiam ſoluatur contrarium de decre. dilecto, de
ſenten. excom. lib. 6. ut quod ibi dicitur poſſe iniuriã
ſocii propulſare, loquatur de layco, nõ de clerico, ſed
Hoſtien. dicit hoc falſum, inf. c. 1. & ſecundum eum
hic ad cautelam tantum imponitur hæc pœna, ut di-
cam in gl. fi. [*Admittas*] quod eſt de iure communi, cũ
4 in nullo reperiatur culpabilis, ſ̃m Hoſt. ¶Secũda† gl.
ſignat contrarium, & ſoluit. ¶*In glo. 2. ibi, duo ſunt*] uide
5 hanc & ſe. de offi. dele. quoniam, in 3. gl. ¶*In† glo. 2. ibi,
contraria*] facit, quod no. li. diſ. ſi quis poſt acceptum.
¶*In glo. ult. ibi, euitent*] hoc tenet Hoſtien. uel ſecundum
eum iſte infamatus erat, uel imminebat ſcandalum,
ſupra de homi. ex literis. Dicit autem quoſdam dicere
hunc ideo punitum, quia aliorum occidentium fuit
fautor, & adiutor, quod non placet.

*SVMMARIVM.*

1 *Auxilium præſtaſſe præſumitur occiſoribus is, qui cum eis erat ar
matus.*
*Præſentia rei illicitæ accipitur in malam partem.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

COntinentia. Secundum uarias le-
ctura s diuerſimodè
ſumanda eſſet, ut infra patebit. Et cõmu-
nis diuiſio, ſecũda ibi, Cõſultationi [*Tres*]
de prædonibus [*Alijs*] ſociis acolyti, qui etiam reſiſte-
bant [*Ad mortem*] cum effectu, ut ſequitur [*Conſilio*] ta-
1 men hoc † ipſo, quod armatus fuit cum occiſoribus,
dicendum eſt aliquod auxilium præſtaſſe pugnando
cum aliis: ſed ſi non pugnaſſet. ſed à longè ſtetiſſet, cũ
iuſta eſſet pugna, non teneretur. uel dic, quod hic in
a nullo caſu dicitur irregularitatem contraxiſſe. Inno.
[*Fuerunt*] & ſic nullam irregularitatẽ incurrit, quia nec
homicidii reus fuit. Hoſt. [*Conſultationi*] iſtud facit pro
Hoſt. ut reſponſio ſit ius commune, & quod infra di-
cit, Poterit, intelligatur de iuris potẽtia [*Tranſiuiſſe*] ma
ximè, ſ̃m Hoſ. [*Exercere*] ut ſubdiaconus, ſ̃m gl. & Ab.
Hoſt. contra dicens, ꝙ etiam ut presbyter, ut iſte finis
aliquid addat, dicens etiam hoc eſſe de iure commu-
2 ni. ¶Vlt. glo. reſpon. per quæſtionem rationis. ¶*In gl.
ult. ibi, & non ultra*] ſecundum Ala. qui dicebat, quod
quia, c. proxi. plus, & hoc minus fuit diſpenſatum, ap-
paret diſpenſationes eſſe arbitrarias [*& ibi, diſpenſatione*]
Hoſtienſ. contra, dicens hoc fieri de iure communi,
ut dixi in textu.

ANNOTATIONES.
Innoc. Vide Sali. in l. licet, C. de pact. qui allegat hoc dictum, & Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugiti.

*SVMMARIVM.*

*Oeconomia tituli.*
*De maledicis quæ alia loca iuris tradant.*

## De maledicis, Rubrica.

¶† Percuſſio alia fit manu, alia uerò lingua. ex quo ſupra proximè tractauit de 1. hic ſubiicit de ſecũda. Goffre. dicit Hiero. ſuper Eſai. lib. 6. quod male refrænabit libidinem, qui manum, uel linguam cohibere nõ ualet. facit ad Acheruchiam. C. Et habetur materia 24. q. 3. §. illicita, cum tribus ca. ſequen. facit 25. di. §. aliàs ea demum in fi. & 46. di. clericus maledicus. congruit, de reg. iur. cap. 2.

*SVMMARIVM.*

*Maledicens papæ puniendus eſt. & maledicere quando quis ei dicatur, & cui alij non eſt maledicendum, num. 4.*
*Iniuria maior uidetur facta coram multis.*
*Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*
*Per principem iurans calore periurat, non punitur. ſi quis ei maledixerit, quid iuris, nu. 4. §. 1.*
*Vindictam epiſcopus non exercet.*
*Additio gloſſarum.*
*Detrahere quis cui non debeat.*
*Subditi ſui iniuriam quis punire poſſit, §. 1.*

CAPVT I.

INnotuit. Maledicens † papæ puniendus eſt, ut deinceps alii abſtineant, & terreantur. Et primò ponit culpam, quam ſecundo puniri mandat ibi, Ipſum. ſubdẽs cauſam ibi, ut pœna [*Multis*] hoc aggrauat, infra ca. proxi. infra de exceſ. præla. quam ſit. C. de ſum. trini. l. 3. [*Officij*] dicebat forte papam multa facere, de quibus poteſtatem nõ habebat, uel priuilegia eccl. Romanæ minuerat, uel dedecorauerat eccleſiam. nõ erat dignus papatu: male diſpenſabat, ſecundum Innoc. quia gratias uendebat, ſimoniacus erat ſecundum Hoſtien. ¶† Secunda glo. obiicit, & dupliciter ſoluit, reſpondens ad contraria. ¶ In† *glo. 2. ibi. l. 2.*] qui calore per principem iurans periurat, non punitur [*& ibi, ſi quis in hoc*] ibi ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. unde non expectet ſecularis iudex, quod epiſcopus ſacrilegii uindictam expoſcat. ¶† *In glo. 1. ibi, ſumma*] nec doctoribus, ut in ca. 1. ibi, præal. quod incipit, deteriores. nec religioſi in ſuis ſermonibus prelatis eccleſiarum detrahere debent: aliàs duobus mẽſibus pœnis ſubiacent, quæ pro grauibus culpis eis ſolent infligi, ut in clemen. de priuil. religioſi. ¶ *In glo. 2. ibi, imperator*] decet principem talia non exquirere. Quintilianus lib. 6. de ora. inſtitutione. Princeps, qui uult omnia ſcire, neceſſe habet multis ignoſcere. Sene. de clementia. Rex leſus animum habeat in poteſtate, & penam, ſi tutè poteſt, donet: aliàs illam tẽperet [*& ibi, nil glorioſius*] principe impune læſo [*& ibi, Leuitate*] qui dicit, quòd ex leuitate facit, hoc probare debet. C. de iniuri. ſi non conuitii. Goff. & Innoc. [*& ibi, contemnendum*] ſi intelligas, ideſt pro contemptu puniẽdum, & quod infra dicit remittendum, ut ibi. no. Accur. ſ. ad principẽ, ut eum puniat, ſi ſibi videbitur; tũc non ob. [*Et ibi, eccleſiam*] quod patet ex fine ſecundum Ala. [*& ibi, ſuperiorem*] alle. legiſtæ ad hoc, ff. de hære. inſti. & hoc Tiberius, de legato. uide in ſpe. de leg. §. 1. uerſi. ſed nũquid [*Et ibi, qui emendat*] ubi de hoc, & infra de pœnis, Romana, li. 6. [*& in fi.*] ubi de hoc ultimo. & de materia huius glo. 2. q. 7. ſi quis erga, & capi. ſi quis ab epiſcopo. & uide, quod plenè dixi poſt Inno. infra de uer. ſigni. ſi ex parte I. Ia. de Aret. diſputauit hic, cuius quæſtionem ponit Cy. C. ne quis in ſua cauſa l. una, & ipſe Iac. utendo uerbis noſtris, & Innoc. diſtinguit, an ſit iniuria notoria, uel non. & ſecundo caſu an reſpiciat dignitatem, uel perſonam. ſed hic addit, ꝙ licet ultimo caſu non poſſit punire malefactorem, tamẽ poterit in cuſtodia ponere ſucceſſori, uel principi reſeruando cognitionem, & pœnam. ff. de off. præſi. ſenatus, & de adul. l. capite, & l. ſi adulterium. §. fi. ſed, vt ibi refert Cy. Pe. de Bel. dicit, ꝙ licet iudex iniuriam ſuã, quæ dignitatẽ, uel rempublicam reſpicit, punire poſſit. C. de offic. eius, qui ui. alter. iudi. op. l. 1. & 2. non tamẽ ipſe ſolus poterit ius dicere. unde, ſi delegatus fuerit, recuſabitur: ſi ordinarius, peti poterit alius adiungi. C. de iudi. apertiſſimi, auct. ibi poſita: quia cum ſecundariò contingat perſonam eius, merito dici poteſt ſuſpectus, quod Cy. dicit æquum. ¶ *In glo. ulti. ibi, ad liberandam*] uide quod ibi dixi in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Blaſphemans deum, uel aliquem ſanctorum punitur, & quando num. 2. & 3.*
*Pœnitere publicè non debet clericus.*
*Virginem offendendo quidam magis credit peccare, quàm deum.*
2 *Publicè blaſphemare quis dicatur.*
3 *Calor iracundiæ, & ebrietas excuſant.*
*Caſus epiſcopo reſeruatus quis hic in cauſa blaſphemiæ poteſt alij ab epiſcopo etiam non epiſcopo committi.*
*Pœna pro pœnitentia ſpirituali.*
*Pœna duplex irrogatur ſpiritualis & temporalis. fit eius commutatio de pecunia in cruciatum in paupere, num. 4. & 5. & 6. ubi & pecuniaria arbritraria dicitur iuxta facultates.*
*Pœnam pecuniariam in dubio quis habebit, num. 6.*
4 *Dies qui apti ad refectionem impoſitam pauperum adimplendam.*
5 *Sepultura quibus priuetur caſibus.*
*Coactio ſimpliciter adiecta intelligitur per excommunicationem.*
6 *Pœnitentia publica indicta ex cauſa commutatur in eleemoſynas, in fine.*
7 *Canones inter ſtatuta communitatum poni iubentur, & ratio, & ad id compelluntur per epiſcopum.*
8 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, nu. 9. 10.*
*Monetæ ſi plures ſunt in uſu, dabitur minor, niſi alia ſit uſitatior.*

CAPVT II.

1 STatuimus. Hic ponitur † pœna blaſphemãtis deum, uel aliquem ſanctorum. Et primò ponit caſum eccleſiaſti iudicis; ſecundò penam ſecularis ibi, per temporalem [*Si quis*] laicus. ſecũdum Hoſti. clericus enim non debet publicè pœnitere, ſed alias ad arbitrium epiſcopi puniatur. ad hoc, ſupra de biga. c. i. & infra eo. c. uer. per temporalem [*Maximè*] refert hic Hoſti. de quibuſdam ſic deuotis uirginis, qui magis credunt peccare ipſam virginem offendendo, quàm deum, de quo etiam dixerat, ſupra de cele. miſ-
2 ſa. c. 2. [*Publicè*] hoc intelliget ſiue fiat in platea, ſiue in camera, multis audientibus, & epiſcopo referentibus ad hoc, ſupra c. prox. ſupra de exceſ. præ. inter dilectos & c. quàm ſit graue. ff. de uer. ſi. palam: dum tamen id confiteatur, uel ſi negauerit, conuincatur, ſupra de accuſa. ſi conſtiterit. ſecus enim, ſi non conuincatur, licet corã pluribus dixerit, puta quia illi tales ſunt, per quos conuinci non poteſt, puta furioſi, uel pupilli ſecundum Hoſti. uel ſecundum eum dicitur publicus, quando eſt vulgatiſſimus, & ex hoc peccato multos ſcandalizat. 26. q. 6. ca. fi. ut quia frequenter hoc committit, uel eſt notorius iuris, uel facti, de quo ſupra de
3 cohab. cleri. ueſtra [*Præſumpſerit*] non † ex calore iracundiæ, uel ebrietate ſecundum Abb. [*Per epiſcopum*] eſt ergo de pẽnitentialibus caſibus epiſcopo reſeruatis. de his, infra de pœ. & re, ſi epiſcopus, lib. 6. quod eſt uerũ de publico ſecundum Hoſtien. occultum autem preſbyter abſoluere poteſt ſecundum eum [*Suum*] ſuus uerò epiſcopus poſſet hoc committere etiam non epiſcopo, ut præ. dec. Si epiſcopo. ad hoc 26. q. 6. capit. fin. [*Pœnæ*] ideſt pœnitentiæ ſpirituali. ſed eſt etiam pœna temporalis, quæ ſequitur. quam etiam dicit Vinc. & Goff. infligendam, cum ordinariè inſtituitur accuſatio contra eum [*Manifeſto*] facit, infra de pœni. & remi. ca. 1. & ca. quæſitum [*Vltimo*] præcedentibus ergo diebus ad hanc ſolennitatem, non tenetur blaſphemus [*Non habeat*] in maioris humilitatis, & contritionis ſi-
4 gnum l. di. pẽnitentes [*Dierum*] dominicorum † nõ ſextarum feriarum, ſecundum Hoſti. cum in dominicis melius refici poſſint, & aptiores ſint dies ad reficiendum, cum nec tunc ſit ieiunandum, de con. diſt. 3. ne quis, & c. ieiunia [*Nec ad hoc*] ſcilicet ad unum reficiendum [*Commutetur*] cruciabitur, uel aliàs punietur 14. q. 6. c. 1. [*Interdicatur*] no. ꝙ eſt canon ferendæ ſententię &
5 non latæ. Hoſ. [*Sepultura*] no. caſum † quo quis priuatur ſepultura. Alii not. ſupra de ſepul. ex parte. Si autẽ iſte in extremis uult pẽnitere, dicit Vinc. ꝙ ſi per epiſcopum lata eſt ſententia hæc contra eum, non ſepeliet: aliàs ſic. Abb. [*Coactione*] excommunicationis ſcilicet [*Si neceſſe*] ut quia blaſphemus nõ uult ſoluere, nec poteſtas pœnam leuare [*Quinque ſolidorum*] non minus, ut ſequitur. inter 40. ergo & 5. conſideratis facultatibus, arbitraria erit pena. & ſic ſupra de decimis. c. nquid ſi nec 5. ſoli. poteſt ſoluere, id in pẽnam aliam commutetur, ſupra proxi. reſpon. ff. de in ius vo. l. fi. ſecundum Vinc. Goff. & Hoſti. uel ſecundum Abb. quærat illos oſtiatim, uel tantum ſeruiat iudici, ꝙ quantitati ſatiſ-
6 faciat, ut no. de Iudæ. c. 1. Sed quis † habebit hanc pecuniariam pœnam? quidam dicunt, ꝙ ſecularis iudex à clerico, & laico per id, quod ſequitur, inter alia communitatum ſtatuta. Alii econtra, quod iudex eccleſiaſticus ab utroque, cum ſit crimen eccleſiaſticum. Dicit Goffed. & Abba. quòd iudex laicus habebit pœ-
a nã [a] laici. Eccleſiaſticus pœnam clerici [*In hoc*] ſcilicet in pœna. 5. ſoli. & in pena ſpirituali, de qua præmiſit. & eſt ſpeciale ſecũdum Phi. in odium criminis, quod imponitur duplex pœna, ſpiritualis, & temporalis. cõ cor. 16. q. 1. ſtatuimus. Regulariter contra, de iudi. at ſi clerici. dicit tamen Hoſtien. quòd in hac poſſet haberi miſericordia, ex magna cauſa, ut ſi honorabilis ſit perſona, quam non deceat publicè pœnitere, & vult illam redimere magnis eleemoſynis; ad hoc de ſentẽ. ex. mulieris. & Daniel. 4. B. conſilium meum placeat tibi; peccata tua eleemoſynis redime [*Statuta*] ne poſ-
7 ſit † allegari ignorantia, & ut includatur in iuramento poteſtatis, de iureiur. uenientes, & c. 1. lib. 6. ſi communitas nõ vult ponere, compelletur per epiſcopũ, ſupra proxi. ſecundum Hoſtien. qui etiam pro com-
8 mento huius dec. remittit ad ſum. eo. ti. §. fi. ¶† Glo. 1. aggrauat blaſphemiam per textum can. & per ratio-
9 nem, ſubdens pœnam legis, & canonis. ¶† *In glo. ult. ibi. §. ſi numerus*] hanc l. & ſequen. uide de cenſi. ex parte, ſuper 3. gloſſ. [*& in fi.*] uide de uerb. ſigni. propterea, in
10 gloſ. 2. ¶† *In glo. argum. quòd, in fi.*] 23. quæſtio. 5. prodeſt. ¶ *In glo. ulti. ibi, numis*] per hanc l. dicit hic Goffre. & glo. 1. de iniur. c. olim, in glo. fi. quòd ſi plures ſunt uſuales monetæ, dabitur minor. Hoſtien. dicit, quòd ſi altera eſt uſitatior, illa dabitur.



ANNOTATOINES.
a ¶ Pœnam. Vide Io. And. in ca. irrefragabili, & c. dilectus, ſupra de offi. or. & in ſpec. de dolo, & contu. §. 2. circa prin. & Barto. in l. agraria, ff. de ter. mo.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
2 *De clerico excommunicato, interdicto, uel depoſito miniſtrante, quibus in locis alijs canonicis quam hic ſit ſcriptum.*

## De cleric. excomm. interdict. uel depoſit. Rub.

1 ¶† Dictum eſt, ſupra de uariis exceſſibus clericorum propter quos interdum excommunicãtur, interdum ſuſpenduntur, interdum deponuntur. ſed quia interdum claues eccleſiæ contemnendo ingerunt ſe diui-
2 nis; ideo &c. habetur † materia 11. q. 3. in 1. charta, & c. pen. & l. di. accedens, conuenit, de ſacra. non ite. c. 2. de dolo, & contu. veritatis, de ui. & ho. cle. ut clericorum §. ſi quis. Item de re iudi. c. 1. ver. ſciturus, li. 6. de ſenten. ex. c. 1. in fi. de pœnis. c. 2. eo. li.

*SVMMARIVM.*

*Abſcindi ab eccleſia pro excommunicari.*
*Excommunicationem monitio præire debet.*

CAPVT I.

SI quis. [*Attrectare*] aliàs attentare [*Commiſſum*] ante depoſitionem [*Abſcindatur*] i. excommunicetur, infra c. 1. Inno. monitione præmiſſa, ut ibi. Abb. ¶ Prima & 2. gloſ. Reſpon. poſſunt per duas quæſtiones. ¶ Tertia ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ *In glo. 1. in fi.*] ubi idem nõt. ¶ *In glo. 2. ibi, ſententia*] depoſitionis, de qua hic loquitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Si clericus degradatus, uel ſuſpenſus celebrat, & monitus non deſiſtit, excommunicatur: & ſi nec ſic deſiſtit, quæ pena.*
2 *Clericorum appellatione etiam inferiores continentur in pœna irregularitatis incurrenda. & qui ſecus dicit, oſtendat ius, oportet, num. 3.*
3 *Presbyter excommunicatus, uel ſuſpenſus ſi in ordine acolytatus miniſtret, quando incidat in irregularitatem.*
*De irregularitate ubi plene tractetur, quid eam inducat.*
*Correptus ideſt monitus.*
*Excommunicationis contemnentis pœna exilium.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 5.*
*Degradatus clericus an conficiat, & ordinem amittat.*
*Cum excommunicato communicans quam incurrit excommunicationem.*

CAPVT II.

1 SI quis presbyter, C. Si † degradatus, uel ſuſpenſus celebrat, & monitus nõ deſiſtit, excommunicatur. & ſi nec ſic deſiſtit, ad requiſitionem eccleſiæ per ſecularem principẽ exulatur. ſecunda quæ aggrauat ibi, Quod ſi [*Clericus*] etiam in minoribus ſecundum Hoſtien. & facit quod
2 no. ſupra c. proxi. ad hoc facit, ꝙ † appellatione clericorum etiam inferiores continentur. 11. q. 1. de perſona, ad fi. ad hoc facit, infra c. 1. & c. fraternitati, & c. ſe. §. 1. ſupra de iudi. cum non ab homine, infra de pur. ca. ſi quis de gradu, ubi de hoc. allegat in cõtrarium, quòd omnia illa iura quò ad pœnam irregularitatis reſtringenda

genda ſunt ad conſtitutos in ſacris, licet & minores,
aliàs ſint de peccato coercendi. pro hac parte facit 11.
q.3. epiſcopus, & §. præ. ex his. Sed ad illa poteſt reſpon
deri, ꝙ ibi non agitur de irregularitate, ſed de reconci
liatione. Item alle. quia ex capite noſtro nõ debemus
dicere in minoribus conſtitutum irregularitatem in-
currere, cum id nullo iure caueatur. primò quia ubi
ſtatuta non eſt, nõ eſt imponenda, infra de ſen. ex. his
qui, lib. 6. ſecundò quia odioſa, & ſic non laxanda, ſed
reſtringenda, de reg. iur. odia, lib. 6. tertiò quia acolyti
& inferiores quaſi laici cenſentur, & laicari poſſunt,
ut patet de cleri. coniu. ca. 1. & per totum. Item nec in
degradatione ipſorũ ſeruatur ſolennitas numeri epiſ-
coporum 15. q. 7. ſi autem, & c. fœlix, infra de hære. c.
1. lib. 6. puniantur ergo ſicut monialis, de qua certum
eſt, quod nõ incurrit irregularitatem, infra eo. poſtu-
laſti. §. 1. uel ſicut laici, & fœminæ, ut infra ſequitur. &
ſi dicas, ꝙ incurrant irregularitatem, tamen paruam,
in qua diſpenſare poſſunt epiſcopi; ad hoc quod legi
tur & no. ſupra de biga. c. 2. Quicquid ſubtilizetur, di-
cit, quod primò dixi, tenẽdum per prima iura, & per
dec. primam de re. iudi. & decr. primam de ſen. ex. li. 6.
quæ indiſtinctè loquuntur. præterea tales poſſunt de
3 facto officium gerere, ut prius. ¶ Dicit † etiam, ꝙ qui
dicit conſtitutum in minoribus tantum non contra
here irregularitatem, oſtendat ius, quod illos expreſ-
sè eximat: aliàs ei non credet, nec tale ius credit inue-
niri poſſe. per hoc etiam dicit irregularem eſſe preſby
terum excommunicatum, uel ſimpliciter ab officio,
uel ordinibus ſuſpenſum, ſi in ordine acolytatus mi-
niſtrat: ſecus, ſi ſuſpenſus eſſet à ſacerdotalibus, uel à
celebratione miſſarum, & remittit ad ſummã, de ſen-
ten. ex. §. fi. ſub. §. fi. deſcriptionem uerò irregularitatis
poſuit hic Hoſtien. & proſecutus eſt ipſius membra,
quod uideas apertius & plenius in ſpec. de lega. in tra-
cta. diſpenſa. §. iuxta propoſitionis, in prin. & ideo hic
decido [*In contemptum*] hoc eſt, ꝙ inducit irregularita-
tem. Hoſti. [*Correptus*] i. monitus [*Exilium*] no. exilium,
eſſe pœnam contemnentis excommunicationem.
4 ¶ † Glo. 1. quærit. all. ad affir. 4. can. ad negatiuam. 5. po
5 nit duas opi. contrarias, & ſecundam approbat. ¶ † *In
gl. 1. ibi, accedens*] ubi de hoc, illud capitulum inducitur:
quia in prin. uocat illum eſſe preſbyterum, & in uerſ.
quem quidem, dicit illum ſacro ordine priuatum, ad
idem ea. diſ. ut conſtitueretur, in prin. ibi, Ad clerica-
tum redeat, c. epiſcopus, & c. dictum, & c. clerici, quæ
ſequuntur in glo. dicunt ordinem, uel gradum amiſ-
ſum. ad idem 1. q. 1. §. opponitur, in princ. ubi dicitur,
quod talibus nulla remanet poteſtas ſacrificandi. ſed
iſtud ultimum ſolue, ut ibi no. ad reliqua reſpõdetur,
ut dicebat Hug. ꝙ de ordinis executione loquuntur,
& quandoque de ipſius ordinis priuilegio. facit 32. di.
§. uerum. c. ad hoc, & Hoſti. in ſum. huius titu. in fi. pri
mi. §. dicit ſatis eſſe, quod ille prius fuit ordinatus, in-
ducit, ſupra de ſum. tri. firmi. §. una, & ibi dixit, & Gof.
hic, & in ſum. huius ti. in fin. Hoſt. & Archid. dixerunt
eum tenuiſſe contrarium in ſum. de tempo. ordi. poſt
prin. uer. hęc igitur ſit fides: ſed ſalua eorum pace, Gof
fre. ibi de depoſito loquitur: hic, & in ſum. huius ti. de
degradato: ipſe tamen Goff. infra de non ordi. mi. c. 2.
loquens de depoſito dicit ſe cum La. Ala. & Tan. con
cordare, quia ſicut per depoſitionẽ non tollitur cha-
racteris priuilegium circa immunitatem, ſic nec cha-
racteris poteſtas circa cõfectionem euchariſtiæ, licet
ordinis executio ſit ſublata [*& ibi, militi*] imò, ut infra
de pœnis. ca. 2. §. 1. li. 6. cum ſuis concor. [*& ibi, & Tan.*]
& Phi. & Io. 9. q. 1. in ſum. Barto. Brix. ibi contra [*& ibi,
quòd quidam*] & c. dominus declarauit, ubi de hoc, & ca.
qui perfectionem [*& ibi, credo*] concordat Inno. Hoſti.
& theologi præciſe, & dixi de hoc, de ſciſma. c. 1. in gl.
magna ante fi. uer. & hic etiam. ¶ *In glo. 2. ibi, ut prius*] in-
fra de ſen. ex. is cui, lib. 6. [*& ibi, quod poteſt laicus*] de hoc
dixi de cele. miſ. c. 1. ſuper uer. compleantur. ¶ *In glo. ip-
6 ſo iure, in fi.*] uel † intellige de maiori, ſi communicauit
in crimine: uel ſi ille excommunicatus fuit cum parti
cipibus, quod tamen non poſſunt hodie inferiores à
papa, niſi ſeruata forma dec. ſtatuimus, de ſen. ex. li. 6.
¶ *In glo. ut talibus, ibi, communicet*] vel aliter ſcilicet, ꝙ laici,
uel fœminæ excommunicati non immiſceant ſe diui
nis: aliàs ſi moniti non deſiſtant, augebitur pœna.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictus, uel excommunicatus celebrans etiam officia, deponi-
tur, & quo caſu, & num. 3.*
*Ad diſpenſationem qui ſe reddant apti, & num. 3.*
*Depoſitionis ſententia non incurritur ipſo iure.*
*Irregularitatis ſecus.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*
*Cum irregulari, uel depoſito quis diſpenſet, & cum quo, uel reſti-
tuere poſſit.*
*An diſpenſatio per accuſationem impediatur.*
*Sententiam ſuam poteſt ordinarius, ſi nulla eſt, emendare, cir. fin.
uer. dicebat hic.*

## CAPVT III.

1 CLerici. Caſus. † Interdictus, uel ex-
communicatus celebrans,
& monitus non deſiſtens, deponitur. & fa
cit hic uerſ. clerici ſic generali, ad id quod
dixi, ſupra ca. proxi. [*Suis*] epiſcopis, quod eſt infra, ſed
idem eſt, ſi hoc fiat ab aliis prælatis iuriſdictionem in
eo habentibus, ſupra de offi. ord. cum ab eccleſiarum
[*Officia*] etiam dicẽdo ueſperas, uel matutinas, ut prius
[*Redierent*] ad ſtatum interdicti, uel excommunicatio-
nis, per quod ſe reddunt aptos ad diſpenſationem per
Papam habendam, ſecundum Goff. Hoſti. [*Incurrant*
irregularitas bene contrahitur ipſo iure: ſed pœna iſta
eſt per ſententiam infligenda. ad hoc, infra eo. illud, in
2 fi. & c. ſequen. ¶ † Gl. 1. tria facit, arguit à contrario, &
contra obiicit, & ſoluit. ſecundò quærit, arguit ad af-
firmatiuam; ſoluit negatiuè. tertiò iterum quærit. po-
nit opi. Hug. cui obiicit de. c. epiſcopus, & reſpondet.
3 ¶ † *In glo. 1. ibi, diſpenſatiue*] ad quam diſpenſationem ſe
habilitant monitioni parendo ſecundum Goffre. uel
loquitur de his, qui ignorabant ſe ligatos ſecundum
Phi. dicit hic Hoſti. ꝙ ſi talis irregularis monitus para-
tus ſit corrigi, diſpẽſabit epiſcopus cum ipſo, argum.
hic, & infra eo. fraternitati adducit ſtylum curiæ, quo
mandatur, ꝙ ſi non in contemptum clauium &c. fa-
cit ſupra c. 2. & infra eo. illud, & c. poſtulaſtis. ſubdit, ꝙ
ante diſpenſationem poterit accuſari, & accuſatione
pendente diſpenſari non poterit, argum. infra de pri-
uil. dudum, ſupra ut lite pẽ. c. fi. ſi igitur accuſationem
præueniat, tutus erit, de ſciſma. cap. 2. ſi uerò monitus
non abſtinet, alius, quàm papa non diſpenſat. ſubdit.
ꝙ curia tenet, & ſic de facto ſeruatur, & cum tali epiſ-
copus non diſpenſat. contrarium etiam eius, quod di
cit per accuſationẽ impediri diſpenſationem, dixi de
iudi. at ſi clerici, ſuper uer. poteſt. & ſuper hoc uide re-
miſsiones, quas ibi dedi [*& ibi, quod legatus*] habet con-
ſuetudo, q̃ plus ualet approbatione, quàm iuris pro-
batione, ꝙ legati de latere diſpanſant cum irregulari-
bus, qui non ex contemptu clauium ſe immiſcuerũt
diuinis, etiam ſi id fecerint ex ſupina ignorantia, uel
ſcienter, non tamen ex cõtemptu. & poteſt eſſe ratio:
quia & pœnitentiarii papæ illos, qui non contempſe-
runt, abſoluunt. contra hoc inducitur, infra c. pen. [*Et
ibi, dicas*] Idem Guil. in ſpe. ti. 2. §. nunc de epiſcoporum
ver. ſed nunq̃d poteſt epiſcopus, vel legatus, & de ſcho
lare,



lare, uel aliunde ueniente; uide eo. ti. §. conſequenter,
uer. quid ſi legatus [*& ibi, quæ de cauſa*] iſtud cap. & ea. q.
quanto, uidentur facere contra: quia ibi diſpenſat in-
ferior. ſed illud fit auctoritate papæ [*& ibi, diſpenſat*] ſed
nunquid ille, qui inſtitutus eſt in curia ad imponen-
das pœnitentias, hoc poterit? non credo. Vin. hoc no.
infra c. proxi. [*& ibi, cum iniuſtè*] Idem ibi no. & poterit
eum tunc ſuus epiſcopus reſtituere non adiuncto ſi-
bi epiſcoporum numero ſecũdum Guil. qui hoc no.
in ſpe. ti. de accuſatione. §. 2. uer. ſed nunquid tot, dice-
bat hic Hoſt. c. epiſcopus, poſſe intelligi, quando non
interuenit in depoſitione debitus numerus epiſcopo
rum: quia tunc poterit epiſcopus emendare ſuam ſen
tentiam, quæ nulla eſt, ut dixi de accuſ. qualiter prim.
ſuper 1. glo. & in hoc caſu bene procedit dictum G. &
ut dixit hic Hoſt. poteſt etiam illud intelligi, cum non
interuenerat ibi debitus numerus epiſcoporum, de
quo 15. q. 7. fęlix. ordinarius enim poteſt emẽdare ſen
tẽtiam ſuam, quæ eſt nulla, ut dixi ſecundum eum, de
accuſa. qualiter 1. unde dixit Pe. & Abb. ſupra de iudi.
at ſi clerici, hoc, quod dixit hic gloſ. epiſcopum reſti-
tuere, uel diſpenſare non poſſe cum depoſito, proce-
dere, quando ex ſuo iure petitur, ut diſpenſet. Si uerò
ex nullitate ſententiæ, ut per abſentiam iuſtam depo-
ſiti petit ipſe reſtitui contra ſententiam, tunc epiſco-
pus poterit, ſupra de re. iud. cum Bertoldus [*& in fi.*] de
hoc 2. q. 6. ideo 1. & 1. di. contumaces, & uide quod di-
xi de cleric. non reſi. ex tuæ, in fi. ulti. glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicati, uel interdicti deponuntur, ſi celebrant, niſi pro-
pter multitudinem pœna mitigetur.*
*Pecunia eſt iuſta cauſa diſpenſandi.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*
*Multitudo, & paucitas reſpectu dicitur, & num. 4.*
*Multitudini an parcatur, num. 4.*
*Diſiuncta pro coniuncta interdum ponitur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Suſpenſus à quo debeat abſtinere, iuncta glo.*

## CAPVT IIII.

1 LAtores. Caſus. † Excommunicati,
uel interdicti, ſi celebrant,
deponuntur, niſi propter ipſorum multi-
tudinem pœna mitigetur. In prima narra
tio, & deciſa ſupplicatio. In ſecunda ibi, Fraternitati,
commiſsio diſtinguens. & ſecundum membrum ibi,
Si uerò [*Quadraginta*] hunc numerum ideo Papa taxa-
uit: quia aliàs poſſet pati eccleſia nimiam penuriam
clericorum. penuria uerò eſt iuſta cauſa diſpenſandi.
15. diſt. priſcis. Innoc. [*Condemnes*] ad intellectum huius
uerbi uide, quod no. in ſpec. de accuſatione. §. quarto
loco, poſt prin. [*Suſpendas*] ſed an eſt hoc ius commu-
ne: ſatis puto, ex quo ſic hic exprimitur: hoc etiam ſer
uat pœnitentiaria. uide quod no. de temp. or. eos qui,
in glo. quod ſcilicet, in fi. lib. 6. facit, ſupra de ſortile. c.
2. & infra ti. 1. cap. 2. [*Iniungas*] qua peracta cum illis di-
2 ſpenſes. ¶ † Glo. 2. obiicit, ꝙ remitti debuerat &c. pœ-
na non mitigari tantum, & reſpondet. ſecundò no. ꝙ
ultra 40. dicuntur multi, obiicit, & ſoluit. ¶ Pe. gloſ. 3.
quæſtiones format, & illas ſoluit, & contra ultimam,
3 ſolutionem arguit. ¶ *In glo. 2. ibi. l. 1. in fin.*] debet iudex
multitudinem teſtium refrenare [*& ibi, in fine*] arg. ibi
in liberis multę ſunt differentiæ, aut ingenui, aut liber
tini. ¶ *In glo. pe. ibi, cum quidam*] ſi dicit teſtator talem, uel
talem inſtituo hæredem, tutorem, uel lego, uel his ſi-
mile, diſiuncta ponitur pro coniuncta [*Et ibi. § cum ita*]
in ſtipulatione, ſi non dabis hominem, aut fundum.
100. dabis, Aut, ponitur, pro etiã [*Et ibi, duo ſunt*] hanc &
4 ſeq. uide de offi. dele. quoniam, in 3. glo. ¶ *In † glo. 2. ibi,
non parcitur*] in totum. & tunc procedit gloſ. [*& ibi, quo-
ties 2.*] ubi de hoc [*& ibi, aliquando duo*] aliquãdo 3. ut 67.
di. ca. 1. in textu, & glo. & 1. q. 1. placuit [*& ibi, pauci*] ali-
quando 14. ſupra ne cleri. uel mo. c. 1. [*& in fi.*] unde, ut
dicebat Hoſti. ſi 40. tantum, uel pauciores preſbyteri
fuiſſent in hac diœ. non fuiſſet Papa arbitratus de tali
numero. ¶ *In gl. pe. ibi, tantum à beneficio*] ad hoc, ſupra de
of. or. dilectus, Hoſtien. [*& ibi, quò ad ſe*] de hoc ſupra de
a appel. paſtoralis,[a] in ulti. glo. [*& ibi. ſequela*] uide ſatis de
hoc in cle. de pœ. cupientes, in glo. no. noua, in fi. [*&
ibi, accedens*] & ſupra de cleri. pu. in du. Henricus [*& ibi,
ita credo*] Item hic Hoſtien. non ob. contraria ſecundũ
eum, quę loquuntur in temporalibus: hic uerò loqui
mur in cenſura, quæ plus dependet à uoluntate profe
rentis, quàm à uerbis, infra de ſenten. exc. ſi quem. nec
enim illa ita penderet à uoluntate iudicum, ſicut ſen-
tentia excommunicationis, quod patet. ff. ad munici.
b l. ordine. §. 1. 11. q. 3. c. 1.[b] Vinc. Io. & Phi. dicunt, infra
eod. poſtulaſti, quod hanc opinionem putant ueram
inter uiuos: inter mortuos credunt contrarium. qua-
ſi epiſcopus uoluerit ſuſpendere, & non ſuſpenderit,
argumẽ. C. de pecul. eius, qui liber. meru. l. unica, quæ
quid dicat, dixi de ſepul. de his, in gl. fi. C. [*& in fi.*] Gof.
no. ſupra de magis. quanto, ꝙ talis ſententia tanquam
incerta non ualet per l. 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quan-
ti, no. etiam ibi, quod ſi epiſcopus dicat, ſuſpendo te,
ab utroque uidetur ſuſpenſus, ſcilicet ab officio, & be
neficio, ar. de ſen. ex. c. pe. aliàs à beneficio tantum, ar-
gum. ff. de pœnis. l. ſi præſes.

ANNOTATIONES.

a ¶ Paſtoralis. Et uide de elec. cupientes §. cæterum, & c. ſi compro
miſſarius, lib. 6. & utrobique glo.
a ¶ Cap. primo. Vide glo. ea. q. §. cum ergo ſubditi.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus qui celebrat, deponitur, niſi miſericorditer re-
mittatur, & quando, nu. fin. §. 1. alia de eo, num. 5.*
*Contemptum quid aggrauet.*
2 *In notorijs fertur ſententia, licet dies non ſit aſſignata.*
*Dies, ſiue tempus currit poſt præſentationem literarum, in fi.*
3 *Miſericordia uidetur aliquando deberi.*
*Excommunicare non debet ordinarius uel delegatus niſi uocatio-
ne præmiſſa: aliàs pœnam habet, & quam: lata tamen tenet.*
*Delegatum quem ſi neſciam, excuſor, ſi non obedio.*
*Delegati ſententia contra intentionem delegantis lata, nulla eſt.*
*Pertractare, ſonat in uitium.*
4 *Irregularis an tantum ſit clericus, quando ſolenniter gerit officium
ſui ordinis.*
*Pœnitentiæ ſub ſpe non eſt quid committendum.*
*Peccandum non eſt, etiam ſi Deum, homineſq; celare poſſemus.*
*Conſcium peccatorum tuorum nullum magis timendum, quàm te
ipſum, & ratio.*
5 *Excommunicati tenentur alios non excommunicatos uitare, &
cur. & an excommunicatum? nu. 6. & communicanti quæ pœ-
na, & num. 7.*
*Excommunicationis effectus quis.*
7 *Vis abſolutæ, & conditionalis diuerſa ratio.*
8 *Celebrare, & ſe celebrationi diuinorum ingerere, an ſit idem, an
differat, & utroque modo incurratur irregularitas.*
9 *Irregularitas contrahitur ipſo facto & iure.*
*Depoſitio per ſententiam.*
*Gratia pœnæ ſpectat ad Papam, & in quo facta fuit in caſu huius
decreta.*
*Epiſcopus quis remanet, licet nullius eccleſiæ.*
*Ineligibilis actiuè, & paſſiuè quis, in fi.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 11.*
*Malæ fidei quis efficitur poſt denuntiationem.*
12 *Additio gloſſarum.*

*Suſpen-*

*Suſpenſus an ſi priuatim celebret officia diuina irregularis fiat, iuncta gloſſ.§.1.*

CAPVT V.

ILlud dominus. C.†Qui excõ-
municatus ce
lebrat, deponitur, niſi pœna illa miſericor
diter remittatur. Et primò ponit Hildeſe
men. epiſcopi tranſitum 2. ibi, unde, mandatum circa
id factum delegato, & executionem ipſius. 3. ibi, Ipſe
comparitionem epiſcopi, recognitionem miſericor-
diæ, & petitionem & excuſationem 4. ibi, licet, excuſa
tionis impugnationem. 5. ibi, Cum eo, pœnæ remiſ-
ſionem[*Poſtulata*]hoc dicit, vt aggrauet contemptum
ut dixi, ſupra de conſue. cum vene. non quia ſatis fuiſ-
ſet poſtulaſſe, ſupra de reg. licet, uer. illa, ubi etiam di-
xi, quod hic dixerat Hoſtien. de inferioribus prælatis
exemptis[*Partibus illis*]in quibus fuerat hæc tranſgreſ-
2 ſio[*Notorium*]nota† in notoriis ferri ſententiam, licet
dies non ſit aſsignata. de hoc, ſupra de coha. cleri. ue-
ſtra[*20. dies*]ſibi aſsignatos à papa, ut ab adminiſtratio
ne ceſſaret, ut ſequitur. quod ſi non faceret, mandauit
illum excommunicatum nunciari, ut ſequitur. & di-
cit Hoſ. ꝙ mandauerat eum prius excõicari, & poſtea
nunciari per id, quod ſequitur in uer. ipſe; quod non
credo per ver. Illud autem. & dicit Ab. iſtos 20. dies cur
rere poſt præſentationem literarũ: aliàs eſſet indiſcre-
ta ſententia, ad id de ap. ſuper eo 2.[*Adimplere*] ipſo Hil
deſen. obedire nolente[*Exceſſum*]de tranſlatione, & ce-
lebratione poſt excommunicationem. Inno. uel for-
te non fatetur primum, ſuper quo ſe per quandam in-
dulgentiam excuſabat, ſupra de tranſac. c. fi.[*Miſericor-*
3 *diam*]quæ†uidebatur deberi. 23. q. 1. noli, in fi. Goff.[*Or*
*dinarius*]ſiue ſit ordinarius, ſiue deleg. excommunica-
re non debet, niſi monitione præmiſſa, aliàs pœnam
habet, de qua infra de ſen. ex. ſacro: lata tamen tenet ſe
cundum Inno. ſm quem hoc forſan dixit: quia in la-
ta per delegatum ille, qui neſcit illum delegatum, ha-
bet iuſtã excuſationem. facit de offi. dele. cum in iure,
licet ſm eum tutius ſit parere. uel ſm Hoſti. hoc dixit
pro eo, quia ſi delegatus ſentẽtiam excõicationis fer-
ret monitione non præmiſſa, niſi id haberet ex forma
literæ, ut hic, nulla eſſet ſententia quaſi lata contra in-
tentionem delegantis, ar. de præb. c. fi. de reſcrip. ſuper
literis, ad fi. & facit, quod dicam de con. præ. quia cũ-
ctis, in glo. dicit hic Hoſ. ad fi.[*Promulgare*]non promul
gauit, ſed denunciauit, ut dixi ſupra [*Ante factum*]i. ſen-
tentiam, uel ipſius denunciationem[*Monitorias*]rece-
perat tamen mandatũ Papæ continens etiam de com
miſsione Madeburgen. & ideò non uidebatur omni-
no excuſabilis, ſm Hoſti.[*Pertractare*] ſonat in uitium,
ſm Hoſti.[*A nobis*]per hoc patet, ꝙ Madeburgen. non
tulit ſententiam, ſed tñ denunciauit, niſi exponas cũ
Hoſti.[*A nobis*]ideſt auctoritate noſtra. aliter uerò di-
cit, quòd poſtea excõicatus fuit à Papa[*Celebrari*]not.
4 contra†opi. quę habet, clericũ non eſſe irregularem,
niſi quando ſolenniter gerit officium ſui ordinis. ad
idem, infra c. proxi. hoc idem probat finis huius decr.
& ibi remittam[*Pœnitentiæ*]Hiero. ad Saluinam. E. No-
bis non blandiantur pœnitentiæ ſubſidia, quæ ſunt in
felicium remedia[*Deliquiſſe*]Seneca, & ſi ſcirem Deos
ignoſcituros, homines autem ignoraturos, tamen de
dignarer peccare, ut no. 15. q. 1. merito, & ad Lucil. 43.
Si honeſta ſunt, quę facis, omnes ſciant. Si turpia, quid
refert neminem ſcire, cum tu ſcias. & in moralibus,
Nullum peccatorum tuorum cõſcium magis timue-
ris, quàm teipſum. alium enim fugere poteris, ſed te
nunquam. Et Tullius 3. de offi. Certè ſi deos, homi-
neſq; celare poſſemus; nil tamen auarè, iniuſtè, libidi-
5 noſè faciendum eſt[*Periculoſum*]euidenter † diffinitur
hic excommunicatos teneri alios uitare, aliàs pericu-
loſe peccat. contemnit enim claues eccleſię, & ſenten
tiam uiolat, infra de exceſ. præla. c. fi. cum unus illius,
effectus ſit, quòd excommunicatus cum Chriſtianis
communionem non habeat. Tenetur ergo excõmu-
nicatus uitare non excõmunicatos: aliàs ſe aggrauat
ex contemptu, ſicut qui contemnens perſeueret in il-
la per annum ſe reddit de hæreſi ſuſpectum; quod dic,
6 ut de hæreti. excommunicamus, 1. §. 1. Quærit† Hoſti.
an excommunicatus teneatur uitare excommunica-
tum? arg. ꝙ non 32. q. 6. nihil iniquius, C. de inoffi. te-
ſta. in arena, de adul. c. pe. & ulti. dic contra ſecundum
eum, argu. de excep. dilecti, & eo. ti. pia, lib. 6. cũ enim
priuilegiati ſe ab hoc excuſare non poſsint prætextu
priuilegii, de ſen. exc. nulli, multo minus ratione deli-
cti. ad hoc, ſupra de dona. inter ui. & uxo. & ſi neceſſe,
de præben. eum qui, li. 6. aliàs hoc eſſet contra eccle-
ſiam approbare excommunicatorum collegiũ. con-
tra id C. de ſacro. ecc. qui ſub prætextu, de hæreti. excõ
municamus. 1. §. quia nerò, & §. ſeq. imò, ſi moniti nõ
abſtineant, ex hac cauſa excommunicari poſſunt, ſi-
cut alii, infra eo. ſi celebrat. §. fi. quod fieri põt. de hoc
7 de Iudæis, ita quorundam[*Poterit*]hoc †dicit ſecundũ
Hoſtien. quia ſi communicatur ſibi per uim abſolutã
ſibi illatam, in nullo peccat. Si uerò per conditionalẽ,
peccat, quod me. cauſa, ſacris. fortius, ſi eſſet uoluntas
ſimulata, vel etiam turbata, de qua ſupra de ſimo. Mat
thæus[*Canon*]ſup. imponit, uel imponi iubet[*Celebratio*
8 *ni*]diſtinguit † inter hæc duo, ſ. celebrare, & ſe celebra-
tioni ingerere, quod non eſt perfunctoriè trãſeundũ,
ſm Hoſ. cum probetur per hoc non ſolum illum irre
gularẽ, qui celebrat, ſed etiam illum, qui ſe diuinorũ
celebrationi ingerit. de hoc dicam, infra de exceſ. præ
la. c. fi. ubi uide ſuper uer. uiolauit, in prin. & Pe. hoc te
net etiam de audiente in eccleſia. & Boati. ſupra c. pro
xi. dicebat talem irregularẽ, ſed diſpenſabilẽ per epiſ-
copum, uel abbatem, ſi eſt monacus; quod non poſ-
ſent, ſi in ſuo officio celebraſſet. Ab. dicit, ꝙ magiſter
ſuus dicebat c̃rium. ſ. tales intereſſentes irregulares nõ
eſſe, cum ad excõicationem nil addat intereſſe cele-
brationi diuinorum, niſi minorẽ excommunicatio-
nẽ per orationem, & locutionem, de ſen. ex. nuper, ſed
ligatus minori celebrans non eſt irregularis, infra c. fi.
& quod hic dicit, ingeſſerit, exponit ut prius, dicens ꝙ
hic eſt potius uerborum inculcatio, q̃ repetitio caſuũ
puto, ꝙ bene ſit diuerſitas caſuum, ſed talis, qualis in
principaliter celebrante, & cõcelebrante; nec puto pę
nam habere locũ in ſimpliciter audiente, Goff. hic di
cit, ꝙ licet excommunicatus non poſsit miſſam can-
tare, uel ſacramenta tractare: poteſt tamen priuatim
officium dicere cum aliis, in choro cantando, quod
ſecundũ eum probat canon dicens, ꝙ non licet in of-
ficio ſuo ut prius agere 11. q. 3. ſi q̃s epiſcopus[*Infligen-*
9 *dam*]exponit† Hoſti. inflictam declarandam, & execu-
tioni mandandam: ſed ipſam ſibi diximus remitten-
dam, ad quem ſolum ſpectat, de hoc ſupra eo. clerici.
Ego lego literam propriè, & dico, ut dixi in decre. c le-
rici, in fine, quòd licet irregularitas contrahatur ip-
ſo facto, & iure: tamen depoſitio non ineſt per uim
ſententiæ canonis: imò eſt infligenda per iudicem, ut
hic, & ca. ſequentibus. ſed qualis fuit iſta gratia, cum ta
men priuauerit illum utroque epiſcopatu habito, &
ambito? ut patet, ſupra de transla. cap. pen. dic, quod il
lud non fecit ex pœna irregularitatis, ſed ſolum ex pę
na temerariæ trãslationis, de qua ibi loquitur. uel dic,
quòd hic loquitur de pœna depoſitionis ab ordine,
quam propter irregularitatem pati debebat, ſupra ca.
proxi. & hanc remittit hic; & ſic iſte remanet epiſco-
pus, licet nullius eccleſiæ; quod eſſe poteſt, de transla.
cap.



cap. 2. de eo, qui renunciauit epiſcopa. cap. 1. præterea,
& niſi hanc pœnam remiſiſſet, fuiſſet ineligibilis acti-
10 uè, & paſsiuè, ut infra de ſen. excom. is qui, lib. 6. ¶ †Se
cunda glo. reſpondet per modum obiectionis, & ſolu
tionis. ¶ Glo. ſ. quia, ſignat contrarium. & reſpondet.
¶ Antepe. glo. alle. unam concor. & ſignat contrariũ.
¶ *In glo. ſcilicet quia, ibi l. 2. & 3.*]aliàs. 1. in fi. & 2. vide hãc
& ſe. in decre. 1. alleg. ſuper fin. 1. glo.[*& ibi, ſi fundum*] Si
ante emptionem nunciaui emptori fundum meum,
eſſe, nõ uendentis, ſi emit, ut malæfidei emptor, re per
12 me euicta, tenetur ad fructus perceptos. ¶ †*In glo. 3. in*
*fi.*]& infra de conſuetudi. c. ult. & de elect. c. 1. & c. cu-
pientes. §. ꝙ ſi, lib. 6. ¶ *In glo. in hoc, ibi, poteſt*] imò debet,
ut no. ipſe Io. cuius fuit hæc gl. in præ. c. preſbyterum.
an vero id poſsit intra eccleſiam, uel debeat dicere ex
tra, remittit Hoſti. ad ſum. eo. ti. §. 1. ¶ *In glo. ſcilicet quia in*
*fi.*]ubi de hoc in 1. gloſſ. & 11. q. 3. ſi quis laicus, ubi de
hoc, & uide quod dicam, infra de ſen. ex. inquiſitioni,
in princi. ¶ *In glo. ſub ſpe, in fi.*] ibi ſoluitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus celebrans à beneficio deponitur.*
*Poteſtati iudicis quod committitur, ſubijcitur aliquando neceſſitati, ut hic.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Capituli conſilium requiritur in priuatione beneficij.*

CAPVT VI.

1 FRaternitati. Caſus. †Excommu-
catus celebrãs à be-
neficio deponitur[*Poteris*] & debebis, ſi ac
cuſentur, & conuincantur: aliàs locum ha
bet. ff. de iudiciis, non quicquid. ad hoc quod no. de ui
ta & ho. cle. quoniam 1. reſpon. ſecundum Hoſti.[*Spo-*
*liare*]i. priuare, concor. dedi de hoc, de reſtitu. ſpo. con-
2 querente. ¶ †*In glo. 1. ibi, deponere*] ſed forte hoc omiſit,
quia numerus epiſcoporum, qui debet in illa interue
nire, non de facili poteſt haberi, de hæreti. c. 1. li. 6. qui
non requiritur in priuatione beneficii, licet requira-
tur conſilium capituli, de exceſ. præla. c. 1. ubi de hoc.
& ideò hanc pœnam ut faciliorem expreſsit. ſicut in-
fra cap. proxi. in fi. ſecundum Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficij excommunicato facta non ualet, & num. 2.*
*Ei conferens quomodo puniatur, & quo caſu, num. 2.*
*In interdicto loco celebrans qua afficiatur pœna, & quis, & nu. 4.*
*Cum excommunicato contrahi non poteſt, & ab eo acquiſita retineri nequeunt, niſi diſpenſetur, & à quo, num. 3. & 6.*
4 *Officia qualia competat dicere monialibus.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Electio excommunicati an teneat, num. 6. in fin.*

CAPVT VII.

1 POſtulaſtis. Caſus. †Collatio bene
ficii excommunicato
facta non ualet, & ſcienter conferens à be-
neficiorum collatione ſuſpenditur. cele-
brans in loco interdicto, ſi clericus eſt, à beneficio de
ponitur: ſi monacus, uel monialis, in arctiori mona-
ſterio detruditur. & ſecunda ibi, Quæſiuiſti. Et ſubdiui
ſio pateat[*Non debeat*]etiam obtentu priuilegii, niſi in
caſibus expreſsis à iure; quod dic, ut infra de ſent. exc.
nulli, & c. cum deſideres[*Conferri*]cum id ſine commu
2 nione fieri non poſsit, & argue†cum excommunica-
to non poſſe contrahi, nec ipſum licitè tenere poſſe
ex contractu quæſita. de hoc dixi, de dolo, & contu.
a ueritatis [a] [*Canonicè*]no. pro regula prima de reg. iur. li.
6.[*ſcienter*]ſi ignoranter, licet non teneat collatio, con
ferens tamen pœnam euadit: quia probabilis ignorã-
tia debet eſſe excuſata, infra c. 2. [*Suſpendendi*]in prouin
3 ciali concilio, ſupra de præben. graue. &† diſpenſatio,
de qua ſequitur, fiet per Papam, uel proprium patriar
cham, ut ibi ſecundum Hoſti. non credo locum hic eſ
ſe illi decre. cuius pœna locum habet poſt binam mo
nitionem. Tene ergo, ꝙ dicit. G. [*in locis*]dic hodie, ut
4 de ſen. ex. c. ult. lib. 6.[*Diuina† officia*] qualia officia com
petat dicere monialibus, dixi, de cele. miſſ. ca. 1. ſuper
uerſi. compleantur[*Innodati*]quia moniti non deſiſte-
bant, ſupra c. 2. ſed, ut dicit Inno. idem, ſi non fuiſſent
excommunicati, ex quo celebrant in loco interdicto
[*Spoliandi*]repete, quod dixi, ſupra c. proxi. in tex. & gl.
5 ¶ †Glo. 3. reſpon. per quæſtionem, quis diſpenſet. ſol-
uit, & remittit. ¶ *In glo. pe. in fi.*]cuius uerba habes, infra
6 de no. oper. nun. capi. 2. ¶ †*In gl. 3. ibi, epiſcopis*] idem Io.
Goffr. Inno. hic, & ſupra, de temp. or. dilectus, & Guil.
in ſpe. de le. §. nunc de epiſcoporum, uer. 16. Io de De.
contra, quod fatetur Vinc. in eo, qui propter contem
ptum apo. ſe. excommunicatus eſſet. & ſic intelligitur
de æta. & qua. cum bonæ, Hoſtien. hic diſtinguit, an ſit
talis excommunicatio, à qua abſoluere poſsit epiſco
pus; & tunc per eum poterit diſpenſari. an talis, à qua
ſolus Papa abſoluat; & tunc ipſe ſolus diſpenſabit, ar-
gu. de offi. ord. paſtoralis §. præterea, infra de ſen. exc.
à nobis 2. & cap. cum illorum. ſed compo. in dec. ꝙ ſi-
cut, de elec. vt ibi ſcripſi in ult. glo. poſt omnes apoſtil
las ante medi. tenet, quòd excommunicatus electus
cedere non tenetur, quod hæc dec. non patitur; & ui-
de quod dicam, de ſen. ex. ſi uerè, in glo. hic patet, cir-
ca fi. uerſ. executionem. ¶ *In glo. propterquòd, ibi, irregula-*
*res*]quod dic, ut infra de ſen. ex. is qui, li. 6. in fi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Veritatis. Facit, quod no. de Iudæis, cum ſit. & idem no. Io. And. eo. ti. ad liberandam, ſuper 3. glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Conferri beneficium poteſt excommunicato poſt abſolutionem.*
*Ciuitatem ſuam dicere, modus loquendi ciuibus Italiæ.*
*Legatus de latere ordinare poteſt in eccleſia canonicos.*
2 *Preces an ſimoniam inducant.*
*Canonici decem, uel duodecim ſimul in quibus eccleſiis fiant.*
*Doctorum Bononienſium mos.*
*Collationis ius non deuoluitur ex lapſu temporis certo numero non exiſtente canonicorum, in fi.*
3 *Numerum eorum eſſe unde innuatur.*
*Petitio inſta exaudienda.*
*Deliberatoria datur, etiam ubi non offertur libellus, & ratio.*
4 *Excommunicationis ſententia generalis licet omnes liget: tamen ſi quis ex incluſis lateat, non imputatur communio, niſi in caſu, nudo uerbo ligat, & ſoluit, num. 6.*
5 *Fautor quo caſu ligetur eadem ſententia excommunicationis.*
*Aduocatus ſi quem defendat excommunicatum, non ligatur excommunicatione, excipitur caſus.*
6 *Excommunicati qui uitandi non ſint, & num. 4. excommunicatum eſſe quem an ſufficiat probare, niſi probetur etiam tempore electionis, uel collationis excommunicatus num. 8. 9. & 10.*
*Probare ſe aſtringenti, quod aliàs non tenebatur, imputandum, ſi non probarit, in fi.*
7 *Epilogus, & additio gloſſaruu, num. 8.*
9 *Hæres qui ſemel fuit, adhuc hæres eſſe præſumitur.*
10 *Negligentia cuique propria generaliter imputatur, in fin.*

CAPVT VIII.

1 PRopoſuit. C. † Excommunicato
poſt abſolutionem be-
neficium conferri poteſt. Et prima pars fa
ctum narrat, & probationes partium 2. di-
ſtinguit

ſtinguit ibi,Quia uerò[*Illis*]Gallicanis, ſcilicet[*Eorum*]
eſt modus loquendi ciuium Italiæ, qui dicunt ciuita
tē ſuam.Erat enim eorum matrix,& caput,non eorū
quò ad prælationem,uel aliquē titulum[*Ordinaret*] qđ
poterat:quia erat legatus de latere,de offi.le.ca.1.li.6.
[*Preces*]de†his,an ſimoniam inducant,not.de ætat.&
2 qua.tuã[*Illos*]clericos,& magiſtrū Pe.[*Vltima*]qua for
te numerū ſtatuerãt,& antiquū reſtrinxerant,ſic.ſ.de
conſti.c.pe.uel ſi non erat certus numerus, erit tamē
uerisſimile,ꝙ tot nunc poſſent ſubſtētari, quot ſubſtē
tabãtur tempore ordinationis vltimæ forte factæ ſm
cõſue. Vien. & Lugdunen.eccleſiarum,vbi ſimul fa-
ciunt 10.uel 12.canonicos.poſtea forte per 10. annos
ſtant,quod nullū recipiunt;& tunc iterū ordinationē
faciunt generalem.ſic ēt facere conſueuerunt docto-
res iuris ciuilis Bono.unde 5.vel 4.mortuis,& ſi ad ſu-
periorē non deuoluatur ius conferendi, de con.præ.
ex parte,tamē æquū erat in locū illorum alios ſubro-
gare,de inſti.c.1.de ui.& ho.cleri.qm̄,ſm Hoſt.[*Vacaſ-*
3 *ſent*]per†hoc innuit ibi fuiſſe numerū,de conceſ.præ-
ben.ex parte.& facit ad ea, quæ dixi.ſ.de præben.c.pe.
ad idem cle.eo.tit.ſi de beneficio[*Et conceſſas*]no. iuſtã
petitionem exaudiendã,de ſimo. ex diligenti. item ꝙ
datur deliberatoria, ēt ubi non offertur libellus: nam
nec reſponſio eſt præcipitanda 6. q.1. quæro,ſm Ho-
ſti.[*Prebenda*]i.præbēdis,uel quemlibet ſingulariter de
una præbenda,ne ſit contra, de præben.maioribus,&
c.tuę[*Inueſtiuit*]de quo dic,ut ſupra de his,quę fi.à ma.
par.c.ex ore[*& infra*]hic intellige, ꝙ capitulū oppone
bat illi magiſtro Petr.excommunicationem,& ſuper
hoc dati ſunt iudices, qui teſtes utriuſq; partis recepe-
runt, & remiſsionem fecerunt ſm Abb.& Hoſti.[*Pæ-*
*nitentiarius*]procurator capituli[*Iudicij*]contenti ſub de
ciſa,ut dixi (*Intelleximus*) ſup.eſſe probatum (*Inueſtitus*)
per hoc uolens probare,ꝙ inueſtiturę tempore excō
4 municatus erat (*Nominatim*) licet†generalis ſententia
omnes liget:tamē,ſiquis ex incluſis lateat,non impu-
taẽ cõmunio,niſi conuincatur,uel publicetur, de of-
fi.or.ſi ſacerdos,de ſen.ex.cum non ab homine,& ca.
à nobis.forſan ēt iſte magiſter Pe.erat de caſtro (*Fauto*
5 *rem*)ſi in†crimine,ligabatur eadē ſententia,de ſent.ex.
nuper.hoc uerum extra iudicium.Sed quid ſi iudicio
ſit aliquis pro talibus aduocatus? Dicit Hoſti. ſi exe-
quitur officium ſuum,ut debet, uel defendēdo ipſos,
oſtendendo, ꝙ iniuſtè ſunt ligati,ſicut uerū eſt,uel ſal
tem uerū putat,non ligatur, cum excõicato ſeruetur
legitima defenſio.ſ.de excep. cum inter.& iuſtum eſt
officiū aduocati,& ad defenſionē concediẽ. ff.de po-
ſtu.l.1.§.ait prætor.ſ.ut lit.non cõt.c.1.poteſt ergo ad-
uocatus in ſpectãtibus ad officiū ſuum,& ſine quibus
non põt expediri, dūmodò aliàs non excedat, excõi-
catis,quorū aduocatus eſt,cõicare,ar.ſ. de iud.intelle
ximus 11.q.3.non licet,de ſen.ex.cum uoluntate,&c.
inter alia.eſt ſi.quod dixi,de præb.pro illorū,ſuper gl.
2.in fi. Si uerò contra iuſticiã,& contra conſcientiam
fouet illū in crimine dãnato, nulli dubiū eſt, quin ea-
dem ſententia inuoluatur. plus dicit Hoſt. per l. C. de
iudi.rē non nouam §. patroni, ꝙ ſi ab initio credebat
aduocatus, ꝙ iuſtã cauſam haberet excõmunicatus,
& poſtea repetit contrarium in proceſſu, tenetur illū
dimittere, & conſcientiam ſequi, de ſimo. per tuas 2.
etiam ſi ſit erronea, ut ibi; ad id de præſcriptio.capitu
lo fina.& tunc maxime ſe retrahere debet, cū tale pa-
trociniū in alterius uertitur læſionem. quo caſu etiã
ad reſtitutionem tenetur, argu.infra de re iudi.cap.1.
lib.6.de homi.ſicut dignum,§.illi,& cap. fi.de iniur.c.
fina. Ex præſcriptis collige, ꝙ malè faciunt aduocati,
qui cõtra proceſſus executorum factorum ſuper cer-
tis beneficiis,uel præbendis fulminantes pœnam con
tra impedientes,& dantes ad id conſilium,uel fauorē
patrocinãtur contra iuſticiam, & contra conſcientiã
illis,qui impediunt illos, pro quibus facti ſunt proceſ
ſus[*Eos tamen*]ſcilicet clericos,& Burgē.Caſtrilen. ¶Et
6 nota, † ꝙ ſicut ligat ſententia generalis nudo uerbo,
ſic etiam ſoluit nudo uerbo; quod dicit Hoſtien. ue-
rum quò ad illos,qui latent, qui nec uitandi ſunt, niſi
nominentur,ut ſupra dixi, quò ad denunciatos,& no
minatos putat formam neceſſariam, & de hoc, infra
de ſen.ex.cum deſideres[*Inueſtitus*]& ſic nō apparet il-
lum excommunicatum tempore inueſtituræ[*Poſtea*]
ideſt poſt abſolutionem,ſed ante inueſtituram[*Obtule*
*rat*]imputet ergo ſibi,qui ad id ſe aſtrinxit, de proba.li
cet. Sed in hoc caſu non eſt uis,ex quo de abſolutio-
ne conſtabat[*Factum eſt*] & ſic adiudicatur ei præben-
7 da,de qua per legatum fuerat inueſtitus. ¶†Glo.i.no.
tempus inueſtituræ &c. inducit duo ſimilia.¶Glo. 2.
not.à contrario,& dat conſilium. ¶Glo.3. reſpondet
per quæſtio.an communio probet abſolutionem.ſol
8 uit;alle.contrarium.¶†*In glo.1.ibi,utrum*] tunc ergo nō
ſufficit probare quem fuiſſe excommunicatum, niſi
probetur eum tempore collationis,uel electionis ex-
communicatum:ſed ideò hoc fuit hic:quia ſic datus,
fuit articulus, & ſe aſtrinxit ad probãdum. ſuper hoc
autem non depoſuerunt teſtes, ſed ſuper eo tantum,
quod fuerat excommunicatus, & ideo non ualuerūt
depoſitiones tanquam non iuratorū, ſupra de teſti.c.
de teſtibus, ſecundum Inno.dicit Hoſti. ꝙ melior eſt
ratio, quod licet deponant iurati, non probãt totum
articulum, ſed partem.cum enim duo uellent proba-
re excommunicationem & tempus, depoſuerunt de
primo,non de ſecundo. poſt illud dictum dicebat In-
no.melius eſſe dicere,ꝙ hic excommunicatio nō fuit
probata,cum non fuerit probatum iſtum fautorem,
vel nominatim excommunicatum:nec confeſsio ſua
ſibi nocuit:quia nec hoc confeſſus fuit.& dicit ſatis eſ
ſe excipienti de excommunicatione probare aduerſa
rium aliquãdo fuiſſe excommunicatum, niſi probet
ille ſe abſolutum. & hoc uerum in ſententia pura, uel
de qua conſtat,ꝙ ligauit.hoc dicit,quia ſi quis probet
excommunicationem latam in aduerſarium, niſi in-
tra certum tempus ſolueret.10.lib.uel ſub alia condi-
tione,non ſufficit probare ſententiam,niſi etiam pro
bet,ꝙ non ſoluerit, uel quod euenerit conditio.& ſit
ratio: quia primo caſu conſtat illum excommunica-
tum fuiſſe per ſententiam purè latam.Sed in ſecundo
non conſtat illum ligatum,niſi probetur ſententia, &
conditio.& de hoc,ſupra de accuſa.ſuper his,ſecundū
a Inno.in glo.ad excipiendum,[a] uer.quid ſi [*& ibi.§.ſex*
*ta*]uerum dicit hæc glo.licet quidam eam habeãt pro
cancellata,communiter. G.in additionibus tenuit cō
9 trarium per decre.pia.¶*In glo.2.ibi,adhuc*]ſicut†ſufficit
probare quem ſemel fuiſſe hæredem,ut adhuc habea
tur pro hærede.ff.de mino.ait prætor,aliàs,& ſi ſine §.
reſtitutus,& §.ſequē.in fi.idem in dominio.C.de pro-
ba.ſiue[*& ibi,abſolutionis*]ſupra de ſimo.ex diligenti.in
fin.& facit quod no.de offic.dele.cum in iure,& eſt ex
preſſum,infra de ſent.ex. ſicut. ¶*In glo.ulti.ibi,in præſen-*
*tia*]de hoc,eo.tit.ſi aliquando. Et expeditur per clem.
10 eo.ti.ſi ſummus pontifex[*& in fi.*]dixit†Inno.quoſdã,
dicere, quod ex quo quis communiter habetur pro
abſoluto maxime ab excommunicatore, ſine aliqua
probatione hoc ſufficit, & licitè cum tali communi-
cetur,licet conſtet illum fuiſſe aliquando excommu
nicatum,niſi probetur adhuc excommunicatus eſſe.
Dicit Hoſt.quod non occurrit ſibi aliqua ſpecies pro
bandi excommunicationem continuam.ſufficiat er-
go probare illum excommunicatum fuiſſe,vt in ſupe
rioribus dictum eſt. uerum quia homines negligētes
ſunt in literis abſolutionis petendis,& quia etiam ha-
bitę quandoq; facilè perduntur,de æquitate dici poſ-
ſet



d ſet illa opinio[d] vera in facto antiquo.In recenti vero
locum habeat contraria. ad hoc infra de conceſſio.
præbendæ.quia cunctis.§.j.in fi.& quod dixi,ſ.de præ
ſum.illud.ad fi.vel dicam illam opi. & ſui rationem
veram quo ad hoc, vt excuſet participantes.ad hoc.
ff.de offi.præ.Barbarius.ff.ad Mace.l.iii.j. rñ.ipſum tñ
excommunicatum non excuſabit, ſi aliquid petat,
vel lucrari intendat.immo omnino ſibi obſtabit ex
ceptio,niſi aliud probet, licet ſit factum antiquum.
& imputet ſibi,ſi literas vel inſtrumentum abſolutio
nis nō habuit,vel habuit,ſed illas amiſit.faciat,quod
alle.j.glo.nam generaliter cuique imputatur propria
negligentia,de homici.c.ſi.de commo.c.vno.& dicit
Hoſti. quod hoc vltimum rigidius & iuſtius, tamen
proximū benignius & æquius. & ideo bonus iudex
poſſet illud in arbitratu ſuo præferre.ad hoc de tran
ſact.c.ſi.& dicit addendam,quod no.j.de eo, qui fur.
ordi.recepe.c.fina.

ADDITIONES.

a ¶Exaudiendam.Vnde & illud.iuſta petentibus non eſt denegãdus
aſſenſus.l.iuſtum.C.de eden.& ibi no.
b ¶Et iuſtum eſt.Immo cauſa petendi aduocatum licitum eſt pete-
re dilationem,& ſi aduocatus ſe abſentat donec redierit.l.ait præ
tor.& ibi.ff.ex qui.cau.ma.Ang.Alb.
c ¶Non ſufficit.Ad iſta facit quod no.Bar.& ibi omnes.in l. non ſo
lum.§.ſed vt probari ff.de ope.no.nun.
d ¶Poſſet illa opinio.Adde in hoc caſu Abba. in cap. ſupra de eo,
qui fur. ord ſuſce.

*SVMMARIVM.*

1 *Irregularis non eſt celebrando, qui probabiliter ignorat ſe ſu-*
*ſpenſum.*
2 *Scientia qui allegat,illam probat.*
3 *Ignorantia,error & titubatio differunt.*
4 *Poſſeſſio poteſt ignoranti acquiri.*
5 *Ignorantiæ probabilis effectus duo.*
6 *Obligatio non diſſoluitur per pactum de non petendo.*
7 *Soluens ignorans quando liberatur.*
8 *Poſſidere quando quis deſinit.*
9 *Ignorans quando non incurrit pœnam.*
10 *Occultus omnino & non occultus omnino differunt.*
11 *Errare probabiliter vt quis dicatur, quod requiratur.*

## CAP. IX.

APoſtolicæ. Caſus. † Qui probabi
liter ignorat ſe ſuſpen
ſum celebrando,irregularis non eſt.[*Su-*
*ſpenſionis*]ab officio.Innocen.[ *Ignari* ] vt
2 dicitis, & †qui ſcientiam allegat illam probet. ff. de
proba.verius.Nec ob.de ele.innotuit. dic enim vt ibi
Hoſtien.& j.de reg.iu.præſumitur.lib.vj.& dic ignari
ignorantia facti ſecundum Innocen. [*Supina*] dicit
3 hic Vin.& Goſ.ꝙ†differunt[a] ignorantia,error & titu
a batio. Quia ignorantia eſt neſcire, quod ſciri debet.
37.di.§.vlti.Errare eſt aliud pro alio putare.38.diſtin.
quamuis.& ꝙ hic fuit diuerſa,patet ex eo,quod dicit
4 lex.ſi†poſſeſſio poteſt ignoranti acquiri, ergo & errã
ti.ff.de acquiren.poſ.ſi me.Titubari eſt, cum quis in
ter duo eſt, & neſcit ad quid declinet. & vide in
hoc ſimile,quod dixi,de teſti.cog. præterea. [ *Indulge-*
*mus*]hoc fecit Papa, ne impediretur ordinatio Prag.
eccleſiæ,propter quam venerat,vt in decre.apoſtoli-
5 cæ.quæ pars eſt huius,vt dicit.j.gl.¶Secunda gl.†prę
mittit duos effectus probabilis ignorantiæ, & remit.
ſecundo tractat, an abſens & ignorans excommuni
cari poſſit, & ſuſpendi. & quid de his quæ interim
agit, alleg. pro & contra.ſoluit, demum format tres
quæſtiones, & illas ſoluit & tertiam diſtinguendo.
6 ¶In gl.ij.ibi.[*§.pręterea*]ſi†creditor debitori fecit pa-
ctum,ꝙ ab illo non petet, obligatio per hoc nō di
ſoluitur, tamen contra creditorem agentem ſe de
fendet per exceptionem pacti conuenti.Et ibi [*igna-*
*rus*] loquitur de ſeruo abſente præpoſito calendario
qui teſtamēto domini manumiſſus & hæres ex par-
te inſtitutus hoc ignorans pecunias domini exegit,
7 aut credidit,†ſoluēs enim liberatur,in creditis diſtin
guitur.& ibi[ *ſi mandaſſet*]ſi mandaui per te fundum
emi,poſtea ſcripſi ne emeres, & tu antequam ſcires
b vetitum emiſti, teneor mandati. [b] & ibi[ *per literas* ]
an ſtatim velit eum eſſe liberum,an cum literas rece
8 pit.hęc.l.qui abſenti.cum.l.ſeq.dicit,quod †poſſidere
deſinit,qui ea mente poſſeſſionem tradit, vt ſibi po
ſtea reſtituatur.& ibi[*l.vlti.*] loquitur de conſtitutio-
9 ne municipij† cuius pœnam non incurrit ignorãs.
¶In gloſſa.ij.ibi[*apoſtolus*]i.ad Thymo.i.c.& ibi[*c.j.*]
quod etiam facit contra.dic vt in vltima gloſſa.& ibi
[*de manifeſta*]vbi etiam no. an abſens poſſit abſolui.
10 & ibi[*vel ſuſpenſum*]dicit Hoſtiē.diſtinguit† inter om-
nino occultum, & inter omnino non occultum.
omnino occultus,qui nec conuinci poteſt, nec re-
mordet illum conſcientia,nec alia, quia de ſenten-
tia nil eſt auditum, excuſatus eſt in iudicio & extra
quantum ad illa,quę de ipſo fiunt,vel quæ ipſe facit
per prima iura, idem ſi poſſit conuinci. tamen non
eſt publice lata ſententia, nec ipſe denunciatus, niſi
talis ſit actus,quod nullo modo cadat in excommu
nicatum,vel ſuſpenſum.ſicut eligere,eligi,ſacramen
ta conferre,vel recipere.vel ſpiritualia tractare. j. c.j.
quandoque tamen conceduntur extraiudicialia &
iudicialia denegantur,de ſententia excommu.ſolet.
libro.vj.ſi non eſt omnino occultus,quia poteſt con
uinci,tamen non eſt lata ſententia, vel publice nun
ciatus, tunc poteſt allegari probabilis ignorantia, ſi
tamen ipſe hoc ſcit, reus eſt quo ad Deum, vt patet
in eo, quod legitur & no. de cohabitatione clerico.
c.ſi.de ſenten.excomm.a nobis.ij.& ibi[ *poſt mortem*]
dummodo ſigna contritionis apparuerint in illo de
peccato, pro quo fuit excõmunicatus, nec aliter
debuit excommunicari,xi.q.iii.nemo.& ibi[*quod ſic*]
j.de ſenten.excommu. cum non ab homine. & dic
vt ibi.& ibi[§.j.]ad hoc j.de conceſ.præben.c.j. §. ex
parte.lib.vj.& ibi,l.vlti.de conſtitutio.c.ij.lib.vj. & ibi
[ *executionem*] quo ad illos, quos reddit probabilis
ignorantia excuſatos, ſed quantum in ſe eſt, bene
quando eſt pura.ſine poſſit appellari, & ſic loquitur
contrarium.& in fi.de hoc ij..q.v. quãto.dicebat Phi.
11 ꝙ†vt probabiliter quis dicatur errare, non requirit,
c ꝙ nimis ſit diligens[c] & curioſus in inquirendo,ſed ꝙ
in inquirendo non ſit nimis diſſolutus & negligens,
ff.de iu.& fac.igno.l.nec ſupina.

ADDITIONES.

a ¶Quod differunt.Bonam gl.vide in rubrica.ff.de iu.& fac.igno.&
ibi no.& ſimilem in l.de ſtatu.ff.de teſta, & Bar. in l. admonendi,
in iiii.col.ff.de iureiu.
b ¶Teneor mandati.Hoc fallit in procuratore conſtituto ad matri-
monium,qui ignoranter reuocaretur.c.ſi.de procu.in vj.
c ¶Quod nimis ſit diligens.De errore,de caſu,ignorantia & culpis
vide Io.de Blanoſco, inſti. de act.in ij.carta.in rubrica de culpis
de qua facit mentionē Bar.in l.quod Nerua.ff.depo.facit,quod di
cit Ab.in c.j.in primo no. infra ti.ij. vbi aſſertio bonorum virorū
facit probabile dubium.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio minor contrahitur ex participio excommu-*
*nicati in crimine.*
2 *Mitius agitur cum lege,quam cum homine.*
*Irregularitatem incurrunt celebrando a iure ſuſpenſi.*
3 *Excommunicatum maiori a iudice,vel canone irregularem ſi*
*celebrat.*
4 *Simoniaci & notorij fornicatores an ſuſpenſi ſint ab officio.*
*Suſpenſi*

*Suſpenſi quo ad Deum tamen propter peccatum non fiunt irregulares celebrando.*
*Irregularem iudicare non debemus, niſi vbi ius id exprimit.*
*Separatio a ſacramentis quomodo inducatur.*
*Peccata venialia dicuntur leuia.*
*Irregularitatem minorem quem incurrere propter peccatum.*
*Communicare excommunicato eſt mortale.*
*Veritati ſunt contraria indignitas, peccatum, mendacium & transgreßio.*
5 *Irrita quæ nuncianda.*
*Sponſum qui habet amicus eſt ſponſi.*
6 *Excommunicatus minori an poßit celebrare pro defunctis.*
*Gl. ſuffragium, additio.*
*Excommunicatus minori & maiori celebrando æqualiter non peccat.*
10 *Eligi qui non poßit ad dignitatem, vel ſimplicem clericatum.*

## CAP. X.

SI celebrat. Gregoriana eſt, & ſe ſummat, habens. v. di-
cta. ſecundum ibi, nec eligere. iij. ibi, vel
ea. iiij. ibi, ſi tamen, cuius dicti rationem
ſubmittit ibi, pro eo. v. ibi, peccat. cuius dicti ſubmit-
tit rationem ibi, cum non, & determinationem ibi,
1 dummodo. [*Minori*] quę †contrahitur ex participio
excommunicati, non in crimine, de ſen. ex. nuper.
Gof. Vin. nec in diuinis ſecundum Phi. per dec. ſigni
ficauit, de ſen. ex. dic, vt ibi dicam. [*Legatus*] idem vide
tur de notorio fornicatore, & ſimoniaco, & omnib.
aliis a iure ſuſpenſis, cum iſti communicantes excō
municato ſint a iure ſuſpēſi. xi. q. iii. cum excommu
nicato. & c. ſequen. & vbi eadem ratio, ſit idem ius. ſ.
de conſangui. tua. Secus in ſuſpenſis ab homine. illi
enim celebrando ſunt irregulares. xi. q. iii. ſi quis preſ
byter, & c. ſeq. ſecundum Inn. al. Ho. ſ. c. ij. & c. latores.
& c. poſtulaſtis. & poteſt eſſe ratio huius diuerſitatis,
quia plus contemnere videtur, qui facit contra legē
animatam, quam qui facit contra inanimatam. ve-
niendo enim cōtra iudicis præceptum, legem & iu-
uicem offendit. contra præceptum legis, legem ſolā.
2 & †ex hoc dicitur mitius agi cum l. & c. ff. de arb. l. Cel
ſus. ff. de compē. ſi cum militi, & quod viua vox &c.
in Aucten. de inſtrumen. cau. §. ſi vero tale. colla. vj.
& de conſuli. in fine. col. iij. Alij dicunt communi-
cantes excommunicatis promotos per ſaltum, de
quibus. j. ti. ij. & his ſimiles non eſſe ſuſpenſos a iure,
ſed ſuſpendendos, & quod principaliter a Deo prohi
bentur vti ſuo officio, & ab eo tantum ſunt ſuſpenſi,
& quoad ſe propter peccatum, & non a canone, niſi
per approbationem, quod patet, quia quando pœni-
tere volunt, abſoluuntur a ſacerdote proprio tamen
& poſſunt poſtea celebra. j. de ſen. excommu. nuper.
quod placet Innoc. & Hoſtien. quia ſi a iure ſuſpenſi
eſſent, irregularitatem incurrerent celebrando. j. de
re iudi. c. j. lib. vj. & vide quod ibi dicam ſuper ver. in-
uoluet. & de ſenten. excommuni. ca. j. lib. vj. remittit
etiam Inno. ad no. de co. cle. ſicut. & breuiter dicen-
3 dum videtur, omnem † excommunicatum maiori
a iudice, vel canone irregularem, ſi celebrat. In ſu-
ſpenſis ad tempus dicunt quidam eos irregulares
non fieri, ſi celebrant. Alij contra, quod videtur ve-
rius ſecundum Inno. arg. ij. q. v. presbyter. de reſcrip.
dilectus. j. de excep. apoſtolicæ. & hoc intelligas in
ſuſpēſis propter crimen aliquod, ſecus, ſi propter de
fectum, vel infamiam, vt dicam infra. item de ſu-
ſpenſis ab officio a iudice, vel canone quo ad ſe, &
alios, ſecus de ſuſpenſis a beneficio. ſ. de elect. cum in
cunctis. §. clerici, de conceſ. præbend. quia diuerſi-
tatem. vide quod dixi, de cleri. peregrin. c. j. in gloſſa.
4 [*Probatione*] cum † igitur ſimoniaci, & notorii forni
catores ſuſpenſi ſint ab officio, etiam quo ad alios, &
propter crimen, licet a canone. xxxii. diſtin. §. verum,
reſtat ſecundum Hoſtien. quòd ſi celebrant, incur-
runt irregularitatem, & etiam poſt pęnitētiam non
debent celebrare, donec cum illis per ſe. apo. diſpen-
ſetur. ſupra de bigamis. c. quia circa, & de hoc ſupra,
de ſimo. tanta. Alii dicunt contra, ſecundum Inno-
cen. quòd ſcilicet fornicator notorius principaliter
ſuſpenſus eſt a Deo, licet per canones aliquid ſit ad-
ditum in odium criminis quo ad ipſorum euitatio-
nem. ſupra de cohabi. cleric. veſtra, cum ſimilibus. &
dicunt, quòd quamcito pœnitet, eſt audiendum ip-
ſius officium, nec ob. de cleri. coniu. ſane, quod intel
ligit de occulto, vel vt ibi dixi. Suſpenſi vero quo ad
Deum tantum propter peccatum, & ſi peccent cele-
brando, non fiunt irregulares, niſi ſecundum Hoſt.
in his caſibus, quibus executio poſt pœnitentiam
impeditur, qui nota. de renunc. niſi. §. propter con-
ſcientiam. illi vero, quos canon ſuſpendit non pro-
pter crimen, ſed propter defectum, vt illegitimi, &
corpore vitiati, non incurrunt irregularitatem cele-
brando, quod patet per ſtilum curiæ, quia quando
ſuper defectu diſpenſat cum talibus, de irregularita-
te mentionem non facit. lvi. diſt. apoſtolica, & c. Cę-
nomacenſem. ſupra de fili. presby. veniens, & ca. per-
uenit, & quaſi per totum. Idem in ſuſpenſis a canone
propter infamiam, ſicut hi, quorum crimina ſunt
notoria, qui propter ſcandalum, & per infamiam
etiam poſt pęnitētiam prohibentur celebrare, de cō
habita. cle. c. fin. ſecundum Innoc. & melius ſecun-
dum Hoſt. facit de homic. ex literis. iſti enim non in
currunt irregularitatē, ſicut nec ſuſpenſi a confeſſori
bus, de qua ſuſpenſione. xxvi. q. v. & vi. per totum. no
enim debemus quem iudicare irregularem, niſi vbi
ius exprimit ſecundum Innocen. & Hoſtien. & eſt
expreſſum. j. de ſen. ex. is qui. in fi. li. vj. hanc autem gl.
& ipſius materiam vide in Spe. de leg. in trac. diſpen-
ſationis. §. iuxta propoſitiones. ver. item no. ꝙ ſuſpen-
ſus, cum ſequentibus. [*Grauiter.*] i. enormiter. ſecundū
Goffre. ſecundum quem nedum excommunicatio,
ſed etiam ea quæ ſunt digna excommunicatione, ſe
parant a ſacramentis, de conſ. diſt. ii. ſi non ſunt, ſed
communicare excommunicato dignum eſt excō
municatione. ſ. eo. c. ii. Idem Abb. ea ratione, quia ve
nialia dicuntur leuia. xxv. di. §. criminis. rationē Gof.
reprobat hic Pe. quia non verum, ꝙ propter cōionē
excommunicetur maiori, ſed propter contumaciā,
quia ſcilicet monitus non deſiſtit [*nullius*] ratio patet
j. de ſen. ex. is qui. in fi. j. rñ. li. vj. & eſt hoc ꝯ Pe. qui dice
bat eum minorem irregularitatem incurrere pro-
pter peccatum. fatetur tamen, quod illa irregularitas
per pęnitētiam aboletur. [*Notam*] idē verbū. ſ. de ſor
til. c. fin. [*Irregularitatis*] de iſtius verbi diffinitione re-
miſi ad Spe. ſ. c. ii. [*Incurrit.*] ſ. de homici. petitio. not.
[*nec eligere*] per hoc infert Innocen. & Hoſtien. quòd
non ſint ſuſpenſi a iure, vt ceſſent contraria, q̄ ſignat
G. de hoc dixi. ſ. [*Iuriſdictionis*] vnde etiā abſoluit aliū
excommunicatum minori. j. de ſen. excō. duobus, li
cet quidam contra. Vincen. [*Sibi competunt*] not. ſecū-
dum eos qui dicunt communicare excommunica
to eſſe mortale, ꝙ ꝯſtitutus in mortali retinet, & exer
cet ea, quæ ſunt iuriſdictionis. de hoc. iii. q. vii. per to-
tū, maxime in §. ex his, ſm Abb. Quęrebat aūt Vinc.
hoc quare criminoſus toleratus non repellitur a
iudicio, ſed repellitur a teſtimonio, & dicebat, quòd
eſt ratio, quia indignitas, peccatum, mendacium,
& transgreſſio ſunt contraria veritati, nec præſumi-
tur verum dicere, qui peccat in Deum. ſecunda
quęſtione ſeptima. non poteſt, vel verius, quia
maius



maius periculum eſt in teſte, cuius grauamen non re-
leuatur per appellatione, ſicut grauamen iudicis. ff.
apud eum, a quo appella. l. prima, remiſſiones de hoc
dedi, ſupra de teſtibus. teſtimonium. [*Irritanda.*] immo
5 †irrita nuncianda, ex quo perſona indigna ſecundum
Hoſtien. dicit Innocen. quod quidam dicunt irritan-
dam, niſi pœnituerit, ſaltem tempore, quo petitur
caſſatio, vel melius ante electionem, quia ſi poſt, præ-
ſumitur pœnitentia ficta, ſupra de electionibus, du-
dum, ſecundo, ſibi placet, quod licet pœnituerit, non
poſſit eligi, niſi prius abſoluatur. j. de ſenten. excom. nu
per, propter ſententiam iuris, quia priuatus eſt commu
nione. abſolutio vero fit ſine iuramento, vt in pręce.
dec. nuper. & ſufficit ſecundum Pet. quòd ſacerdos cu-
ratus illius intra, vel extra eccleſiam dicat, Ego te abſol
uo, vel reſtituo te ad ſacramentorum perceptionem,
vel do tibi licentiam, vt poſſis audire diuina, & percipe-
re ſacramenta, vel communicare ſacramentis, ſecun-
dum Pet. in criminoſis no. ſecundum Innocen. qui nō
a iure poſitiuo, ſed a Deo priuati ſunt ſacramentis, lo-
cum habeat, quòd acta pœnitentia poſſint eligi ſine
alia abſolutione. & idem ſecundum quoſdam pœni-
tentia non acta, quo ad hoc, vt poſtea illa peracta licite
teneant dignitatem, quod negat hic Pe. etiam ſi pecca
tum fuerit occultum, cum principium fuerit vitioſum,
eſt ergo neceſſaria diſpenſatio, ſupra capitulo poſtula-
ſti. Putat autem epiſcopum diſpenſare poſſe, alle. de iu-
di. at ſi clerici. de ſententia excommunicationis, nuper.
infra de eo, qui furtiue ordines re. capitulo primo, vlti.
dicit Innocen. plus ſibi placere iſtos a iure non ſuſpē-
ſos. dixit Inn. in addi. alios dicere, & videtur melius,
quod ſiue ſit bonus, ſiue malus, etiam hæreticus, vel ex
communicatus ab eccleſia toleratur per electionem,
& confirmationem, etiam ſi fiat a peccatoribus, vel hæ
reticis, vel excommunicatis toleratis bene contrahitur
inter hos matrimonium ſpirituale, donec ſeparentur
paleæ a granis, ad hoc de conſecratio. diſtinct. quarta,
cum baptizat, iſte tamen non eſt ſponſus niſi miniſte-
rio. verus enim ſponſus, & vniuerſalis eccleſiæ, & ſpecia
lium eccleſiarum, & cuiuslibet animæ eſt ſolus Chri-
ſtus, vnde apoſtolus, deſpondi vos vni viro virginē exhi
bere Chriſto. xxvj. diſtinctio. acutius. & in pſalmo, tan-
quam ſponſus procedens de thalamo ſuo. & in euan-
gelio, Qui ſponſam habet, amicus ſponſi eſt, &c. Item
iſte miniſterialis ſponſus nō generat filios, niſi in mini
ſterio. vnde apoſtolus. Ego plantaui &c. de conſecratio.
diſtinctione quarta, aliud. in fine. ſecūda quæſtione pri-
ma, ſi fuerit, & capitulo multi. Item baptizat ſeruus &c.
& non horreat columba miniſterium malorum, de
conſecratione diſtinctione quarta, baptiſmus, xxxij. di-
ſtinctione. §. nerui. nec eſt contra, quod no. de electiōn.
conſiderauimus, & capitulo auditis, ſcilicet quod nulla
eſt electio facta ſcienter de indigno. illud enim eſt de
iure poſitiuo, vt ſcilicet tali electione non obſtante te-
neat electio facta per alios. dicit tamen Innocen. quòd
tenet de iure nāli, & ſi per ſuperiorem confirmetur,
erit verus prælatus in miniſterio, & tenebunt, quæ fece
a rit in ſpiritualibus, vel temporalibus.[a] dicit tamen
etiam poſt talem confirmationem tenere electionem
factam per alios, qui non peccauerunt, & ad quos erat
deuoluta poteſtas, vt dicam poſt eum, de exceſſibus prę
latorum, inter. Si tamen ſuperior confirmet hanc ele-
ctionem, non vocato confirmato, cuius electio non
tenebat, non valebit confirmatio, quæ licet ſine cauſæ
cognitione fieri poſſit, vbi nullus eſt contradictor, vel
poſſeſſor, vel confirmatus, vbi tamen aliquod iſtorum
interuenit, ſecus de electionib. tranſmiſſam, & capitulo
dudum, ſecundo. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fina.
Idem forſan, ſi alius ſolummodo eſt electus, dic vt de
b electionibus, capitulo vltimo,[b] libro ſexto, ſalua citatio
ne iuris, de qua, eodem titulo, capitulo primo. Ratio au
tem diuerſitatis, quare licet electoribus, quod confir-
matori non licet, eſt, quia primi cenſentur iure priua-
to, ſecundi publico, ſcilicet vice iudicis. facit quod di-
cam, infra de ſententia excommunicationis, ſi vere. in
glo. hic patet, in fine. [*Peccat.*] quia non repetit [*grauiter.*] putant Glo. & Abb. & Petrus eum leuiter, & venia-
liter peccare propter rationem, quę ſequitur. [*Virtutis.*]
ideſt gratiæ, & executionis. habebit enim ordinatus ab
illo executionem ſecundum Innocen. & Hoſtien. Di-
6 cit †autem hic Abb. per hoc ſolui quæſtionem, an ex-
communicatus minori celebrare poſſit pro defunctis,
ita, quòd eis proſit oblatio. & mouet dubium, quia cum
is, qui diſplicet &c. tertia quæſtione ſeptima, indicet.
xlix. diſtinctio. §. primo, ſed verum eſt, quòd prodeſt, vt
hic. & contrarium loquitur de intercedente pro illo,
qui diſplicet, ideſt qui damnatus eſt. [*Collationem*] cōtra,
ex quo ſuſpenſus eſt a participatione, ergo & a collatio-
ne, cum ſibi non liceat ſacra contingere, lxxxj. diſtincti.
cos, & capitulo miniſter, & capitulo oportet, & maxi-
me hoc in collatione ordinum, quæ fieri non debet ſi-
ne miſſa. lxxv. diſtinctio. capitulo primo, tertio, & quar
to. Solu. dicunt quidam, quòd licet peccet in eo, quòd
miſſam celebrat, non peccat in eo, quòd ſacramentum
confert. Dicit Innocen. quòd peccat conferendo ſacra
menta, vt hic prima quæſtione prima, omnia. xcv. di-
ſtinctio. illud, exceptis expreſſis a iure; vt eſt baptiſmus.
de hoc, infra titulo primo, capitulo primo, ſed ſubditi
non prohibētur illa ab ipſo recipere, & ſic non prohi-
betur a collatione quo ad ſubditos, ſed participando,
& percipiendo ſe commaculat. Hoſtien. dicit, quòd
conferens non participat, quia non confert princi-
paliter ad ſuam, ſed ad aliorum vtilitatem. Qui vero
ad ſui vtilitatem illa recipit, proprie participat, ideſt par
tem capit. prohibetur ergo a perceptione, quæ ſuam vti
litatem reſpicit, non a collatione, quæ vtilitatem
reſpicit aliorum, argumento. ff. de dolo. lege prima,
de collu. capitulo primo, de his, quę fiunt a maiori par
te capituli, quæſiuit. [*Anathemate.*] ideſt maiori excom-
municatione, vide quod dixi, de iudi. cum non ab ho-
mine, ſuper verſicu. anathematis. [*Feriendus,*] per ſenten
7 tiam. Innocen. ¶ †Gl. tertia ſignat contrarium, ſoluit,
ex ſolutione infert quæſtionem rationis, cui reſpon-
det, cui reſponſioni opponit, & ſoluit. ¶ Glo. ſed quid
quærit, & ſoluit, ſecundo quærit, & arguit. ¶ Penulti-
ma glo ponit tres lecturas illius verſiculi, dummodo.
8 ¶ In glo. † hæc eſt. [*ibi, qui teſtamentum.*] ſi teſtator ei, qui
vltra certam quantitatem capere non poterat, licitam
quantitatem legat, & vltra, dicens ſe maiorem ſum-
mam ſibi debere, illam reddi iubet, pręſumetur di-
ctum in fraudem, nec debebitur, niſi probet illam
debitam. Idem in eo, qui rogauit palam, & tacite
vel tacite tantum, vt in lege ſequenti. ¶ In gloſſa
9 †ſecunda. [*ibi, maior.*] licet enim excommunicatus
maiori, & minori ſint excluſi a celebrando: ta-
men celebrando non peccant æqualiter. & idem in ſu
ſpenſo, excommunicato minori ſecundum Goffre.
¶ In gloſſa tertia. [*ibi, mortali.*] forte putat glo. Innocen.
Hoſtien. ponendo hæc verba in ſuis primis glo. com-
municantem excommunicato pecccare mortaliter.
de hoc dixi, quod metus cauſa, ſacris, in vltima quæſtio
ne. ¶ In gloſſa minor. [*ibi, iuriſdictione.*] Idem videtur ſe-
cundum Hoſtien. ſi ſit ſuſpenſus ab officio tantum, vel
beneficio tantum, quando iuriſdictio ſpiritualis, vel
c temporalis eſſet ſequela illius, a quo ſuſpenſus eſt. dice-
bat hic Vincen. quot ſunt res, vel cauſæ, tot poſſunt eſ-
ſe ſuſpenſiones, vt ab ingreſſu eccleſiæ, ab officio, a iu-
riſdictione, a beneficio, & ſimilibus. vide ſatis de hoc in
clementina de pœnis, cupientes, in glo. nota. nouam.
¶ In gloſſa, ſed quid. [*ibi, non credo.*] idem Hoſtien. &
10 Abb. ¶ In gloſſa hæc eſt. [*ibi, non poteſt.*] vnde nec † ad di-
gnitatem, nec ad ſimplicem clericatum eligi poterit
ſecundum Innocen. Sit ergo cautus eligendus, vt pri-
mo confiteatur, & abſolutionem obtineat ſecundum

Petrum.dicit tamen,quòd cum promoto ante abſolu-
tionem diſpenſabit epiſcopus, ex quo eſt occultum,
immo nec propter occultum poſſet & eum remoue-
re,de temporibus ordinadis,ex tenore,& capitulo fina.
¶ In gloſſa penultima. [*ibi, quidam.*] Innocen. ſcilicet
poſt cuius apparatum fuit hęc gloſſa.[*Et ibi, ſuſpenden-
do.*]iſtud tamen non liceret hodie inferioribus a papa,
niſi ſeruata forma decre.de ſententia excommunica-
tionis,& capitulo conſtitutionem.lib.vj. vt eodem lib.
& eodem ti.ſtatutum.

ADDITIONES.

a ¶Temporalibus.Vide Ioannem Andre.in capitulo,quod ſicut.de ele. poſt glo.

b ¶Capitulo vltimo.Vbi vide plenius Ioannem Andr. & eodem titulo, auaritiæ.

c ¶Quo.Vide de hoc plenius in capitulo cum dilectus.de conſuetu. per glo.Ioan.And.

## ¶ De non ordinato miniſtrante. Rubrica.

¶ Viſo de ordinatis, qui poſt interdictum celebrant, videndum eſt de non ordinatis, qui celebrant, vel officium ordinis,quem non habent,exercent.

*SVMMARIVM.*

1 *Non ordinatus miniſtrans quo caſu pœnæ ſubiaceat huius decretalis.*

2 *Falſi tenetur qui ſe ingerit pro ea perſona,quam nō habet,& quo caſu.*

*Inſignijs alienis vtens leg.Corne.de falſis tenetur.*

*De eccleſia abijci quis qualiter intelligatur.*

3 *Additio gloſſarum.*

### CAP. PRIMVM.

1 SI quis. Clericus.Hoſtiē.†[*Ordinatus.*] vt ſi acolytus
vſurpet officium ſubdiaconi, ſubdiaconus diaconi, & ſic de ſingulis,
non tamen habet hoc locum, quando acolitus vel alius non in ſolenni apparatu dicit epiſtolam, ſi-
cut fit tota die ſecundum Hoſtien. & de hoc, ſupra de
vita,& honeſtate clericorum,vt quiſque.[*Temeritatem.*]
2 quinimmo & falſitatem,nam ſi quis† ſe ingerit pro mi
lite,cum non ſit,& vtitur illius inſignijs, tenetur lege
Cornelia,de falſis, & eſt pro commiſſi qualitate gra-
uiſſime puniendus,ff.ad legem Corneliam de falſis.l.
eos qui.§.fina. ſecundum quem non excuſat conſue-
tudo contraria,ſupra de conſuetudine, quanto. [*Abij-
ciatur.*] per excommunicationem,niſi ſe correxerit, vel
per beneficij priuationē,ſeu depoſitionem, argumen.
ſupra titulo primo,capitulo tertio,& capitulo illud, in
fine,& capitulo fraternitati, niſi papa diſpenſet, quod
dic, vt infra capitulo primo, ſecundum Hoſtien. ¶ In
3 †glo.prima.[*ibi,licitum.*]ita,ꝙ ex eo meretur,non deme
retur ſecundum Tan.

*SVMMARIVM.*

1 *Diaconus miſſam celebrans quid pęnę patiatur.*

*In non ordinati miniſtrantis diſpenſatione quæ clauſula ex ſtylo curiæ ponatur,cum eo quis diſpenſet,nu.6.*

*Pœnitentiæ pars pacta ſufficit ad conſecutionem eius, quod pacta pœnitentia conceditur,vel concedi mandatur.*

2 *Ad curam & diligentem medicus ſpiritualis tenetur, & carnalis.*

3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.4.*

*Furem quis,ſi nouit,tenetur indicare,ſi celat,tenetur.*

5 *Additio gloſſarum.*

### CAP. II.

1 EX literis. Caſus.†Diaconus miſſam celebrans ad ſacerdotium
non promouetur, ad tempus a diaconatu ſuſpenditur,ſed in beneficio cum eo pote-
terit diſpenſari.Communis diuiſ.ſecunda ibi, Conſul-
tationis.[*Triennio.*]habet communis ſtylus curiæ hanc
clauſulam, cum eo ad tempus iuxta arbitrium tuum
ſuſpenſio diſpenſes.per quod dicit Hoſtien. quòd plus,
vel minus temporis poterit epiſcopus arbitrari, quo
tempore lapſo, & acta pœnitentia, vel ipſius parte di-
ſpenſabit,de temporibus ordinan.ex tenore,infra titu-
lo ſecundo,capitulo fina.[*Suſpenſus.*]ſic ſupra titulo pri
mo,latores.[*Beneficio.*]quod obtinet,vt innuunt ſequen
2 tia,vt dicit Hoſtien.[*Curam.*]no. Hoſtien. quòd † medi-
cus ſpiritualis tenetur ad curam,& ad diligentem, nec
mirum,quia tenetur etiam carnalis,de homci.tua nos.
de ætate & qualitate, ad aures.[*Regularem,*] infra titulo
ſecundo,pet totum.¶ Secunda glo.reſpon.per quæſtio-
nem,an conficeret.¶ Penultima glo. quærit, & ſoluit.
4 ¶ In†gl.tertia. [*in fine.*]qui furem nouit,indicet vel nō,
5 non tenetur,ſed ſi celat,tenetur.¶ In †glo.ſecunda.[*ibi,
quod autem.*]& de conſecratio.diſtinctio.prima, capitu-
lo primo,ad finem.Lau.& quid dixit hic Goffre.ibi, vi
de ſuper prima gl.¶ In gl. fine.[*ibi, diſpenſatione.*]papali,
vt dicam in glo.penultima.¶ In glo.ſic.l. diſtinctio. [*in
fine.*]T.ſupra de cleri. pugnan.in duelo, Henricus. per
quæ iura dixit hic Innocen. quòd quaſi ſemper in be-
neficijs diſpenſare licet epiſcopis. ¶ In glo. penultima,
6 [*ibi,non †credo.*]idem Hoſtien.& Goffre.in Specu. de le-
ga.§.nunc de epiſcoporum, verſicu. xviij. quia ſi cum
ordinato,qui ſuſpenſus celebrat,ipſe ſolus diſpenſat, er
go & cum non ordinato, qui magis peccare videtur.
& hoc in ſuſcipiendo,in ſuſcepto,& beneficio ſecus, vt
hic.Innocen.in decre.dilectus,de tempo.ordin.ſimpli-
citer dixit epiſcopum diſpenſare poſſe cum non ordi-
nato miniſtrante per hæc capitula.

## ¶ De clerico per ſaltum promoto. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*

*De promoto per ſaltum quæ iura alia,quam hæc canonica loquantur.*

1 ¶†Miniſtrat interdum non ordinatus,interdum prę-
poſtere,vel per ſaltum ordinatus,ideo &c. habetur ma
teria,lij.diſtin.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui ordinatur ignoranter per ſaltum de ſubdiacono presbyter, quid iuris,in princ. & in fine.cum eo quis diſpenſare poſſit, nu.6.& 7.*

*Ordines quomodo conferendi,ſi dubitet de alia priori eorū de collatione,numero 3.quo tempore cōferendi,numero 4.ſi ante xiiij. annum conferantur, an obligentur ad continentiam, numero 5.*

*Ordines minores an eſſent in eccleſia primitiua,nu.7.*

*Confeſſionem propalere quando quis poſſit.*

*Credendum bonis viris.*

*Pęnitentiæ impoſitæ pars peracta conceditur.*

2 *In baptizmo conferendo,ſi hæſitetur,an quis ſit alias baptizatus, qua cautela vtendum.*

3 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.4.*

5 *Profeſſus ante xiiij.annum an ſit monachus.*



### CAP. PRIMVM.

1 DVæ literæ. Caſus.† Qui igno
ranter per ſaltum de ſubdiacono fit presbyter poſt pę
nitentiam in diaconum ordinatur, & demum ſecum poterit diſpenſa-
ri in ſacerdotio. Communis diuiſ.
ij.ibi,mandamus.[*Fecit.*] ignorāter.
[*Secreto.*]vt iudici,non vt confeſſori, ne ſit contra. de
pœni.& re.omnis. niſi forſan ipſe procurator ſe publi-
caret,& confeſſorem in teſtem induceret, de ſimonia.
nemo.de adulterijs.ſignificaſti.ſecundum Hoſtien.[*Bo
ni viri.*]talibus credendum eſt,ſupra de procuratoribus.
in noſtra.Hoſtien.[*Conuerſatus.*] ſic ſupra de electionib.
poſtquam. [*Inferiores.*]ſacerdotio, alias parum iuuaret
excuſatio,ſi poſtea in prouecta ætate ſuſcepiſſet ſubdia
2 conatum.[*Peracta*]vel eius parte[*Procures.*]poterit†epi
ſcopus ratione dubij præmittere illa verba,ſi non es or
dinatus &c. & gerere in animo, & in hoc inſtruere or-
dinandum,quod ſi ille fuit al.ordinatus per orationes,
vel vnctiones nil dare, vel recipere intendant. & eſt ſi-
milis cautela de baptiſmo. capitulo ſecundo. ſecun-
3 dum Hoſtien.¶Glo †ſecunda ponit differentiam ma-
trimonij carnalis ad ordinem.ſecūdo quærit an impu
bes ordinatus &c.argumen.quod non. ſoluit contra-
rium vacillando. ¶ Vltima glo. quærit, ponit opinio
Hug. demum opinio Vincen. quam approbat.ſecun-
4 do quærit,& ſoluit.¶ † *In glo.prima, in fi.*]qualis illius,qui
proprium nomen ignorat.C.de hæredi.inſtituen.l. fin.
Goffre.¶ *In gl ſecunda ibi, non debeant.*]niſi in ætate hodie
terminata per conſtitutio.clemen. de ætate & qualita.
generalem.[*Et ibi, carnali.*]ſup.quod a tali contractum
nullum eſt,niſi &c.[*Et ibi,matrimonium.*]de hoc ſatis di-
xi ſupra de ſponſa.ruæ.[*Et ibi,annexum.*]de hoc de cleri.
5 coniuga.cum olim.[*Et ibi,ante † xiiij.annum.*]hoc tenet
hic Innocen.ſupra de tempo.ordi.vel non eſt compos.
vbi tenebat, quòd ſatis eſt ordinatum infra puberta-
tem contradicere ante pubertatem,& perſeuerare vſq;
ad finem pubertatis in contradictione, vel contradice-
re ſtatim.in fine.xiiij.anni,& illud ſtatim, intelligit ibi
Hoſtien.de triduo per decre. ad noſtram. de regulari.
Inducebat autem Innocē.rationem,quia cum expreſ-
ſe per votum continentiæ ſe non poſſit aſtringere an-
te pubertatem.xx.quæſtio.prima.capitulo primo.mul-
tominus tacite per ſuſceptionem ordinis, nec putat,
quod finita pubertate ſit neceſſe illum interrogari, ſi-
cut dicitur de ingreſſo,& no.de regularib.capitulo pri-
mo.Diuerſitatis ratio,quia ordinatus,quamuis minor,
habet characterem.de facili ergo tacite inducitur vo-
tum ordini annexum.Sed profeſſus ante xiiij. annum
non eſt monachus,& ideo requiritur expreſſus conſen
ſus,vel ratificatio æquipollens,ſed Hoſtien. non placet
ibi hęc diuerſitas, cum vtrunque & expreſſe & tacite
ratificetur,vt patet de regul.cipitulo primo.libro ſexto.
[*Et in fi.*]adde,quod ibi dixi.& de hoc prima quęſt. pri-
6 ma.pueri..¶ *In gloſſ. vltima ibi,Poteſt.*]quando hoc†facit
ignoranter.Secus ſi doloſe,& ſcienter,quia tunc ſecun-
dum Hoſtien.non diſpenſaret niſi papa, nam & men-
tem. capituli ſupra proximi, & infra proximi offendit
ſecundum eum,cum ſit idem non eſſe ordinatum, &
eſſe non debito modo.ad hoc.ſupra de tranſlatio.inter
corporalia.[*Et ibi,habuerit.*]erat tamen baptizatus,al.te-
ne,quod habes de presbyitero non baptizato, capitulo
primo & vlti.[*Et ibi,ſicut.*]vbi de hoc,& lij.diſtinctio.ſol
licitudo.[*Et ibi,vnum*]tex.ita iacet,vnum faciunt presby
terum.& electio,& confirmatio vnum faciunt epiſco-
pum.[*Et ibi Vincen.*]Petrus Hiſ.& Goffre.[*Et ibi, & ſi nul
lum.*]Innocen.hoc ſic probat,ſupra de presbyte. non ba
7 pti.capitulo primo. Tempore† apoſtolorum in primi-
tiua eccleſia non erant minores ordines,eccleſia enim
ipſos primo conſtituit. xxij. diſtinctio.§. primo, & ta-
men ipſi apoſtoli fuerunt ſacerdotes,eadem diſtinctio.
in nouo.& licet id teneat,dicit tamen reſponderi poſſe
eccleſiam conſtituiſſe minores ordines ante, quàm ali
quis apoſtolus ordinaretur,quod etiam illa litera ſona
re videtur.[*Et ibi, ſacerdos*] Bar. Bri. contra.lij. diſtinctio.
ſollicitudo, nec contradicit dec.ex literis, quia non lo-
quitur de ordine,ſed de executione, & hoc placet.

## ¶ De eo,qui furtiue ordines ſuſcepit. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*

*De ordines furtiue ſuſcipientibus tractetur alibi, quam hic.*

1 ¶Ordinatur quis quandoque per ſaltum, & hoc vidi-
mus,quandoque furtiue.& de hoc ſubijcit.facit ad ma
teriam.lxiij.diſtinctio.Salonitanæ.& nona quæſtio. ſe-
cunda.Lugdunen.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinem ſi quis furtiue recepit,quid iuris.*

*Cum eo quis diſpenſare poſſit,& nu.1 in fi.& 4.*

2 *Ad fidem quis non cogitur.*

*Ad religionem pari modo.*

*Voluntatis quæ ſunt a principio, ex poſtfacto ſunt neceſſitatis.*

3 *Epilogus,& additio gloſſarum.nu.4.*

### CAP. PRIMVM.

1 VEniens. Caſus.† Qui furtiue
recepit ordinem, ſi contra hoc facientes excommu-
nicatio lata erat, ſine diſpenſatione papę in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel
ad ſuperiores aſcendere nō poterit, ſed ſi excommunicatio lata non
erat,epiſcopus, & abbas poterunt diſpenſare. hoc dicit
rubrica.& huius decre.pars prima narrat factum.In ſe-
cunda ibi,vnde,ponitur reſponſio diſtinguens,& ſubdi
ſtinguens ſecundum membrum diſtinctionis ibi,ſi ve
ro.cuius ſecundi ſubdiſtinctio ibi,alioquin.[*Suſcepiſſe.*]
nunc volebat promoueri in presbyterum, quęrebatur,
an hoc fieri poſſet ſaltem ex diſpenſatione epiſcopi.
[*Ab aliquo.*] forte plures erant in eccleſia. de hoc ſupra
de officio delega.quoniam.[*Sacerdotale.*]de quo quære-
2 batur,vt dixi ſupra.[*Moneas.*]ſicut† enim quis ad fidem
non cogitur.xlv. diſtinctio. qui ſincera, ſic nec ad reli-
gionem, vel ad ſacros. Hæc enim res non eſt præcepti,
a ſed voti. xxxij. quęſtione prima, integras. [a] hęc autem
omnia,ex quo ſuſcepta ſunt,ſeruanda ſunt.xxiij.quæſt.
quinta.ad fidem.ſupra de regula.capitulo fina.de cleri.
coniuga.capitulo primo,& ſecundo.ſic in arbitrijs, &
in contractibus.ff.de arbitris.l.tertia.§.primo.C. de acti.
& obligatio.ſicut.ſecundum Hoſtien.[*Conuerſatus*]ſup.
Hoſtien.& pœnitentiam ſibi impoſitam peregit, vel
partem ipſius. puto, quòd textus caute hoc omiſerit
per id,quod habes,de pœn. diſtinctio. prima. §. his au-
ctoritatibus.& ſupra,de voto,ſcripturæ.vbi de hoc. Pro
Hoſtien.tamen facit, infra capitulo fina.[*Promoueri.*]
quaſi innuat ſecundum Hoſtien.quòd in ſuſceptis poſ
ſet epiſcopus diſpenſare. idem Abb. quod puto verum
3 de alijs prioribus,non de furtiue ſuſcepto.¶ Glo. tertia
arguit,& id approbat,& remittit, & ponit lect. in vno.
¶ Glo.quarta arguit & reprobat.¶ Vltima glo.exponit,
4 arguit,& remittit.¶ In †gl.tertia.[*ibi,lata fuit.*] dicit Ho-
ſtien.quòd cum furtiue ordinato, etiam ſi excommu-
nicatio lata non fuerit,Rom.ec.de facili non diſpenſat
niſi religionem ingrediatur.¶ In glo. vlt.[*ibi, ſequitur.*]
Idem Hoſt.

ADDITIO.

a ¶Integritas.Imo propter delictum vr ad religionis ingreſſum quis cogi,vide de conuer.coniu.gaudemus.in gl.& xxiiij.di.fratenitatis.

*SVMMARIVM.*

2 *Ordinem furtim qualiter quis recipiat, & conferenti ignoranter non imputatur, alias puniendus.*
*Cum furante ordines quis diſpenſet, nu. 4.*
*Ordines plures vna die recipere non licet.*
3 *Diſpenſatio abbatibus, & minoribus epiſcopo prælatis eſt prohibita, an capitulo etiam, remiſ.*
*Prælati minores epiſcopo tenentur referre grauiora.*
4 *Additio gloſſarum.*

## CAP. II.

CVm H. Summaui ſup. cap. proximo. & pars prima narrat factum
ſecunda diſtinguendo reſpondet. ſecundū
membrum ibi, ſi vero. [*Ordinationis cauſa.*] vt
ordinaretur a ſe. [*Recipit.*] ſimul cum illis, & eadem die.
1 receptis † enim minoribus furtiue immiſcuit ſe inter
acolytos, qui debebant ad ſubdiaconatum promoueri.
& ſecundum hoc epiſcopo ignoranti non imputatur,
aliàs, ſi ſciuiſſet, ipſe tāquàm maior eſſet grauius puniē
dus, de tempori. ordi. dilectus, de translatio. capitulo ſe-
2 cundo, ad finem. [*In hoc facto.*] quòd vna die † recipit ſub
diaconatum cum quatuor minoribus, minores enim
tantum, vel ſubdiaconatum tantum recipere licuiſſet.
Quid ſi ſolum acolytatum recepiſſet cum ſubdiacona-
tu, ſecundum Hoſtien. Eodem modo excederet, licet
non in tantum. Receptio enim plurium ordinum
ſimul intelligitur prohibita, niſi ſit permiſſa, argumen.
hic, & infra capitulo proximo. ſupra de tempo. ordi. di-
lectus. ad hoc de transla. capitulo ſecūdo. ver. ſed neque.
[*Abb.*] proprie ſecundum. T. & Vincen. licet Ala. dixe-
rit epiſcopum eſſe abbatem. ſupra de iudic. cauſam. vel
habebat iſte abbas priuilegium ordinandi monachos
ſuos, vel requiritur in diſpenſatione epiſcopi conſen-
ſus abbatis ſecundum eum, & Goffre. Dicit hic Innoc.
3 & placet Hoſtien. quod † abbatibus, & minoribus præ-
latis ab epiſcopis omni caſu diſpenſatio eſt prohibita,
vbi non apparet manifeſte permiſſa, nam grauiora te-
netur referre, de officio archi. capitulo primo, & capitu
lo ad hæc, de offi. archipresby. capitulo fina. ad hæc, in-
a fra titu. primo, accedentibus. & de iudic. at ſi clerici. [a] &
idem dixi, de poſtu. præla. capitulo vlti. ad fi. mag. glo. &
per hoc ſit reſponſum ad omnia iura, quę illos diſpen-
ſare permittunt. & de hoc in Spe. titu. ij. §. ſunt quoque.
in fi. & §. videndum. verſi. quid ſi collatio. dicit Innocē.
quoſdam dicere, quod capitulum diſpēſat, argumen. de
pręben. cum non ignores. de ſimo. ex inſinuatione. xvj.
quæſtio. prima, eccleſia. vbi de hoc. ſed dicit ſe non vide
re, quomodo illa capitula pro eis faciant. ¶ *In glo. prima.*
4 † *ibi capitulo tertio.*] & ibi de hoc. & ibi videas, dixerunt
hic T. & Vincen. hoc maxime verum in diebus depu-
tatis ad ordinationes, in alijs ſufficiat duos concedere
per præ. decre. ¶ *In glo. ij. ibi, tenorem.*] Innocen. in decre.
dilectus. de tempo. ordi. ſimpliciter tenet, epiſcopum
diſpenſare poſſe ſecundum diſtinctionem decre. proxi.
poſſet dici ſecundum Hoſtien. quòd quantum ad mi-
nores etiam furtiue receptos diſpenſent epiſcopi. ad
hoc, quod legitur, & notatur, ſupra de biga. capitulo ſe-
cundo. In ſacris vero ita eſt interdicta, quòd nec papa
diſpenſat de facili, ſecundum quod dixi ſupra capitulo
proximo. ſuper tertia glo. [*Et ibi, excommunicatio.*] T. &
Vincen. ſic dicunt, vt ſcilicet ſi non fuit prohibitum
ſub excommunicatione, ne quis furtiue ordinaretur,
epiſcopus diſpenſare poſſit cum eo in ſeculo remanen
te, aliàs non. & per hoc videntur innuere, quòd cum
recipiente minores, & ſubdiaconatum eadem die poſ-
ſit epiſcopus diſpenſare, de recipiente duos ſacros eſt
opinio, & vide in Specu. titu. ſecundo. §. nunc oſtenden
dum. ver. lij. & liij. & §. nunc de epiſcoporum. verſi. pro-
hibentur.

ADDITIO.

a ¶ Clerici. Facit quod no. de off. or. quanto. per Io. An.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinatus a non ſuo epiſcopo eſt ſuſpenſus.*
*Cum ordinato furtiue quis diſpenſet, nu. 6.*
2 *Pro ordinato rite quid ſi longo tempore habitus non dicatur ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel alias minus canonicè.*
*Reputatio in ꝙ quis ſit ordinatus quid aperiuur, & nu. 3.*
*Pro tali ſe gerere agere, quid ibid.*
3 *Electionem factam eſſe a poteſtatem habentibus, quando electus debeat probare.*
*Quod iudex quis non fuit, cui incumbat probatio.*
4 *Solennitates an præſumantur.*
*Excommunicatus ordinem an ſuſcipiat, matrimonium contrahit.*
*Ordines qui clam ſuſcipiunt ad tempus ſuſpenduntur, vide nu. 5.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

## CAP. III.

INnotuit. Summatum eſt ſupra, capitulo primo. Commu
nis diuiſ. ij. ibi, Conſultationi, quæ diſtin-
guit. & ſecundum ibi, Veruntamen. [*Acceſ
ſerunt.*] forte de tua licentia ſecundum Hoſtien. & ſic
1 ceſſet dictum Innocen. qui † dicit hic probari ordina-
tum a non ſuo epiſcopo eſſe ſuſpenſum, iſta enim pœ-
na hic imponitur propter excommunicationem, con
tra quam recepit ordinem, vel quia contra iura, & fur-
tiue. de hoc autem vide, quod dixi, ſupra de temporib.
2 or. quod translationem. Quid † ſi illi, qui longo tempo-
re habitus eſt pro rite ordinato, nunc obiicitur, ꝙ fuit
ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel extra tempora, vel
aliàs minus canonicè. Dicunt quidam, quod niſi aliud
probetur, rite ordinatus præſumitur. ad hoc de presby.
non bap. capitulo fina. in fine. & quod ibi dixi, & ſupra
de præſump. capitulo fina. de iud. cum deputati, de cle.
peregri. inter quatuor. Hæc enim ſunt probabilia argu-
menta, de quibus ibi loquitur. ſufficit præterea, quòd
ſic agit & contrahit, & quòd ab epiſcopo & vicinis ta-
lis eſt & fuit reputatus, ff. ad Maced l. iiij. j. reſponſo. inf.
de ſenten. excommunicatio. in præſentia. & de hoc di-
xi, de accuſa. ſuper his. in glo. ad excipiendum, verſicu.
ſi autem. Aliqui dicunt, quòd ſi epiſcopus proprius
exinde referat quæſtionem, neceſſe habet ipſum certi-
ficare. ad hoc, ſupra titu. primo, capitulo vno. & quod
no. de re iudi. in prima regula, libro ſexto. aliàs interdi-
cet ſibi executionem in poſterum, licet quo ad pręteri
tum poſſit ſub diſſimulatione tranſire, argumen. ſupra
de conſe. ec. vel al. aqua. Dicit Hoſtien. in facto recenti
ſtandum ſecundæ opinioni. In antiquo vero ſtandum
eſt primæ, & hoc de æquitate. & facit, quod dixi, ſ. de cle
3 ri. ex. mi. propoſuit, ſuper vlti. glo. In † electione autem,
vbi facta eſt per eos, ad quos de iure communi non per
tinet, oportet electum probare poteſtatem datam fuiſ-
ſe electoribus, ſiue hoc opponatur ante confirmatio-
nem, ſiue poſt, ſupra de appellatio. conſtitutis, & capi-
tulo conſtitutus. Idem eſt, quando dicitur, quòd is, qui
tulit ſententiam, iudex non fuit ſecundum Innocen.
Hoſtien. in hoc vlti. remit. ad no. de offi. delega. cum in
iure, & ibi ſuper prima glo. poſt princ. poſui ad literam,
a quod hic no. Innocen. [a] de hoc. Item quod hic de † ſo-
4 lennitatibus. an præſumantur, poſui de re iudi. ſicut. ſu-
per iij. glo. [*Sententia.*] non dicit pœna, quaſi notet ſe-
cundum Hoſtien. quod erat contrafaciens ipſo iure
excommunicatus. [*In ſuſceptis.*] ſi ordo in excommu-
nicatione ſuſcipitur, fortius matrimonium tunc con-
trahi poteſt, patet ſupra, de eo qui duxit in matrimo-
nium, ſignificaſti. [*Pænitetia.*] vel eius parte, de furtis. ca-
pitulo fina. [*Proceſſu temporis.*] ſemper enim ad tempus
tales ſuſpenduntur, ſupra titu. ij. capitulo iij. [*Licentia.*]
generali, ſecundum Phi. tu dic contra, vt ſupra ca-
pitulo



5 pitulo primo. ¶ Vlt. glo. ſoluit quæſtionem, & arguit.
¶ *In gl. 2. ibi, excommunicationis*] & ſic ſoluitur ſecundum
Abb. contrarium, ſupra de tempor. or. literas, ubi ſu-
ſpenditur ſic ordinatus ſolum ab executione ſecundi
ordinis, quem ſuſcipere non debuit. Ad idem, ſupra
cap. proxi. ibi enim ſuſcepit ordines non excommu-
nicatus. hic uerò excommunicatus. ¶ *In glo. ulti. ibi, ſu-*
6 *ſceptis*] & intelligit † hic Hoſt. de ſuſceptis in hoc or. nā
in prius ſuſceptis poſſet epiſcopus diſpēſare ſuo iure.
ad hoc, ſupra titu. 2. cap. 2. uel ſecundum eum hic ex-
communicatus promotus fuit, unde irregularis, &
ſic ſolus papa diſpenſat.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De exceſſibus prælatorum loca alia iuris præter hæc dicentia.*

# De exceſsibus prælatorum, uel ſubditorum, Rub.

1 ¶ † Supra in pluribus rubricis oſtenſum eſt de de-
lictis ſubditorum, quæ interdum committuntur in
ꝓlatos, interdū aliàs iura offendendo. ne prelatis exin
de aliqua elatio proueniat, ſubmittit & de ipſorū ex-
ceſsibus ſecundum Goff. uel ſecundum Hoſt. viſo de
ſpecialibus delictis prælatorum & ſubiectorum, nūc
2 de iis generalem rubricam ſubmittit. non † habetur
hęc materia in decretis. repetitur autem in 6. & in cle.
Congruit, de ui. & ho. cle. ut clericorum. §. prælati.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælati monētur abſtinere à grauaminibus ſubditorum, & comminatur ultionem contrafacientibus, & nu. 2. 3. 4.*
*Moderatum petere poſſunt auxilium, nu. 1.*
*Defendere ſubditos tenentur, nu. 2.*
*Taliæ ſemper intelliguntur illicitæ, niſi conceſſæ probentur.*
2 *Canonici, & epiſcopus faciunt unum corpus, & quando unus ſine reliquo nihil poſſit, & nu. 5.*
*In caſu diſcordiæ quando diffinitioni epiſcopi ſtetur, quando capituli.*
*Epiſcopus quòd habeat uocem in capitulo ut prælatus, uel ut canonicus quid interſit.*
3 *Capituli ſanior pars ſemper dicitur maior, quæ ſine eo neque at epiſcopus, nu. 5.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
*Subditi ſuperindictis, & immoderata æſtimatione damni infecti grauandi.*
*Exactores fiſcalium cauſarum ne executionem non ſuſcipiant.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Suſpendere clericos perpetuò, uel ad longum tempus interdicere perpetuò eccleſias quis poſſit.*
6 *In ſuſpenſionis ſententia non eſt admonitio neceſſaria, excipitur.*
*Ea, & interdictum eſt pęna. in quibus ſimiles ſibi, & excommunicationi.*
*Pœnæ quæ ſine monitione etiam pęnitenti & correcto imponātur.*

## CAPVT I.

1 PEruenit. Caſus. † Monet prælatos abſti-
nere à grauaminibus ſubditorū
& comminatur pœnam cōtra-
facientibus. ſecunda ibi, Scituri
[*Fratres*] Epiſcopi ergo ſubditos
fratres vocant, & filios, vt hic pa
tet. de hoc, de crimine fal. quàm
graui [*Talias*] iſtæ ſemper intelliguntur illicitæ, niſi à
iure, conſue. uel ſtatuto facto ab illo, qui hoc poſsit,
probentur eſſe conceſſæ. 10. quæſt. 3. quia. 9. quæſt. 3.
conqueſtus, ſecundum Inno. & Hoſt. facit de iure pa.
præterea. 2. moderatum tamen auxilium cum chari-
tate petere poſſunt, de cenſi. cum apoſtolus. Innocē.
[*Decætero*] quod tamen nec olim facere debuerūt. Ho-
2 ſti. [*Grauetis*] cum eos † defendere teneantur, de reſti.
ſpol. conquerente, de na. ex li. uen. cap. uno [*Capituli*]
dicebat hic Hoſti. no. ꝙ epiſcopus, & canonici faciūt
vnum corpus, cuius corporis epiſcopus caput eſt, ca-
nonici membra, unde in ijs, in quibus epiſcopus uo-
cem habet ut prælatus, requiritur conſenſus tam epi-
ſcopi, quàm capituli ita, ꝙ unus ſine reliquo nihil po
teſt: & ſi diſcordēt, epiſcopi eſt diffinitio, cui ſtabitur,
niſi aliud rationabile obſiſtat: probantur hæc ſecun-
dum eum. 12. di. non decet, & c. his, ſupra de præſcrip.
cum non liceat. de his, quæ fi. à præla. nouit, & c. quan
to. de his quę fi. à ma. par. capi. capitulo ſecundo, & fi.
de magiſ. quia nōnullis. ubi uerò uocem habet ut ca
nonicus, non epiſcopi, ſed capituli eſt diffinitio, & ſta
bitur maiori & ſaniori parti, niſi aliquid rationabile
eo, quod not. ſupra de elect. ne pro defectu. §. 1. Hoſt.
& dic ut hodie habes, de elect. ſi compromiſſarius, li-
bro 6. [*& in fi.*] dicit Abb. ꝙ cum id eſſet publicum, ut
dicit tex. illud non potuit ignorare, ¶ *In glo. ergo fuit, ibi,*
18 *diſſimilia*] ſtipulatio enim † omnino pendet ex partium
uoluntate. Electio uerò, ex quo facta eſt, ex iuris au-
ctoritate, & iudicis poteſtate dependet, & idem in pro-
uiſione. ff. de pact. ab emptione. ff. ad municip. ordine,
ff. ad Turpil. l. 1. §. 3. & ſupra de elect. publicato. Hoſti.
19 ¶ *In † glo. ult. in fi.*] Inno. uidetur hic tenere contrarium,
quia non eſt dignum, ex quo ſuperior, ſcilicet papa
reuocauit ad ſe prouiſionem, uel alii delegauit, re-
uertatur ad inferiorem, ut dixi ſuper gloſſa, unde non
ualuit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Improbamus. probat iſte tex. papam poſſe damnare conſuetudi
nem, etiam ſi ad id non ſit actum, de qua uide in c. cum inter, de
conſue. per Ioan. An. vbi plenè ad idem concor. & facit, quod no.
infra ſuper uer. abſoluendum.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbatibus quæ nõ competant in præiudicium epiſcoporum, nu. 3. 4. ad dict. conceſſione, 5. & 6.*
*De epiſcopis in quibus religioſi conquerantur.*
*Matrimonialis cauſa quibus conſueſcat delegare curia Romana, & cum qua clauſula, ſi plures delegent.*
2 *Electus, confirmatus non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit, nunquid ſolennes dare poſſit indulgentias.*
4 *Epiſcopalia uſurpare peccatum eſt, & contra ſalutem minorũ prælatorum.*
*Inſignia concedere non poteſt alius, quàm princeps.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Epiſcopalis ordinis quæ non competunt alijs, niſi in caſu.*
*Epiſcopalis quæ ſunt dignitatis minoribus competere quibus poſſint rationibus.*

CA-



CAP. XII.

1 ACcedẽtibus. Caſus. † Abba-
res de matrimo
niis cognoſcere, publicas pęnitentias iniũ
gere, indulgentias concedere nõ poſſunt,
niſi hoc de ſpeciali iure illis competat. & primo ponit
epiſcoporum querelam. cui ſecundo prouidet. ſecunda
ibi, Nolentes [*Partibus*] fuerunt enim propoſitæ hæ que
relæ in concilio generali, vt patet in ſuperſcriptis [*Que-
relis*] concor. de priulie. cum & plantare, & c. tuarum.
& c. paſtoralis, & c. petiſtis. Interdum e contra religioſi
conqueruntur de epiſcopis, ſupra eod. ſane, de priuile. di
lecti, & c. quanto [*Matrimonialibus*] Curia Romana ha-
bet ex vſu delegare cauſas matrimoniales epiſcopis, &
ſi alios adiungit, ponit clauſulam, quòd ſi non omnes,
2 tu frater epiſcope [*Indulgentiarum*] nunquid electus † con
firmatus non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit, has ſo-
lemnes indulgentias dare poteſt? Quod videtur, cum
ſint iuriſdictionis, infra, de pœniten. ꝙ autem. quam il-
le habet, ſupra de electioni. tranſmiſſam. Sed contra,
quia ſecundum quoſdam ſunt epiſcopalis ordinis, &
procedunt ex poteſtate clauium, & per eas pœnitentiæ
eneruantur, infra de pœni. cum ex eo. poteſt dici ſecun
dum Hoſtien. quod hoc non poteſt, cum careat epiſco
pali & ſacerdotali ordine, ſicut nec epiſcopus, qui renũ
ciauit oneri, quia caret iuriſdictione, de ordi. ab epiſco-
po. c. j. Duo vere imperfecta, facere poſſunt vnum per
fectum, ita, quod ſi talis epiſcopus ad eccleſiam talis cõ
firmati deſcendat, de illius licentia poterit ſuis ſubditis
indulgentias dare, ſicut & illos poſſet ordinare. de hoc
ſupra de ele. ſuffraganeis. Et ſic ſecundum eum hæc in-
dulgentia eſt mixtæ poteſtatis, quia ſcilicet partim acce
dit ad ordinem, partim ad iuriſdictionem. fatetur ta-
men, quod de conſuetudine electi non presbyteri has
indulgentias etiam presbyteris faciendas committũt,
maximè quando prædicant. Ipſe tamen dicit, quòd in
non ſacerdote irrationabilis ſibi videtur hæc conſuetu
do, cum fori ſacerdotalis ſit pœnitentias imponere, &
diminuere, quod idem eſt in effectu, quod indulgen-
tias dare. Fran. Vercel. in decre. at ſi clerici, de iudi. tra-
ctans hanc quæſtionem tenet, quod confirmati in epi
copos, etiam ſi ſint presbyteri indulgentias dare non
poſſint, dicens, ꝙ ſi dicatur, ꝙ dare indulgentias non ſit
ordinis epiſcopalis, negari non poteſt, quin ſit ordinis
ſacerdotalis illas autem, ex quo in epiſcopum confir-
matus eſt, vt ſimplex ſacerdos concedere non poteſt
per decre. quod ſicut, de elec. & ne videatur decreſcere,
de tranſla. licet. 94. diſt. legimus. 92. diſt in. ſancta. 74. di. ſi
qui. & eadem ratione dicit idem de benedictione fon-
tium, vnctione infirmorum, & ſimilibus. Inducit etiã,
quod vbi papa de indulgẽtiis loquitur, de epiſcopis mẽ-
tionem facit, de pœni. cum ex eo, & c. ſe. & ſic non de
electis. nec ob. quod in c. quamuis. 68. diſt. dare indulgẽ
tias nõ ponitur inter epiſcopalia, quia nõ ſequitur, ſi ibi
non eſt poſitum, ergo licet, cum ibi potius exempli gra
tia, quam ad ſpecificationem ponantur. nec ob. de tran
ſla. c. ij. vbi dicitur, ꝙ epiſcopalis dignitas nil addit, qa il-
lud verum ad vinculum matrimonij ſpiritualis. Hæc
decre. in fin. non ob. ſecundum eum, quia non dicitur
hic talia per inferiores pręſcribi. quod ſi etiam dicere
tur, procedat id in Abbatibus, qui poſſunt presbyterale
officium extendere, ſed confirmati in epiſcopos id non
poſſunt, vt dictum eſt, licet de archiepiſcopo non ha-
bente pallium habeamus, quod impeditur etiam in of
ficio epiſcopali, quod intellige, vt dixi in præ. decre. ꝙ ſi
cut, de epiſcopo, vel Abbate non habemus, quod ante
conſecrationem, vel benedictionem impediatur in of-
ficio presbyterali, nec habet hoc rationem, alias nec eu
chariſtiam conficere poſſet, & facit. 74. diſt. geſta, & ca-
pitu. honoratus. C. de digni. l. iii. lib. xij. Ex prædictis vide
tur, quod capitulum ſede vacãte, non det literas indul-
gentiarum, licet quidam ſeruent contrarium, vt refert
Archidia. de pœnitentiis, Romana, li. 6. & facit ad ma-
a teriam, quod no. in Cle. de hæret. cap. j. in gloſſ. hæc[a] li-
3 tera [*Similia*] ſicut † inſtituere, & deſtituere, quod dic, vt
no. de offic. archida. cum ſatis, de cleri. pere. capitulo, fi-
na. Commendatitias ad ordines dare, de tempo. ordi.
cum nullus. lib. 6. vel grauiora examinare, & diffinire ſi
ne epiſcopo, de offici. archidi. ad hoc, & capi. fin. & epi-
ſcopalia inſignia deferre, ſicut infula, mitra, ſandalia,
anulus, & ſimilia, quæ quandoq; non epiſcopis conce-
duntur, infra de priuile. vt apoſtolicæ, & ſic ſunt potius
epiſcopalis dignitatis, quam ordinis ſecundum Hoſti.
[*Vileſcit*] vt quid enim plus honorabimus epiſcopum,
quam Abbatem, ſi hoc poteſt Abbas, quod epiſcopus
4 [*Saluti*] contra ſalutem † minorum prælatorum eſſe, &
ſic eſt peccatum, quando ſibi vſurpant epiſcopalia [*Ab
batum*] idem multo magis de inferioribus prælatis [*Peri
culum*] non ſolum ſalutis, de quo præmiſit, ſed etiam de
poſitionis ab abbatia, vt puniatur, in quo peccauit, de
tranſla. quanto, ſecundum Hoſtien. [*Conceſſione*] etiam
epiſcoporum, xvj. q. ij. viſis. Vinc. quod intelligit Hoſti.
cum præſcriptione completa, de religi. do. conſtitutus,
de iu. pa. cura. ſaluis inſigniis, quæ alius, quam princeps
concedere non poteſt ſecundum eum, de quo remit.
ad ſum. de vſu pal. §. & quibus diebus, ver. & notãdum.
dato autem, quod iſti Abbates per priuilegium habe-
rent inſignia, nõ tamẽ per id aliquod pontificale exer-
cere poſſent, & vide, quod dicam, infra eo. vt apoſtoli-
5 cæ, lib. vj. ſuper ij. glo. ¶ Gl. † ij. ſignat contrarium, & ſol
uit. ¶ *In gl. ij. ibi, quamuis coepiſcopis*] ibi enumerantur ea,
quæ ſunt epiſcopalis ordinis, ſ. conſecrare virgines, ec-
cleſias, & altaria, ſacros ordines conferre, & ſimilia. &
iſta ex præſcriptione, nec ex demandatione non epi-
ſcopo competere poſſunt, ſed nec per ſpeciale priuile-
gium de facili conceduntur. de hoc ſupra de con. ec. vel
alta. aqua. Illa vero, quæ epiſcopalis dignitatis ſunt ali-
quo prædictorum modorum minoribus competere
poſſunt. & de his loquitur hic ſecundum Hoſtiẽ. qui di
cit, ꝙ aliqui promiſcue vtuntur his verbis, quibus con-
tra dicit mens verborum, diuerſitas officiorum, & ratio
naturalis. ipſe videtur in hoc ſibi contrarius fuiſſe in
dec. literas, de reſti. ſpo. vt ibi dixi ſuper j. gloſſ. & vide,
quod dicam de pœnis, fœlicis, in fi. li. vj. ſuper ver. ponti
ficali. [*Et ibi, ex literis*] & ſupra de re. ſpo. literas. ¶ *In fi. gl.
pe.*] hoc verum de illa ſolenni, de qua loquitur canon
6 ille ¶ *In † gloſ. vlt. in fin.*] Idem, ſi per ſcripta antiqua ap-
pareret, quod monaſterium fuerit à prin. ſic fundatũ,
ar. de reli. cum vene. ver. illius, & ſupra de cenſi. quanto.
Dicebat etiam Hoſtien. quod non credebat inſtitutio-
nem auctorizabilem acquiri poſſe per vllam præſcri-
ptionem. remittit in hoc, ſupra de offi. archi. cum ſatis.

ADDITIO.

a ¶ Hæc. Et vide gl. & docto. in Cle. fi. de pœ. & remiſ. & beatum Th. in
4. ſen. diſt. 20. c. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad reuelandum peccatum in pœnitentia confeſſum non debet vrgeri ſacerdos, niſi in caſu, & quo, in fin. & nũ. 4.*
*Cleri vrbis rectores quot, habent iuriſdictionem. Bononiæ hi quo appellentur nomine.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Reſtituere tenetur qui ſuccedit in vitium, nedum fur.*
*Furtiuam rem qui emit, ciuiliter pretium repetit domino.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Ad iudicandum furem quis cogi poteſt.*
*Confeſſor legatione Dei fungitur ſpeciali, & eum papa non poſſet excommunicare, quòd non reuelet confeſſionem.*

CAP. XIII.

1 DIlectus. C. Ad † reuelandum peccato-
rem in pœnitentia cõfeſſum
ſacerdos vrgeri non debet. Et primo ponit
querelam presbyteri, cui ſecũdo prouidet

expreſſa

expreſſa cauſa.ij.ibi,Quia igitur[*Fraternitatis*]iſti conſue
uerunt eſſe xij.vel xiiij.& regere clerum vrbis,& in eum
iuriſdictionem habent.Bon.dicuntur præpoſiti conſor
tij[*Reuelatum*]forte alter ex furibus ad cor reuerſus vnū
ex libris furtiue ſubtractis reſtituerat per hunc ſacerdo-
tem,vt haberetur via ad reliquos recuperandos, fiebat
hoc præceptū. [*Pernitioſum*] exemplo,quia alij per hoc
retrahentur a confeſſione peccatorū[*Taliter*]hoc ideo
dicit,quia peccatore volente, & hoc petente poſſet fieri
hæc publicatio,vt patet de adul.ſignificaſti,de ſimo.ne-
mo. [*Coram te*] loquitur cardinali, qui erat vicarius in
2 vrbe.¶ Glo.j.† probat dupliciter hunc cogi non potuiſ
ſe,ſignat contrarium,& remittit.ij.quærit,arguit, & ſol
3 uit dupliciter legendo.¶ †In j.gl.[*ibi,idem*]l.iiij.eſt. & vi-
de hanc,& præce.de ſimo.nemo.in gl.ij.¶ In gl.vltima,
[*ibi,§.idem Iuli.*]quem non poſſum cōuenire vt furem,
conuenio vt furis hæredem, vt cum iurauit furtum nō
feciſſe,vt in iſta l.vel cum eſt infans,vel furioſus,vt in l.
ſeq. [*Et ibi,ex furtiua*] condictione furtiua non tenetur
niſi fur,vel eius hæres.[*Et ibi,l.ij.*]emens rem furtiuam,
inciuiliter precium repetit a domino. [*Et ibi,ciuile*] vide
de furt.qui cum fure,ſuper vlt.gl.¶ In gl.j.[*ibi,qui cum fu*
4 *re*]† & de furto loquitur,non de fure.Dicit Glo.ꝙ licet
peccet non indicando, per iudicem tamen ad id cogi
non poteſt. [*Et ibi,dei legatione*] ſpeciali quo ad hoc, per
quod videtur,ꝙ nec etiam papa, qui eſt generalis vica-
rius,poſſit eum in hoc excommunicare.ad hoc de off.
delega.ſtuduiſti.Hoſt.[*& in fi.*]magis placet,quod prius
dictum eſt.Hoſti.

*SVMMARIVM.*

1 *Collegij ſigna non poſſunt in præiudicium prælati ſubditi ſingula-*
*res erigere ,alias autem non prohibentur , quin poßint vnum*
*corpus eſſe,& qua de cauſa,& vti ſigillo proprio , nume. 7.*
*in fine .*
*Collegium qui non conſtituant.& quibus caſibus,& nu.2. & 6.*
*ab eo vero qui recedunt an & quæ habeant, ibid. quibus ſub-*
*ſint,& quorum incipiant,& durent auctoritate. §.clerici aūt.*
3 *Abbati inſignijs epiſcopalibus impetratis ubi liceat uti .*
4 *Epilogus gloſſarum .*
*Corpus quibus modis dicatur, remiſ.& nu.5 .ſi petatur corpus,&*
*ſuccumbatur,in quo genere corporis petenti partem eius obſtet*
*exceptio iudicati,nu.3.*
5 *Suffragium,& additio gloſſarum,nu.6.*
*Societas quid, uer.ſocietas eſt . inter ipſam,& collegium,& reos*
*debendi vel credendi,quid interſit.§.ſocietas.*
*Ciuitatem,& caſtrum,vel eius uniuerſitatem, qui conſtituant.§,*
*clerici autem.*

## CAP. XIIII.

1 Dilecta. C.In præiudicium prælati non
poſſur ſubditi ſingulares erige
re ſigna collegij . Prima ponit partis q̄relá.
ſecūda dat iudicem.ij.ibi diſcretioni.[*Capi*
*tulum*] non prohibetur ergo,quin alias poſſint eſſe vnū
corpus cauſa religionis,puta ad miſſas dicendas facien
do confratriam,vt dicam ſuper gl.Dicebat Abb.ꝙ exē
plum huius decr.poni poſſet in beneficiatis in eccleſiis
collegiatis extra capitulum,vt ſunt manſionarij,vel ca
pellani Bon.vel his ſimiles. [*Inhibeatis*]no.hanc decre.
2 ad ea,quæ no.s̄.de iure pa.nobis.Item &†no.contra vil
las,& caſtra dominis ſubiecta,quę contra dominorum
voluntatem volunt erigere collegia,ſigilla,& arcas cō-
a munes, vt etiam.j̄. dicam.[a]Item no.contra præpoſitos
nationum , qui etiam in vniuerſitatem ſe erigunt ſæpe
cōtra rectores,& ideo per noua ſtatuta hodie ſunt ſub-
lati[*De nouo*] regulariter nouitates ſuſpectæ, de conſue.
cum conſuetudinis,cum ſuis concor.[*Velvti eo*]arguit
3 Hoſtiē. ꝙ †ſi abbas impetrauit,ꝙ intra ſuum mon,inſi
gniis epiſcopalibus liceat illi vti, non licet illi hoc in ſy
nodis,vel extra monaſterium.remittit autem de hoc.s̄.
de æta.& qual.cū cōtingat,& vide j̄.de pri.ui.vt apoſtoli
4 cę.li.vj.vide quod,dixi.s̄.e accedētibus,in fi.¶ †Gl.j.trac.
v. modos, quibus dicitur corpus , ponens differentiam
inter corpus, quod habet partes integrales, & quod ha-
5 bet diſtantes. ¶ Glo.ij.obi. & ſoluit.¶ †In j.gl.[*ibi,rerum*
6 *mixtura*]ibi ponit lex de iſto triplici corpore.¶ In†glo.j.
[*ibi.ſocietate*]videtur quibuſdam ſecundum Inn.ꝙ quili
bet homines cuiuſcunque profeſſionis , vt grāmatici,
negociatores, piſtores , & ſimiles , propria auctoritate,
ſi volunt, licet alii aliter dicant , poſſunt conuenire ſi-
mul,& facere ſibi rectorem,& ſyndicum, & arcam cō
munem,dummodo ſocietatem coeant,vel collegium
faciant pro aliqua cauſa.quidam tamen dicunt, ꝙ re-
b ctores in perſonalibus [b] collegiis ſemper confirma-
buntur a ſuperiore, ſicut in realibus , Auth.de defe.ci.
§.& vtrum illud,& §.ſi eadē.immo videtur,ꝙ etiam ſi
ne rectore, & ſine ſyndico,& ſine arca,& etiam ſine ſti-
pulatione poſſunt ſola voluntate,expreſſa tamen con-
ſtituere collegium,dummodo pro aliqua cauſa hoc fa
ciant iuſta, puta ad defenſionem iuſtitię ſuæ & aliorū,
vel ne in officiis ſuis fraudem faciant, & conſimilibus.
nec oportet,ꝙ iſti habeant aliud nomen, niſi collegiū
grāmaticæ,vel logicorum,& ſic de aliis.immo videtur,
ꝙ licitum ſit collegium omnium bonorum ſodaliū,
qui multum facere habituri ſunt ſimul,ar. ff.de col.il.l.
fi.quæ eſt Græca.Illud autem conſtat,ꝙ ſi faciant colle
gium cauſa religionis,vel pietatis,& in idem nomen ſu
mant,verbi grātia,collegium iuuantium oppreſſos,col
ligentium elemoſynas, & ſic de cetęris, licitum eſt, &
hoc probatur ex diffinitione ſocietatis, quæ eſt talis.So
cietas eſt plurium corporum inter ſe diſtantium , vno
nomine ei deputato collectio . Item probatur hoc ex
eo,quod dicitur in prima.l.ff.de coll.illic.vbi dicitur,ꝙ
licita collegia ſunt omnia, quæ fiūt cauſa religionis,vt
præmiſſa, dummodo nihil faciant contra ſenatuſcō.i.
dummodo nil mali faciāt occaſione collegij,quod ſo-
la prohibet illicita collegia. & hæc collegia,licet bonū
nomē hēant,tn̄ q̄a male operātur,fit illicitū collegiū,
& ideo deſtruendum,& ad hoc facit.l.vlt.eiuſdem ti.&
l.Græca ibi poſita.Sed ꝯtra.ff.de coll.il.collegia,in prin.
vbi dicitur, ꝙ collegia non debent fieri abſque auctori
tate ſe.con.vel principis. Sol.omnia prædicta collegia,
quæ fiunt pro bono, & ad malum non procedunt , di-
dicimus eſſe conceſſa auctoritate ſen. con.quod ſola il-
licita prohibet,& ideo licita cōcedere videtur.ff.de col.
il.l.i.ſicut per idem ſe.con.conceſſa ſunt collegia profeſ
ſionū,& negotiationū,& burgorū,& villarum.C.de iu.
om.iud.l.fi.s̄. de procur.quia.ff.quod cuiuſque vni.l.j.ff.
ad Trebell.omnibus. ff.de le.j. ſi hares.§.in eis.C.de na-
turali. li.ſi quis ſen. & l.quoniam.s̄.de procur.quia.au-
ctoritate tamen principis poſſent,& debent fieri colle-
gia,ſi homines habent parum facere ſimul, vt ſi Baro-
nes,vel ciuitates,vel tres, vel plures coeāt collegium,nā
huiuſmodi collegia non valent ſine auctoritate princi
pis,quia nec multum ſimul facere habent,nec hoc fa-
ciunt cauſa religionis. Item videtur, ꝙ huiuſmodi col-
legia perſonalia,ſ. profeſſionum, negociationum,offi-
ciorum, vel religionum ſunt voluntaria,& non neceſ-
ſaria.& ex hoc eſt, ꝙ etiam illi, qui ſunt de eadem pro-
feſſione, vel negōtione, ſiue ſint plures,ſiue pauciores,
quam alij , qui iam coierunt in collegiū , non cogun-
tur illud intrare,imo qui iam intrauerunt,poſſunt in-
de exire. Item ꝙ exeuntes accipiunt partem de rebus
cōmunibus. Item quia non poteſt quis eſſe in duobus
collegiis volūtariis, & hæc ſunt. ff.de col.il.l.j.§.fi.vide-
tur tamen aliis, ꝙ ſi pauciores homines vnius officij,vt
grammaticorum, piſtorum, vel aliorum conueniant
in vno loco ad collegium faciendum, ꝙ non debent ſe
vocare collegium grammaticorum illius loci,quia nō
proprie dicitur collegium eſſe ibi alicuius officij,niſi ſit
maior pars, ſed debent ſe denominare ab alio officio,
cum aliqua actione,per quam diſcernātur,ver.g.colle-
gium ſcholarium vltra Aduerſam , vel citra,vel colle-
gium



gium ſcholarium ſancti Stephani,quia cōueniunt ibi,
& ſic dicendum de aliis.tamen dicunt,ꝙ pauciores de
aliquo officio non poſſunt facere collegium, niſi aſſu-
mant ſibi nomen aliquam pietatem reſpiciens.Quod
autem prædicta collegia appellentur perſonalia,vel rea
lia,non habetur in iure,ſed per ſimile dicitur munerū,
& ſeruitutum realium,& perſonalium , ſecus eſt autē
in collegiis realib. ciuitatis, & burgi, & eccleſiæ, q̄ ſunt
neceſſaria,& naturalia,qualia ſunt, q̄ vel rōne originis,
vel rōne domicilij,vel aliis cōſimilib. rationib[9] ꝯhunt,
nam huiuſmodi domicilia non licet indifferenter di-
mittere,& etiam poteſt quis plura talia conſimilia ha-
bere. ff.ad muni.l.Labeo,& l.ſeq.Item res talium colle
giorū nō diuiduntur inter abſentes.xij.q.ij.§.qui manu
mittitur. Azo tamen dixit,ꝙ ſinguli de vniuerſitate de
his,quæ in ea conferunt,cum inde recedunt,debet ha-
bere partē,& ſic loquitur.ff.de col.il.l.j.§.fi. Sed de aliis,
quæ donantur,vel legantur vniuerſitati,non debēt ha-
bere partem,ar.pro hac di.ff.ne quid in lo. pu.l. ij.§.via-
rū.s̄.de cle.cōiu.q̄d a te,vbi no.xvi.q.vj.de lapſis. Socie-
tas autem, vel ſocij vniuerſorum bonorū , vel alicuius
negociationis, vel rei non conſtituunt collegium, vel
corpus,quod apparet ex eo,quod dicit l.ꝙ ſocij alicuius
profeſſionis poſſunt cōſtituere collegiū.ff.quod cuiuſ
que vni.l.j.§.j.ex quo apparet, ꝙ ſocietas non eſt colle-
gium per ſe, niſi aliter conſtituatur per principem, vel
ſe.con.vel alio modo, vt prædictum eſt. Itē hoc ipſum
probatur,ꝙ collegium recidit in vnum.ff. quod cuiuſ-
que vni.ſicut.lxv.di.c.fi.Sed ſocietas morte cuiſlibet ſo-
cij ſoluitur.ff.pro ſocio,adeo,in prin.Item ſi eſſet colle-
gium,non deberet conueniri quilibet ſocius de contra
ctibus initis nomine ſocietatis, ſed ſocietas ipſa tātum.
xij.q.ij.qui manu.quod falſum eſt.Hoc.n.datur hæredi,
& in hæredem,& ideo male faciunt,qui conficiunt li-
bellos, vel ſtip. vel alios contractus nomine ſocietatis,
cum non ſit corpus,niſi expo. i. nomine ſociorum , vt
res magis valeat, quam pereat. Sed his videtur.contra.
ff.quod cuiuſque vni. l. j. in princip. vbi dicitur , ꝙ hæc
tria comparētur.ſ.ſocietas,collegium,& corpus.So.lo-
quitur de ſocietate intellectualiter, & iuris, quæ eſt idē,
quod corpus, & non ſocietate bonorum.Hoc fallit in
reis credendi , vel debendi ſociis, quorum quilibet agit
ex ſententia pro alio lata ff.de arb.ſi duo. vbi dicitur, ꝙ
ex facto rei credēdi ſocio, qui non compromiſit,datur
actio ex ſtipulatu ꝯ reum ſociū, qui compromiſit , ex
quo omne damnum pariter conſequitur. ex quo vide-
tur,ꝙ eadem ratione ex ſtip. rei ſocij , qui cōpromiſit,
detur actio alij.ar.ad idē.ff.ſi quis cau.ſi duo.§.j.ff.de le.j.
l.iij.§.vlt.ff.de duo.re. pro eadē.j.rn̄.ff.de fideiuſ.l.antepe.
& hoc ideo eſt, quia ex eo, ꝙ eſt reus, poteſt totum de-
ducere in iudicium , immo partem deducere non de-
bet. quod ſi faceret, etiam illius partis pars ſocium con
tingeret,& ex eo,quod eſt ſocius,communicat lucrum
& damnum. & ideo inuicem vnum alterius nomine
agere,& paciſci videtur,ſecus autem in corporeis tantū,
qui nō communicāt lucra, & damna,& ſecus in ſociis
tantum,qui non poſſunt deducere in iudicium,vel pa-
c ctum niſi ſuam partem. [c] fatemur tamē,ꝙ magiſter ſo
cietatis pōt pro aliis agere ex beneficio eius. ff. de pac.
item magiſtri.Item ſi ratum habet factum ſocij tacite,
vel expreſſe,poteſt agere ex facto.ff.pro ſocio,iure.Sem-
per.n.præſumitur nomine ſocij contrahere. Alij tamē
contradicunt,aſſerentes,ꝙ licet ex facto ſocij,vel pacto
vel re iudicata damnum , vel lucrum conſequitur ſo-
cius alius, vt ſonat præal.lex, & etiam aliquando detur
eis exceptio,nunquam tamen datur actio. Lex autē ꝑ
ſocio,iure, intelligitur,vt per ſocium.i.per factum ſocij
non obligetur ſocius.i.nec lucrum,nec damnum ſen-
tiat ante,quam res, in quibus contraxit , conuerſæ ſint
in communem vtilitatem . ¶ Clerici autem ciuitatis
vel caſtri nō poſſunt facere collegium ea ratione, quia
ſunt in eadem ciuitate,vel caſtro,quia clerici non con-
ſtituunt vniuerſitatem caſtri,vel ciuitatis , vel caſtrum,
vel ciuitatem,quod idem eſt,ſed conſtituunt vniuerſi-
tatem ſuarum eccleſiarum,& ciues conſtituunt ciuita
tem,vel vniuerſitatem ciuitatis, & caſtellani caſtrum ,
ſed bene poſſent conſtituere vniuerſitatem cauſa reli-
gionis,ſcilicet,vt miſſas celebrēt pro viuis,& defunctis,
vel conſimilibus. Item videtur, ꝙ cum iſta collegia , &
rectores eorū ſubdita ſint maioribus,& ordinarijs pote
ſtatibus,ꝙ ad eorum dictum deſtrui poſſunt,& prohi-
d beri,ne incipiant ſecundum Inn.qui hæc no.hic [d] ad li
teram , dicens per hoc ſupplendum, quod notauit,de
off.ord.cum ab eccleſiarum,& ibi dixi poſt eum,& Ho
ſtien.quæ collegia deferant iuriſdictionem ordinariā .
[*Et ibi,item dicitur corpus*]ab hinc poſuerunt Gof.& anti-
qui hanc glo.s̄.de conſti.cum omnes,in prin.[*Et ibi,non*
7 *erat*] ibi eſt ratio diuerſitatis in promptu,†quia hoc ca
ſu ſi petenti ſingula capita non obſtaret exceptio, ergo
contra rem iudicatam eſſet reperiri vendicari totum
gregem,quod non eſt in toto , quod habet partes inte-
grales.nam & ſi vendicarem ſingula tigna, vel lapides,
non propter hoc peruenirem ad domum, ſed ad acer-
uum tignorum , vel lapidum. [*Et ibi,corpus*] & vir cum
coniuge.xl.diſt.ſicut,de conuer.coniu.ad apoſtolicam.
[*& in fi.*] Hoſti. de hac materia remittit ad ſummam
de ſyndico.¶ In gl.vlt. [*ibi,ſigillum*]proprium & ſingula
re,ſed hic loquitur de communi,& collegiato.

ADDITIONES.

a ¶ Dicam.Et vide Inn.in c.cum ab eccleſiarum,de of.ord.
b ¶ Perſonalibus.Quæ ſint perſonalia,& quæ realia.j̄. videbis.
c ¶ Partem. Vide plenius hanc materiam per Bar. in l. de duobus reis,
& In l.eadem,eo.titu.
c ¶ No.hic.& vide Bar.in l.fi.ff.de col.ill.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatum qui dominum ſuum contra iuramentum negat, uel co-*
*ram laico de ipſo conqueritur,uel eum inuadit,benefi io priuā-*
*dus eſt , vide nume. 2. & 7. an & in quibus ſit dominus , nu-*
*me.2.& 3.*
2 *Ex iteratis actibus magis quis p̄ſumitur irreuerens,et contumax.*
3 *Veritatem dicens non offendit,nec tenetur iniuriarum .*
*Spiritualia non cadunt in cognitionem iudicis ſecularis .*
4 *Parentibus ſpiritualibus an quis plus,quàm carnalibus aſtringat.*
*Ab eccleſia qualiter quis abſcindatur.*
5 *Beneficia plura an quis poſſit habere .*
*Iuri alterius papa derogare non intendit,niſi hæc exprimat .*
6 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.7.*
*Ex delicto parentum in epiſcopum nunquid archidiaconus pu-*
*niatur .*

## CAP. III.

1 Grauem. C.qui†contra iuramētum
prælatum dominum ſuū
negat, vel coram layco de ipſo cōqueritur,
vel eum inuadit, beneficio eſt priuandus.&
ꝑs deciſa narrabat factū, q̄d ſc̄do ſub triplici diſiūcta pu
niri mādat. ibi,diſcritioni.[*Conſtiterit*] forſan corā ipſis
delegatis papæ hoc accidit in iudicio litigando. ad id.
C.de teſti.nullum,alias libello oblato ho c conſtare de
teſti.ſpo.conquerente.ſecundum Hoſti.[*Et ſecundo*]pro-
2 pter†q̄d magis præſumitur irreuerentia, & cōtumacia
ipſius, C.de plus peti.l.vna,ad fi.xxv.q.ij. ita nos,de ele.
venerabilem,ſecundum Hoſti.[*Homagij*]dicit In.ꝙ pro
pter hoc facit ad ti.Si.n.non præſtitiſſet homagiū,non
crederet eum peccare,ſi non vocaret illum dominum,
ſed prælatum x.q. iij.cauendum. Idem Ab.Nam,vt di-
3 xit Hoſti.dicens veritatem†non offendit,nec tenetur in
iuriarum.ff.de iniur.eum qui.ſed certum eſt,ꝙ epiſco-
pus procurator eſt, non dominus, de don.c.ij.quod eſt
verum quo ad alienationem rerum. ec. tamen.domi-
nus eſt quo ad obedientiam ſubditorum. de hoc. s̄. de
ſymo.ne Dei.[*Vel*]repete.ſ.cōſtiterit eū &c.[*Spirituali-*
*bus*]quæ nec etiam incidenetr cadunt in cognitionem
iudicis

iudicis ſecularis. ſ̃.qui fi.ſint legi. lator,ſecundum Inn.
[*Aut.*] repete,ſi conſtiterit.[*Fratri*]ar. ſecundum Hoſt.
4 ꝙ†plus aſtringitur ſpiritualibus parentibus, quam car-
nalibus,ad hoc.ſ̃.de tranſla.c.ij.ar.contra de iureiur.pe-
titio, de poſtu. c.fi. Dicit Hoſt. ꝙ hanc contrarietatem
inducit iniuſtitia,quam ſoluit defenſio iuſtæ cauſæ[*Ab
ſcindatis*] ipſum degradando, & curę ſeculari tradendo.
x.q.j.ſi qui ſacerdotum.Ho.[*Perſonis*] ſ.ſingula ſingulis,
5 & ſic collige duo contraria.Primū†ꝙ quis poteſt habe
re plura beneficia.ſecundum,ꝙ non poteſt,de hoc.ſ̃.de
præben.cum iā dudum,& j̃. de reſcri.gratia,li.vj.[*Per il
los*] non intendit papa iuri alterius derogare, niſi hoc
exprimat.de hoc.ſ̃.de off.dele.ſuper eo, ſecundum Ho-
6 ſtien.Secunda†glo. Reſpon.poteſt ſignando,& ſoluen-
do contrarium de regula vlt. &c. ¶ Quarta glo.arguit,
7 remittit, & declarat.¶ In † glo.pen. [*ibi, ſeculare.*] ſuper
ſpiritualibus,vt dicit tex.ſecus enim,ſi ſuper feudalibus,
de hoc,de fo.compet. ex tranſmiſſa. [*Et ibi, cauſam.*] vt
dicit Hoſt.forte conſanguinei archidiaconi ipſo ſcien-
te, & non contradicente voluerunt aliquid illatum ar-
chid.per epiſcopum in ipſum epiſcopum vindicare,al's
ſi archidiaconus id ignoraſſet, vel ſciens expreſſe ſine
fictione hoc prohibuiſſet, non puniretur ex hoc. de
homi. Petrus. de ſy. ſicut nobis, & ca. nobis, niſi dica-
tur aliquid ſpeciale propter epiſcopalem reuerentiam,
ar.xciij.di.nulla,& c.j.xi.q.j.ſi quis ſacerdorum,vt ſic ꝓ-
pter delictum parentum puniatur archidiaconus. j̃. de
pœnis, in quibuſdam, ipſo maxime cauſam præben-
te,de homic.decętero,ſecūdum eum[*& in fi.*]& quod-
libet iſtorū per ſe ſufficit, vt patet per alternatiuas, quas
ponit textus.

*SVMMARIVM.*

1 *A religioſorum grauaminibus. xv.præcipiūtur abſtinere prælati.*
*Quæ ſint hęc,num.ſequentibus patet.*
*Religioſi,& qui,& in quibus ſint priuilegiati.a quibus confeſſio-
nem,& alia ſacramenta recipiant,nu.2.& 3.*
*Oratoria habere,& euchariſtiam ibi reſeruare,& pro quibus poſ-
ſint,ibidem.*
*Poſſunt eligere ſepulturam, nu.3.& 4. quæ alia poſſint habere,
nu.4.6.& 9. quos poſſint ſepelire, nu.4.*
*Religio eſt voti,non pręcepti.*
2 *Prælatorum appellatione qui contineantur.*
*Oblatio fit in funere in quibuſdam regionibus. quam recipere poſ-
ſint religioſi,nu.6. quando,& a quibus recipienda,et quæ eius
nomine contineantur,nu.6.*
5 *Cęmeterium differt a loco religioſo.*
*Laici pro conuerſis.*
*Cęrei funerum quorum ſint,ad dictio.reſiduum.*
6 *Abſolutè,quid ſignificet,in fi.*
7 *Vniuerſorum nomine & ſinguli comprehenduntur,licet addatur
vocabulum ſingulorum ad euitandam ſophiſticam interpreta-
tionem.*
8 *Excommunicationum ſententiæ latæ tenent,licet male faciant præ
lati,& de hoc ſint puniendi, & qualiter, excipitur.*
9 *Additio gloſſarum.*

## CAP. XVI.

1 NImis iniqua. X.v. † reprehenſibilia
ponit,a quibus ꝑcipit
abſtinere.ij.ibi,Quo circa.[*Religioſi*]cuiuſcū
que ſint religionis ſecundū quoſdā. Dicit
Inn.ꝙ licet quo ad quædam ſequentia omnes religioſi
priuilegiati ſint,non tamen in omnibus,niſi hi,qui ha
bent ſpeciale priuilegium, ſicut Prædicatores,Minores,
de quibus ſequitur,& ideo dixit contra regulam [*Abne
gantes*] iuxta illud Lucæ.ix.[*Semetipſos*] ſæpe paupertati
renunciant propter Chriſtum, vt no.j.q.ij.§. verū.[*Ad
placitum*]illius,qui conuertitur,quia hæc res eſt voti,nō
præcepti.xxxij. q.j.integritas,vel ad placitum.ſ.Chriſti.
2 [*Poſſidentes*] ij.ad Corinth.vj. [*Prælati*] epiſcopi†& infe-
riores,de off.or.cum ab eccleſiarum.[*Alij*]canonici,&
clerici tam cathedralium, quam aliarum.[ *Qui ceca*]de
elec.auaritiæ, li.vj.[*Volunt*]primū[*a ſede*]quia nec alius
poteſt,de reli.do. c.fi. [*Confeſſiones*] quas proprius prior,
vel alius monachus audire deberet. xvj.q.j.c.ſed ſi non
haberent aliquem ſui ordinis,ſatis credo,ꝙ de iure cō-
fiteri debēt parochiali ſacerdoti,de pę.& remiſ.omnis.
Sed hic reputo priuilegium,ꝙ quis cuilibet de ſuo ordi
ne,& alieno confiteri poſſit.Inn.[*Et euchariſtiam*]ſecun-
3 dum.[ *Nec volunt*] tertium.[*Oratorijs*]quæ†illis licet ha-
bere, & ſi non ad infirmos generaliter communican-
dos,tamen ad cōmunicādos ſeipſos,& deuotionis cau
ſa.xvj. q. j. alia . & eſt hoc omnibus religioſis cōmune.
[*Et fratres*]quartum.[*Defunctus*]qui ſepulturam non eli
gunt,vt differat a ſequenti. [*Et ſi quis* ] quintum[ *Elege-
rit*]videtur, ꝙ non loquatur de profeſſis, ſed de confra-
tribus, qui remanent in ſeculo. profeſſi enim non ha-
bent proprium velle.vnde ſepulturam non poſſunt eli
gere.xij. qõ.j.non dicatis,dic ꝙ loquitur in Minoribus,
& Prædicatoribus, qui priuilegium habent,ꝙ quando
extra conuentus moriuntur,poſſunt eligere ſepulturā.
Inn.tu.dic,ꝙ religioſus profeſſus non habet proprium
a velle in vita,ſed ſic in morte,[a] ar.de ſepul.c.j.& c.de vxo
re. vnde eligunt ſepulturam. j̃. de priuil. vt priuilegia.
Hoſt.determinatum eſt pro parte, Inno.de ſepul.c.vl.li.
4 vj.ibi videas[*Oblatio.*]quæ ſecundum† morem quorun-
dam partium ſit in funere [ *Nec ſuſtinentes*] ſextū.[*Cam-
panam*]contra.j̃.de priuile.patentibus,ibi videas[*Vel cæ-
meterium*] vij. & hoc omnes religioſi pro ſe & ſuis con-
fratribus habere poſſunt.j̃.de priuile.vt priuilegia.& ex
quo ipſum habent, apud ipſos poteſt eligi ſepultura.
xvj.q.j.§.ecce,& c.præ.de ſepul.c.iij.niſi obſtet conſuetu
b do,vel pactio.de pac. pactum.[b]li.vj. Eſſet tamen de mē
te iuris ſecundum Hoſti. ꝙ religioſi non habentes po-
pulum nullum corpus extraneum ſepelirent, niſi for-
ſan apud eos hoſpitatus,& inteſtatus decederet, vel xvj.
q.j.c.j.& c.alia.Habentes vero populum hos admittere
poſſent.xvj.q.j.§.his omnibus,& de his loquuntur iura.
5 ſ̃.de ſepul. ſecundum Hoſt.[ *Benedictum*] ad†differentiā
loci religioſi, Inſti.de rerum diui.§.religioſum. [*Certis*]
octauum.[*Volunt*] nonum.[*Certum numerum*] ſpirituale
in prædictis,alias contra.ſ̃.de inſtit.c.j.[*Laicorum*] ſ.con-
uerſorū,de quibus.j̃.de elec.ex eo quod,li.vj. [*Nec non*]
decimum.[*Lampadarum*]de his.ſ̃.de offi.cuſto.c.j.[*Acre
ſiduum*]xj.& hoc omnibus eſt cōmune.xviij.q.ij.hoc tā
tum.vnde dicit Inn.ſe non videre,quo iure hæc alicubi
poſſint. facit.x.q.iij. qa cognouimus, & qđ ibi no. [*Nec
permittunt*]xij.[*Suis*]clericorum ſeculariū.& hoc facie-
bant cauſa oblationum [*Eos*]xiij.[ *Quotidianis*] quaſi fa-
6 miliarib.& ſine nota [*Oblationes*]gratuitę,†feriales,quas
religioſi recipere poſſunt.debitæ.n.& ſolemnes eccleſiis
ſecularibus debētur.xvj.q.ij.ſtatuimus.xviij.q.ij. qui ob-
lationes, ſecus in donationibus inter viuos, vel cauſa
mortis.quod dic,vt.ſ̃.de ſepul.de his.Quærit Ho.an re-
ligioſi decimas percipere poſſint? de hoc vide,quod di-
xi,de decimis.c.pe.[*Reſeruent*] quaſi ipſorum ſerui, non
tamen ab omnibus, nec omnes oblationes recipiendæ
ſunt,de vſu.quia in omnibus.[*Quicquid*] xiiij.[ *Nomine*]
contra. j̃. de ver. ſig. cum inter. Sol. illud in partiario,
hoc in prælato. dic ꝙ hic non negatur,quin illa conti-
neantur nomine oblationum, ſed licet ſit oblatio,non
debetur parochiali.[*Quod eiſdem*]xv.[*Abſolute*]i.per ſe,&
ſine conditione,& ſine fraude,de teſtamentis,officij,&
7 c.fi.[*Singuli*]concor.de†elec.generali, in princ.li.vj.& de
ſup.ne.præ.grandi,e.li. ſufficiebat quo ad mentem dice
re, vniuerſi. ſed iunxit hoc, vt eorum malitiis occurre-
ret,qui ad detractandum bonum obedientiæ quando-
que friuolas,licet ſubtiles occaſiones prætendunt,vt pa
tet,de reſcri.eam te. & ideo ſi hoc non adiunxiſſet, for-
ſan aliquis prætenderet ſe non cōprehendi,quaſi aliud
ſit ius vniuerſitatis, aliud ius ſingulorum. xij. q. ij. qui
manumittitur,ſecundum Hoſti.qui per hoc in priuile
gijs,inſtrumentis, & literis non poſſe nimis ſpecificari
ſpecificanda ad malignorum ſophiſticam interpreta-
tionem tollendam,de decimis,ad audientiam, de pri-
8 uile.in his.[*Deſiſtatis.*]ſi † pro prædictis latæ ſint ſententię
tenent,licet male faciant prælati.Innocē.& de hoc ſunt
puniendi,de priui.quanto,& ca.dilecta, de ſenten.excō.
ſacro.& hoc verum,niſi obſtet exemptio, vel ſaltem pri-
9 uilegium,de priuile.c.j.li.vj.¶ † In glo.ij. [*ibi inuita.*]dum-
modo nil fiat in fraudem,de teſta.officij, Hoſt. ¶ In glo.
vl.[*ibi,debent.*] hodie ſecus in prædicatoribus, & mino-
ribus per decre.Bonif.ſuper cathedram,innouatam per
concil.Vien.de ſepul.dudum.

ADDITIONES.

a ¶Morte.Simile quòd dic tur de filioſa.in c.licet,de ſepul.li.6.
b ¶Pactum.Ibi vide Ioan.And.poſt Ioan.Mo.& Arch.& in c.certificari,
in.j.q.de ſepul.

*SVMMARIVM.*

1 *A religioſum prædicatorum,& minorum grauaminibus. xii.præla
tos abſtinere præcipitur,& quæ ſint,nu.ſequentes lege.*
*Prædicatores præmittuntur minoribus,quia antiquiores.*
*Ab vtriſque prouenit vtilitas eccleſiæ vniuerſali,pares ſunt pau-
pertate,& qu.,nu.2.*
*A quibus cauere debent,nu.2.*
2 *Paupertatis ſtatus approbatus ab apoſtolica ſede.*
3 *Capitula clericorum quibus alijs nominibus ex diuerſitate loco-
rum appellentur.*
*Minorum prælati cuſtodes appellantur.*
*Prædicatorum quo nomine.*
*Epiſcopis prouinciæ religioſorum prouinciales & miniſtri fidelita-
tem non præſtant, excipitur tamen.*
4 *Ad proceſſionem cum clericis ſecularibus religioſi quibus caſibus
venire debeant.*
5 *Fulminare ſententiam quis dicatur.*
*Excommunicari qui religioſorum poßint & quando a prælatis.*
6 *A decimis ſunt exempti religioſi,& quibus hic, non Iudęi.*
7 *Prælatum ſuum eligere ſibi habet quælibet congregatio.*
8 *Additio gloſſarum.*

## CAP. XVII.

1 NImis praua. Ponit.xij. †prædicato-
rum, & Minorū gra-
uamina, à quibus prælatos præcipit abſtine-
re.ij. ibi, Quocirca.[*Prædicatores.*].hi ſemper
prçmittuntur, quia antiquior fuit ipſorum inſtitutio,li
cet parum,infra de priui.in his, de elec. quorundam,de
pac.cap.primo,infra eod.c.vno.lib.vj.[*approbaſſe.*]ex qui
bus euidens vtilitas prouenit vniuerſali eccleſiæ, infra
de reli.do.capitu.vno.§.ſane,libro ſexto.[*arctiſſima.*] ſunt
ergo prædicatores pares Minoribus in arctiſſima pau-
pertate, ſuper quo vide nouam conſtitutionem domi-
ni noſtri,quia quorundam, circa med. ver.nec hoc, &
2 ver.ſequentibus. [*Paupertate.*] errant†ergo, qui ſtatum
paupertatis damnant, quem ſedes apoſtolica approbat
etiam cum mēdicitate. Dicitur autem arctiſſima,quia
nec poſſeſſiones habent,nec reditus,ſed ex ſolis eleemo-
ſinis ſuſtentantur,quorum ſtatum dicit Hoſt. perfectū,
dummodo caueant,ne furentur.i. ne vſurpent ius paro-
chiale, vel alienum publice,vel latenter, aliter non di-
mittitur peccatum,infra de re.iur.peccatum, cum ſuis
concor.[*Synodos.*]primum grauamen. [*Cogunt.*]admittē
di ſunt igitur omnes ſine delectu voluntarie venientes.
ſic.ſ̃.de his,quæ fi.à præla.cap. fi.Hoſtien. [*ac ſuis.*] ſecun
dum.[*Nec his.*]tertium, & iſta tria ſunt ſpecialia in his
3 duobus ordinibus.[*Capitula.*] loquitur † ſecundum con-
ſuetudinem Angliæ,& multorum locorum, in quibus
curia ſpiritualis aſſignat certum diem, & locum ad au-
diendos,& ſedandos clamores, de quibus ibi tunc inqui
ritur,& vocant illa capitula,quo ad temporalem iuriſdi
ctionem vocatur aſſiſia. Alibi dicitur bannum chriſtia-
nitatis.j̃.de pur.ca.c.ij.[*Fidelitatem.*] quartum grauamē.
[*Cuſtodibus.*]ſic vocantur prælati Minorum. prædicato-
res vero habent priores conuentuales, vel prouinciales.
Eſſet autem abſurdum & graue ꝙ prouinciales, vel mi-
niſtri omnibus epiſcopis prouinciæ talem fidelitatem
prçſtarent,niſi dicatur, ꝙ imputandum ſit limitātibus,
& ſic nihilominus obedientiam facient cuique epiſco-
po quo ad illa, quæ ad ſuam diœce. pertinerent. ſecun-
dum Hoſtien.qui remittit de his,quæ fi.a prę.paſtoralis,
de ſepul.capi.j.de iure patro.querimoniam. [*Eis.*]v. gra-
uamen. [*Proceßionaliter.*]ſpeciale.aliter contra.de priuil.
4 cum olim.ij. [*Leui*†*cauſa.*]quaſi a cōtrario ex magna cā
teneantur ire,puta in nouo introitu epiſcopi, vel legati,
imminente peſte,vel flagello, vel ad generales letanias
ar.xxiij.q.iiij.non poteſt.xvj.q.j.reuertimini, de con. di-
iij.rogationes.[*Excommunicationis.*]vi.grauamen. [*Benefa
ctores.*]vt ſic cogantur vel propter penuriam domos de
ſerere,& exire,vel prælatorum mandatis obedire. & di-
cit Innocen. quod hoc non eſt ſpeciale in his,ſi prælati
illos excommunicaſſent pro eo,quòd ipſos religioſos ex
communicare non poſſent.j̃. de priuile.quanto.dicit au
5 tem†Hoſt.ꝙ ille dicitur ſententiam fulminare,qui pro-
fert illam ſine cauſa,vel ex iniuſta cauſa, vel ſuo ordine
non ſeruato,de ſenten.excom.capit.j.lib. vj. [*Et idipſum.*]
vij.grauamen.& dic.ſcilicet excommunicationem.Ex-
communicari.n.poſſent a prælatis, dum alias delinque-
rent,cum non ſint per ius commune exempti.Sed con
tra indulgentias ſuas non debent excommunicari, vt
hic ſecundum Innocen.[*amouere.*] etiam de facto & vio
lenter,quod non licet,de reſti.ſpol. cōquerente.[*ad hoc.*]
viij.[*Inhibentes.*]de hoc dic hodie,vt infra eo.capi.vno,li.
vj.cuius tranſgreſſores hodie ſunt excommunicati per
concil.Vien.de pœnis,cupientes,in prin.[*Tam in.*]ix.gra
6 uamen.[*ab eis.*]x.[*Necnon.*]xj.[*Prouentus.*] loco†oblatio
num æſtimatarum,quas facerent chriſtiani,ſi in eis ha-
bitarent,& dicit Innocē.hoc non eſſe ſpeciale in his fra
tribus, cum illud tantum in Iudæis obtineat, de vſuris
quanto.Sed Hoſtien.dicit, quòd hoc poteſt eſſe verum
quo ad perſonales.in realibus vero ſit hoc ſpeciale priui
legium iſtorum duorum ordinum quo ad ipſorum do
mos,& habitacula,in aliis.n.ſecus, ſupra de decimis,cō
miſſum.[*Et vt ipſos.*]xij.quod poteſt diuidi in duo [*Tota
liter.*]quòd nō licet illis,quia licet exempti non ſint,ſunt
tamen in multis priuilegiati, ſecundum Inn. [*arbitrio.*]
7 cum tamen†quælibet congregatio habeat ſibi prælatū
eligere,de elec.cap.j.[*Quocirca.*]expone hæc verba,vt dixi
8 ſupra cap.prox.¶†In glo.j. [*in fi.*] & de ma & obe. ꝙ ſu
per his.vide ad ſolutionem contrarij,quod ibi dixi ſuper
j.glo.ver.exemptus etiam. ¶ In gl. ij.[*in fi.*]ſed iſtud ſolū
non ſufficeret, vbi exempti, vel priuilegiati non eſſent,
ad hæc,infra de priuile.cap.j.in fi.libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictum violans iuriſdictione,clauiumque poteſtate ſe priuat,
& quando incurrat irregularitatem,nu.3. & nu.10. qui com-
pulit non ſeruare incidit excommunicationem, nu.4.*
2 *Claues qui contemnere dicantur.*
3 *Irregularitatem quibus modis quis incurrere dicatur ex officijs &
miniſterijs eccleſiaſticis.*
4 *Peruerſio ſeu corruptio iudicij eccleſiaſtici quibus fiat modis.*
5 *Priuatio quandoque fit ſine culpa,ſed non ſine cauſa.*
*Sententia generalis multis caſibus fertur & quibus.*
6 *Petitio quoque generalis admittitur,& quando, & ſi fiat,ſpecifi-
canda eſt in proceſſu.*
7 *Suſpenſus quæ facere,& acquirere non poſſit.*
*Iterum ſuſpenditur.*
8 *Excommunicatus adhuc excommunicatur.*
9 *Ex manuum extenſione in res tantum clericorum an ſit excom-
municatus.*
10 *Epilogus,& additio gloſſarum.nu.11.*
*Compellens grauius peccat quam compulſus.*
12 *De ſepultura tempore interdicti,de ſepulto eodem tempore in cœme
terio relaxato poſtea interdicto & de ſepulto extra cœmiterių,
remiſſ.*

CAP. XVIII.

1 TAnta. C. †Violans interdictũ iuriſdi-
ctione, & clauium poteſtate ſe
priuat. Et primo ponit, & aggrauat cul-
pas epiſcopi. ſecundo ibi, licet, recitat ceſ-
ſionem ipſius, & culpas fautorum, & irritos decernit
actus, quos poſt interdicti violationem exercuit iij. ibi,
Quia vero, punit fautores, qui beneficia receperant,
qui interdictum violauerant, & qui illud ſeruantes op-
preſſerant, & eos citari vult ad curiam. [*Deſpexerit.*] con
2 temnit † claues, qui ſpiritualem ſententiam violat, vel
alios violare compellit, qui ſe communioni fidelium
ingerit, maxime contra ſuperioris præceptum, de cle.
excommu. mi. illud, eodem titu. ſi celebrat, in fi. Item
qui per annum in excommunicatione perdurat, de pę.
capitu. fina. de hæreti. excommunicamus, ſecundum
Hoſtien. [*Claues.*] dixit, ſupra Clauis, in ſingulari. de hoc,
xx. diſt. §. j. & remiſſ. dedi, de ſum. Trinit. firmiter. §. vna,
in fi. [*Ab initio.*] animo obediendi, non deliberandi. de
3 hoc. ſupra de reſti. ſpol. olim. iij. [*Violauit.*] in ſuo † offi-
cio, ſicut prius. vnde irregularitatem incurrit, etiam
a ſi ſit in minoribus ordinibus[a] tantum, puta offerendo
in miſſa calicem, vel vrceolum, vel aliud, quod ad of-
ficium ſuum ſpectet, ſiue dicendo matutinum, vel ve-
ſperas, ſicut prius. xj. quæſtione iij. ſi quis epiſcopus in
conſilio, & capitu. epiſcopus presbyter, in fi. Quid ſi
intereſt diuinis officiis, nunquid hanc irregularitatem
incurrit? Reſpon. non, quia non inuenio hoc iure cau-
tum, ſecundum Innocentium, vnde poteſt legere pſal-
terium, vel docere euangelium, vel etiam nouum &
vetus teſtamentum docere in terra interdicta, ſicut &
prædicare, infra de ſententia excommunicationis. Re-
ſponſo, ſecundum Innocen. Sed contra, quia qui diui-
na officia celebrat, vel ſe celebrationi ingerit diuino-
rum, irregularitatem incurrit, vt hic innuit, & eſt ex-
b preſſum, ſupra de cle. excommu. mini. illud.[b] §. fi. & de
re iu. cum æterni. §. ſciturus. Sol. ſecundum Hoſtien. il-
lud poteſt intelligi, quando minor presbytero ingerit ſe
diuinis in ſuo officio, ſicut prius, vt præmiſi, vel refert,
vtrum ingerat ſe audiendo diuina officia ex quadã ſim
plici deuotione, vel alias non contemnendo, & tunc
non eſt irregularis, & ſic intelligas, quod prædixi. In-
nocen. aut contemnendo, & faciendo celebrari diui-
na, ſiue auctoritatem prębendo, & tunc irregularitatem
incurrit, vt hic, & in d. cap. illud. §. fin. Ipſe enim contem
ptus maxime auctorizabilis hanc irregularitatem indu
cit, argumen. ſupra de cle. excommu. mini. cap. primo.
Reſpon. j. ver. & ipſe. §. illico, & hoc etiam notauit mens
iſtius verbi, violauit, nam quandam violentiam innuit,
argumento, ff. de procura. quæ omnia. Quid de officiis,
vel miniſteriis, puta magiſter ſcholarium exercet offi-
cium ſuum, & ſic de aliis, ſecundum Innocen. forte ir-
regularis eſt. Tu dic ſecundum Hoſtien. & ſpec. quòd
non eſt irregularis, quia non competit hoc ratione of
ficij ordinis, vt patet in eo, quod no. & legitur, de hære-
ti. ſi aduerſus. §. fi. peccat enim grauiter & puniendus eſt,
ſicut laicus excommunicationem contemnens, ſupra
de cle. excommu. mini. cap. ij. reſpon. j. §. fi. ſecundum
Innocen. Imò & plus, quia ratione gradus & dignitatis
eccleſiaſticæ certum eſt ipſum plus peccare. xl. di. homo
Chriſtianus, & patet in eo, quod leg. & no. ſupra de vi,
& hone. cle. vt clericorum. §. j. quid ſi benedicat menſã,
non videtur irregularis, cum hoc nulli ordini deputa-
tum ſit, argumen. xliiij. d. ca. fi. Secus videtur in benedi-
ctione aquæ, quia illa fit cum ſolennitate, & ordini eſt
annexa ſecundum Innocen. de conſe. diſtin. iij. aquam.
Quid ſi abſoluit excommunicatum, vel aliquem excõ
municat, non eſt irregularis, quia hoc non eſt ex ordi-
ne, ſed ex iuriſdictione competit. ij. quæſtione j. nemo,
& melius ſupra de elec. tranſmiſſa, ſupra de ma. & obe.
cum inferior. Secus enim ſi ſolemnia abſolutionis ex-
hibet, puta dicit pſalmum pœnitentialem, & oratio-
nem cum ſtola, introducens excommunicatum in ec
cleſiam, & ipſum ſolenniter reconciliat, argumen. in-
fra de ſententia excommunicationis, nuper, in fi. xj. quæ
ſtione ij. debent, & capitu. ſequen. ſecundum Innocen.
ante reconciliationem non eſt communicandum ta-
liter abſoluto, nec per minorem presbytero fieri poteſt
reconciliatio ipſa. & hoc ſequitur ex prædictis verbis
Innocen. ſecundum Hoſtien. ex quibus elicere potes,
quòd hæc abſolutio ordinis eſt, & ideo irregularitatem
inducit, vnde patet, quòd quicunque excommunica-
tus presbyter hanc reconciliationem facit, irregularita-
tem incurrit, cum & ordini ſit annexa. & probatur hoc
in eo, quod leg. & nota. ſupra de vi. & hone. cle. quo-
niam. §. fi. infra de ſententia excommunicationis cum
deſideres §. primo & capitu. a nobis. ij. §. penulti. & hoc
etiam no. expreſſe Innocentius, ſupra de conſu. quanto
reſpon. j. ante finem. Quid ſi diaconus, vel acolytus
dicat epiſtolam ſine apparatu, ſicut eſt in aliquibus ec-
cleſiis conſuetum? Reſpon. non eſt irregularis, quia
non facit hoc tanquàm officians in ſuo ordine. Secus,
ſi etiam, quod minus eſt, faceret tanquàm acolytus, vel
exorciſta, lector, vel oſtiarius tanquàm in ſuo officio,
xxiij. diſtinctio. acolytus, & tribus capitulis ſequen. vn-
de dixit Innocen. quòd irregularis eſſet in illis eccleſiis,
in quibus conſuetudo habet, quòd ſolus ſubdiaconus
dicat epiſtolam. Si vero facit, quæ a iure, vel conſtitu-
tione, vel conſuetudine non ſunt alicui officio deputa-
ta, vt legere lectiones, cantare reſponſoria, vel ſimilia,
non eſt irregularis. Plus dicit Innocen. quòd ſi conſue-
tudo eſt in aliqua eccleſia, quòd ſine diſtinctione ordi-
nis quiſque faciat aliquid pertinens ad aliquod offi-
cium, vt dictum eſt de epiſtola, cereo, vel vrceo por-
tando, id faciens irregularis non erit. Quid de clerico
ſimplici? Secundum illos, qui dicunt, quòd non eſt
ordo, nullam irregularitatem incurrit. Secundum ve-
ro illos, qui contrarium aſſerunt, contrarium dices,
etiam ſi in officio ſuo cantet. xxiij. diſtinctio pſalmiſta,
quia vltimam opinionem ampiector, vt patet in eo,
quod le. & nota. ſupra de ęta. & qualita. cum contingat,
& ſic etiam poteſt intelligi, quòd clericus homicida nõ
legat lectionem, nec reſponſoria in choro ſeparatim
cantet, licet alij dicant propter terrorem criminis hoc
inuentum fuiſſe, vt ſupra de homi. ſicut dignum. §. fi.
& hoc placet Innocen. De materia huius glo. hos ſcili-
cet caſus & plures ſimiles vide in ſpecu. de lega. in trac.
diſpen. §. iuxta propoſitionis. b. ver. hoc etiam no. cum
ver. ſequen. vſque ad ver. ſcandalum. & adde, quod di
xi de cle. excommun. ſi celebrat. in. ii. glo. [*Compulit.*] ho
4 die † tales compellentes excommunicati ſunt ipſo iure,
nec abſolui poſſunt ab alio, quàm a papa per concil.
Vien. de ſententia excommunicationis, grauis ad nos.
[*Terroribus.*] his modis peruertitur iudicium eccleſiaſti
cum. xj. queſtione iij. quatuor. [*Atroces.*] inſtit. de iniur.
§. atrox. infra de ſententia excommunicationis cum
illorum; ver. nos tamen. [*Spolians.*] de his dic hodie,
vt infra de ſententia excommunicationis, quicunque. li-
bro ſexto. [*Ea.*] beneficia ſcilicet & bona. [*Fautoribus.*]
corrumpebat iſte bonos metu pœnarum, & confor
tabat malos exhortatione præmiorum, cum contra
rium fieri debeat. ff. de iuſti. & iur. l. j. Hoſtiẽ. [*Recognouit.*]
ſimile de cle. excommuni. mi. illud, & de elec. per in-
quiſitionem. [*Temeritate.*] licet compulſi, quia parere
non debuerunt, vt dictum eſt, vel loquitur de his, qui
malefaciendi libidine peccauerunt non compulſi, &
hoc quo ad priuationem primorum beneficiorum. Di
cit Hoſtien. quòd primus intellectus verior, ſecundus
5 benignior. [*ſine cauſa.*] q. d. interdum ſine † culpa, ſed ex
cauſa priuari poſſunt, de reg. iur. ſine culpa, cum ſuis
concor. [*Auctoritate Dei.*] ſi. ſupra de dolo & contu. veri-
tatis. [*Omnem inſtitutionem.*] no. generalẽ ſñiam ferri poſ-
ſe, ſicut eſt hoc videre & s. de do. & cont. veritatis. §. fi. ſic
quicquid actum eſt ↄ. formam, pronunciat irritum
& inane.



& inane. s. de reſcriptis. cum dilecta. §. fi. & quicquid ſe-
quitur ex eo, vel ob id. ſupra de elec. qualiter, ſupra de
procur. auditis. ſic & omnia reducuntur in ſtatum tem-
poris appellationis emiſſæ. s. de appel. bonæ. §. fi. ſic iura
epiſcopalia epiſcopo adiudicantur, ſupra de offi. or. con-
querente, ſupra de excep. cum venerabilis. §. quia vero.
6 Ex his † poteſt colligi, quòd quandoque generalis peti-
tio admittitur. nam petitioni debet ſententia reſponde-
re, ſupra de ſimo. licet Heli. §. j. in fi. & hoc etiam euiden
ter probatur, ſupra de reſti. ſpo. cum ad ſedem, vbi vide
in glo. no. libellum, ſupra de ordi. co. cum dilectus, quod
poteſt intelligi generaliter, vbi generaliter petitio for-
matur, & admittitur, vbi nihil poteſt ſpecificari, vt In-
ſti. de offi. iudi. & de accu. §. præterea, & ar. C. de ſenten-
tiis, quæ ſine cer. quan. proferuntur. l. ij. dummodo po-
ſtea hoc exprimat in proceſſu, argu. ff. de rei ven. quædã,
ff. quorum lega. l. j. §. qui autem. Inſti. de act. §. curare, ſe-
cundum Innocẽ. de qua materia dic, vt plenè no. ſupra
de elec. querelam. §. j. & de libel. obla. capi. ij. & iij. ſecun-
dum Hoſtien. [*Collationes.*] no. ſecundum Innocẽ. quòd
7 † poſtquàm quis eſt ſuſpenſus, non poteſt dare præben-
das, nec aliquem deſtituere. idem forte ſecũdum eum
in aliis ſpiritualibus, ſicut nec eis conferri poſſunt, nec
valet facta collatio, de cle. excõ. mi. poſtulaſti. de æta. &
qua. cum bonæ, etiam ſi occulta ſit ſuſpenſio, quaſi ta-
lis capax non ſit ſecundum Hoſtien. qui remit. de ordi.
ab epiſcopo, qui re. capitu. primo & ij. & de cle. excom.
mini. propoſuit. In aliis non ſpiritualibus ſecus, vt no-
ta. de elec. nihil, ſecundum Innocen. Hoſtien. remittit
de dolo, & contu. veritatis, ad finem. [*Hac occaſione.*] ma
xime, quia idem ex quacunque alia cauſa, cum eſſet in
habilis ad ferendum. [*Aliis.*] poſſet hic intelligi de his, q
ſponte obedierunt epiſcopo. de hoc dixi ſuper ver. teme
ritate. [*Suſpenſos.*] ad noſtram præſentiam &c. quod eſt
infra. alia litera habet ſuſpendas, & hoc contradicere vi
detur ei, quòd ſæpius dictum eſt, iſtos eſſe ſuſpenſos. Sed
8 † dicebat Hoſtien. qnòd hic iam ſuſpenſus ſuſpenditur, ſi
cut excommunicatus excommunicatur, de hoc de Iu
dæis, ita quorundam. & glo. dicit, quòd ad factum re-
9 fertur. [*Et res.*] copulatiuè dicit, quia ratione † rerum tã-
tum non eſſet quis excommunicatus. de hoc, de foro
compet. conqueſtus. vel forte propter exceſſum inten-
dit papa, quòd occupatores rerum tantum mittantur
ad curiam. Hoſtien. [*Temerarias.*] & ſi non violentas. in-
10 fra de ſenten. excommunica. contingit. j. ¶ † Glo. no. ꝙ
no. violantem interdictum non poſſe beneficia confer
re, vel excommunicare. ponit opi. Io. cui opponit, &
pro illa alleg. contrariam decre. ſi celebrat, cui reſpon-
det. ſecundo ponit ſecundam cauſam nullitatis ex par
te recipientis collationem, ponens etiam quorundam
lecturam, cui reſiſtit. tertio ponit tertiam cauſam ex
parte deſtitutorum. quarto proſequitur primum dictũ,
interferens an interdicto loco homines loci ſint inter-
11 dicti. ¶ † In gl. iij. [*in fine.*] dicebat Goff. quòd compellens
peccauit grauius, quàm compulſus. lxxxvj. diſtin. tanta.
xxiiij. quæſtio. iij. qui aliorum. xj. quæſtio. iij. qui reſiſtit.
¶ In glo. no. quòd [*ibi, locus enim.*] quod ſequitur, fuit ad-
12 ditio a tempore Innocen. quod autem † hic dixerit, &
Hoſtien, poſt eum de ſepultura tempore interdicti, dicã,
infra de pœni. & re. quòd in te. Et quid de ſepulto tem-
pore interdicti in cęmeterio relaxato poſtea interdicto,
no. infra de ſenten. excommu. ſi ciuitas, li. vj. in glo. pen.
Quid verò notent de tunc ſepulto extra cœmeterium,
vide de ſepult. eos qui, in concil. Vien. in gl. ſed qui ſunt.
[*Et ibi, poteſt.*] quia nec obediens, vel inobediens dici po-
teſt, imò ſicut nec res etiam animata carens ratione, ff.
ſi qua. pa. fe. di. l. j. §. j. Hoſtien. [*& ibi, illius loci.*] hoc non
eſt ſimpliciter verum, vt patet, infra de ſentent. excom-
mu. ſi ſimilia. ij. reſpon. lib. vj. [*& ibi, cum medicinalis.*] lib.
vj. de hoc, ſupra de cle. excom. mi. clerici eligere, infra de
ſenten. excommu. is qui, in fi. lib. vj. [*& ibi, ſuſpendas.*] vi
de, quod dixi in tex. ſuper ver. ſuſpenſas. [*& in fi.*] vt pa
tet, infra de ſenten. excommu. is qui, in prin. li. vj. quæ de
cre. j. & ij. reſpon. determinat hic no. per Innoc. & Hoſt.

ADDITIONES.

a ¶Ordinibus. Vide infra de cle. excom. in c. 2. & per Io. And. & ibi ſunt
remiſſiones.
b ¶Illud. Ibi vide Io. An. & ibi remiſſiones ad materiam.

## ¶De noui operis nunciatione. Rubr.

¶Viſo de exceſ. prælatorum in ſubditos, videndum eſt
de exceſſibus ſubditorum in contemptum iuris, vel præ
toris.

*SVMMARIVM.*

1 *Aedificatum quod eſt poſt denuntiationem noui operis, demoliri de-*
*bet conſtruens expenſis ſuis, & an id ſit perpetuum, numero*
*3. & 6.*
*Dubitandi ratio quæ.*
2 *Canones quibus caſibus obſeruandi, non leges, ab imperialibus tan*
*tum legibus adiuuantur, & quibus mixtim quando in utroque*
*foro allegentur, & quando canon legi præferatur, nu. 5.*
*Eorum ancillæ ſunt leges.*
*Legum miniſtris imperat eccleſia.*
*Leges, vel ſtatuta laicorum quæ eccleſias, vel perſonas eccleſiaſti-*
*cas non aſtringant.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum nu. 5.*
6 *Denuntiatio eſt ſimilis excommunicationi, iuncta glo. & qua de*
*cauſa, quando & cui fiat, ibid.*

CAP. PRIMVM.

1 INtelleximus. Caſus. Qđ † ædifica-
tum eſt poſt denunciationem noui
operis, demoliri debet expenſis cõ
ſtruentis. hoc dicit, iſtud capitu. & ſe
quens. deciſa conſultatio. & ipſius
reſponſio ibi. Quia vero. erat autem
in ſecunda compil. hęc decre. ſub tit. de ec. ædi. [*Cipriani.*]
ex parte vna. [*Eccleſiæ.*] dicto priori ſubiectæ. [*Clericis*]
de Rodigio. [*Conſtructa.*] poſt denunciationem noui ope
ris. [*Et infra.*] continebat deciſa, quòd prior allegabat
ædificatum poſt denunciationem demoliri debere, &
inducebat leges hoc dicentes. epiſcopus dubitauit, cum
hoc non inueniret in canone, an eſſet ſeruandum ma
xime in demolitione eccleſię. conſuluit papam. [*Imi-*
*tari.*] vbicunque † agitur de peccato, de præſcrip. capit.
2 fi. vel de interpretatione fidei, vel legis diuinæ, vel diuer
ſarum opinionum. C. de ſum. Trini. l. fi. qui fi. ſint legi.
per venerabilem, de reſtit. ſpol. ſæpe, de reſcript. ſuper li
teris, infra capitu. penul. & vlti. de teſtamentis, Rainu-
tius. & capitu. Rainaldus. Et vbi deficit ius ciuile per. l.
quam alle. finis glo. C. de no. C. com. ad idem de Iuſti.
Cod. cõp. l. vna. §. ſi quæ vero, ibi, ſi vero pro certis capi-
tulis &c. cum & tunc ſecundum. l. ſit ad ſimilia, vel con
ſue. recurrendum. ff. de legi. non poſſunt. & l. ſequenti, &
l. de quibus. & l. ſi de interpretatione. fortius ergo ad ius
canonicum recurrendum eſt, cum ſit auctorizabilius,
quàm conſuetudo, vt patet. xj. di. quis neſciat. & c. eccle-
ſiaſticarum, & per totum, & ſequentibus diſtinctioni-
bus vſque ad. xxiij. Hoſtien. [*Adiuuantur.*] quaſi ſint ancil
læ canonum. nam & miniſtris ipſarum imperat ec-
cleſia, vt patet ratio de ma. & obe. ſolitæ, & ex eo, quod
dixi. s. de iudi. qualiter. intelligitur autem hoc de legibus
imperialibus, quę per eccleſiam ſunt in talibus appro-
batę, alias leges, vel ſtatuta laicorum eccleſias, vel perſo
nas eccleſiaſticas non aſtringunt. xcvj. di. bene quidem,
de conſtit. quę in eccleſiarum, & c. eccleſia, de re. ec. nõ
alie. c. vlt. ſecundum Hoſt. [*Iure.*] ſ. quia alias competebat
illi ius ædificandi. [*Iniuria.*] quia his non competebat

ius ędificandi. Ab.[*Debet.*]ideſt iubetur.Hoſt.[*Demoliri.*]
3 de ædificato†ante ſatisdationem poſt denunciationē.di
xi ſatis in ſpe.eod.tit.§.j.in fi.[*Et canonum.*]no.pro libello
ſic formato.Quare peto illum ſecundum leges.& cano
nes condemnari,vel ſecūdum leges & ſtatuta,& eſt idē
4 ver.iij.q.ix.dignum. ¶Secunda † glo.no. leges &c.alle.
quatuor can. In contrarium alle.duos, & ſoluit.¶Glo.
iij.& primam,tertiam,& quartam ſequen. cap. recitare
ſoleo per modum ſummæ.ſic.ſ.ex his glo.& his, quæ ad
dam circa denunciationem noui operis, videndum ad
quæ opera pertineat,quare fiat,qs poſſit facere, cui fiat,
qualiter fiat, quomodo tollatur, quis ſit eius effectus.
5 ¶In†glo.ij. [*ibi,ex antiquis.*] ſupra de arbitris. dilecti.ſ̃.de
cauſa poſ.capitu.ij.& cap.paſtoralis.j̃. de ſenten.excom-
mu.in audientia.j̃.de conceſ.præben.cap.j.& pe.li.vj.de
hæreti.vt inquiſitionis,& capi.cum ſecundum.eo.lib.&
Clemen.de iudi.dudum,de re iud.paſtoralis.facit. C. de
epi.& cle.aucto.cauſa.[*Et ibi,nemo.*]ij.quæſtio.vj.non ita,
de appel.ſuper eo.ij.de præſcrip.vigilanti.& cap.fi.& eod.
titu.c.ij.li.vj.[*Et ibi dicas.*]ſecundum.T.Dicebat Ab.vbi le
ges non contradicunt canonibus, mixtim allegentur
in vtroque foro, ar.de fide inſtru.paſtoralis. ſi contra-
dicunt expreſſè, ſi poteſt lex ſine peccato ſeruari, ſerua-
bitur illa in ſuo foro, & canon in ſuo, de teſta. cum
eſſes.& capitu.relatum,de arbitris.c.ij.lib.vj.Si verò pec-
catum inducit lex, indiſtinctè ſtatur canoni, de præſcri
pti.cap.fi. Si verò contradicunt, ſed non expreſſè,ſtatur
in vtroque foro ei, quod in altero eſt expreſſum. pone
exemplum hic,& infra ca.pe.& vlti.de teſta.Rainutius,
& cap.Rainaldus,ad hoc qui fi. ſint le. per venera. circa
fi.[*& ibi dicitur.*]& xv.quæſtio iij. §. cum autem, in fi.x.
di.quoniam.xcvj.di.cum ad verum.& xxix.quæſt.ij.ſi qs
ancillam,& in ſpe.de diſpu.§.porrò, ad fi. ¶In glo.hoc
ſumptum. [*ibi,excommunicationi.*] & vtriuſque eadem ra-
6 tio. In†denunciatione auctoritas prætoris. In excom-
municatione auctoritas eccleſiæ,& cenſuræ,& vt magis
timeatur.[*Et ibi,cuicunque fiat*] & quocunque die.ff. eod.
l.j.§.item nunciatio.[*& ibi,intelligi*]Hoſtien.de hoc ple-
ne in ſumma.e.tit.§.cui fiat,& §.pe.& vlti.& vide in ſpe.
eod.tit.§.j.in fi.Dixit Innocen.j̃.cap.proxi.quando nun-
ciatur abſenti ædificatum, ante ipſius reuerſionem de-
molitur expenſis denunciantis, ædificatum poſt expen-
ſis nunciati per prælle.§.ſi quis.¶In glo.vlti. [*in fi.*]vt.j̃.
titu.j.cum olim.ij.& eod.titu.auctoritate, libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Nouum opus mandatur deſtrui & irritatur quicquid ex illo ſecu-
tum erat,etiam factum a prædeceſſore noui operis denuntiatio-
ni quando ſit locus,num.18.an iuramentum exigatur & a quo,
ibid.& cui fiat,nu.19.cui competat nu. 20. eius remiſſio quan-
do & cui fiat,nu.21.*
*Lemech ubi locorum.*
*Hær s ſuccedit in denuntiationem,non in pœnam,& quando ſit ve
rum,nume.17.*
2 *Ad reditus canonicorum poteſt epiſcopus etiam de conſenſu capitu
li eccleſias deputare.*
*Iuramentum pluribus de cauſis præſtatur.*
3 *Sequela etiam idem iuris recipit,quod principale,& nu.16.*
*Deſtructio ſi fiat eccleſiarum,ciuitatum, vel aliorum locorum pu-
blicorum,vel priuatorum,quo caſu clericus,vel municeps illius
loci deinceps uocari quis debeat,& nu.4.*
4 *Ad translationem,uel unionem nomina, & priuilegia,& non ro-
gationes perſonarum,& alia retinentur.*
5 *Canonicorum maiorum etiam pars quo caſu teneatur conuenire
ad locum tutum & congruum cum his, qui foris ſunt.*
*Si eorum quis ob priuatas inimicitias non audet accedere ad alios,
conſtituit procuratorem quem malit.*
6 *Abſentes à quo uocandi,& ſi non ueniant uocati, ualet quod fit a
præſentibus.*
*Eorum præſidentes & reſidentes quæ per ſe poſſunt expedire,non
uoc tis abſentibus,in fi.*
7 *De uniuerſitate ſeculari qui uocandi.*
8 *De eius ſingulorum iure ſi tractetur, procurator uniuerſitatis po-
teſt,& ſingulorum conſtitui,& utrorunque debet conſtitui pro
curator,alias non audietur unus tantum uel uniuerſitatis,uel ſin
gulorum.*
*Vniuerſitatis procuratorem, an ſindicum, an actorem ſi appelles,
non refert.*
9 *Poſſeßionem non amittit qui exit domicilium, ab hoſtibus captus
non retinet,ſi res occupentur.*
*Cantuarienſis eccleſia regularis,& abundans.*
10 *Peccatum mortale quando omißio,ſicut commiſſio inducat.*
11 *De ſcandalo uitando,uel non uitando quot regulæ.*
*Carnium eſus indifferens.*
12 *Per ueh,quid ſignificetur.*
13 *Puſilli qui dicantur.*
*Iuſtitia uerißima illa,quæ circa inferiores ſeruatur.*
*Innocentiæ triumphus quis.*
14 *Finis magis quam principium attendendum.*
15 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.16.*
*Principali deſtructo,& eius corruit acceſſorium.*
17 *Additio gloſſarum.*

## CAP. II.

CVm ex iniuncto. Summatū eſt, ſupra.c.
1 proxi.primo mandat†opus demoliri, & ir-
ritat, quicquid ex illo ſecutum erat. ſecun-
do reprehendit archiepiſcopum, quia non curauit ſcā-
dalum proximorum ibi, ſuper eo.tertio hortatur eum,
vt pareat ibi, finis. [*De Lemech.*] apud Londonias eſt,&
eſt ibi manerium Canturien. epiſcopi ſecundum Hoſt.
[*Nuntiationem.*]factam tibi archiepiſcopo à monachis
Canturien. [*Abſens.*] quia nec adhuc erat archiepiſco-
pus, quando denunciatio fuit facta prædeceſſori, vt pa-
tet infra,vel dic,quòd huic etiam poſtea facta fuit. [*De-
inde.*]ſcilicet poſt factum ædificium. [*Prędeceſſore.*]patet
ergo, quòd prædeceſſor iſtius hoc opus incœperat, vel
forte prędeceſſor non ædificauit, ſed canonicos, & alia
inſtituit.ſed & quamuis hęres non ſuccedat in pœnam,
ſuccedit tamen in denunciatione. Hoſtien. [*Reditibus.*]
2 forte†aliquas eccleſias deputauerat ad ipſorum reditus
ſecundum Innocen.quod fieri poteſt non ſolum per
papam, ſed etiam per epiſcopum de conſenſu capituli:
infra titu.j.paſtoralis.de don.conſultationibus, & capit.
paſtoralis, ſecundum Hoſtien. [*Iuramenti.*] forſan fide-
litatis,infra de verborum ſignifi.cum clerici. vel ſecun-
dum Innocen. reſidentiæ faciendæ, de cleri. non reſi.ex
parte. [*Abſolutos.*]de elec.venerabilem,ad fi.& forte pro
pter dubium iuramenti præmiſit verſi. auctoritate no-
ſtra, vt ibi, vel ne videatur iure ſuo venire contra factū
ſuum, de cleri. coniu. diuerſis,ſecundum Hoſtienſem.
3 [*Vel†ob id.*]ſic ſupra,de elec. qualiter, cum ſuis concor.
& dicit Goff.quòd ex eo ſequitur inſtitutio clericorum,
ſicut ex contractu iuramentum, & pœna. ob id ſequi-
tur priuilegium, & his ſimilibus. & no.per hoc, quòd
cum eccleſiæ ciuitates, vel alia loca publica, vel priua-
ta, auctoritate ſuperioris propter peccata forſan ibi ha-
bitantium deſtruuntur, nullus decœtero debet vocari
clericus illius eccleſiæ, vel municeps illius loci,xvj.quæ-
ſtio.vij.& hæc diximus, de con. di. j. placuit. ff. quando
4 dies le.ce. ſi vſusfructus.§. fi. vbi vero auctoritate † ſupe-
rioris ad alium locum transfertur,vel vnitur, non amit
tuntur hæc.quod dic,vt no.ſupra ne ſe.va. capitu.j.ſupra
de ſta. mo. recolentes,ſupra de re.do.quia monaſteriū,
quod ſi ab hoſtibus deſtruatur, & priuilegia retinet, &
antiqui clerici nomen ſuum.vij.quęſt.j.paſtoralis.xix.q.
iij.quæ ſemel.& idem intelligitur de ciuitate, vel aliis lo-
cis profanis,ar.ff.de contrah.emp.domum, & l. æde ſa-
cra,ff.de reli.& ſumpti. fune.l.pe.ff.de re.diui.in tm̄.§.ſe-
mel aūt.ff.loca.ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis.& §.ſed
ſi iure do.& ſequen. in hoc etiam caſu prælato, eccleſiæ
vel



vel canonicis mortuis poſſunt alii ſubrogari, & alia,
quę ad vtilitatem eccleſiæ pertinent,ordinari, arg. ſ̃. de
a elec.ꝙ ſicut.xxiij.di.in nomine ᵃ domini. Quid † ſi ho-
5 ſtes,vel tyrāni,qui eccleſiam detinent occupatam,reuo
cant ad eccleſiam etiam maiorem partem canonico-
rum,alia vero pars non audet ire;nunquid,ſi agatur de
communibus tractatibus,debent intrinſeci ad locum
b tutum & congruum cum forenſibus conuenire.ᵇPuto
ꝙ ſic dummodo extra eccleſiam vtilius fieri poſſit, qđ
agitur,alioquin mittāt extrinſeci intrinſecis vices ſuas,
ar.in eo,quod le.& not.ſ̃.de elec.bonæ.j. reſpon. j. & c.
quia propter.§.illud,& de renun.ad ſupplicationē,mul-
to fortius ergo exibunt ad illos,quando minor pars eſt
præſens,& maior abſens ſecūdum Inno.ꝙ ſi aliquis ca-
nonicorum commiſerit aliquid,propter quod non au
det illuc accedere, vel alias habeat ibi priuatas inimici-
tias,nihilominus requirendus videtur,ar.ſ̃.qui ma.acc.
poſ.c.j.In hoc tamen caſu non coguntur intrinſeci exi
re ad eum,ſed ipſe conſtituat procuratorem, ſi de ſua
6 fuerit voluntate,vt ſ̃.& ar.ff.de procu.l.j.†Quando autē
canonici ſunt abſentes & diſperſi, & arguitur de aliquo
magno & arduo negocio, tunc qui maior eſt in capi-
tulo,vel ille,ad quem de conſue.pertinet,abſentes cano
nicos conuocabit,ar.ſ̃.de ma.& obe.c.j. ſ̃.de cle.non re
ſi.ca.j. dummodo ſint in loco vnde ſunt vocandi, qđ
dic,vt no.ſ̃.de elec.c.coram.Nimis autem remotos vo-
care non cogitur,nec vocati ire coguntur. Quid enim
ſi canonici in Lombardia pro maiori parte morantes
ad remotas partes Franciæ,vel Anglię vocarētur? Nō
cogeretur obedire,vel ire vocatus,ar.ſ̃. de elec. cum in-
ter vniuerſas,ſecundum Inno. Veruntamen, quicquid
dicat,ſi eccleſia reſidentia ipſius indiget; venire tenetur
ad minus, ſi iurauerit eccleſiæ, ꝙ quaſi vbique fit de
conſuet.generali. ſ̃.de iureiur.breui.j̃.de ver.ſi.cum cle-
rici.& ſi vocatus non veniat, priuari poterit per præla-
tum.ſ̃.de cle.non reſi.inter quatuor,& c.ſeq.& c.fi.ſecū-
dum Hoſt.Si vero vocati non veniant, procedant præ-
ſentes.ſ̃.de elec.quia ſicut,& c.quia propter.& vide ꝙ di
xi eo.ti.cum nobis,ſuper glo.ſed nunquid.vbi vero nul
lus eſt inter eos,ad quem hæc ſpectet conuocatio,opor
tet,ꝙ ad minus conuenāt duæ partes illorum, ad quos
ſpectet eligere,vel contractum, de quo quæritur, inire,
& illi vocabunt abſentes.quibus vocatis,ſiue venerint,ſi
ue non,procedent ad eligendum, ſeu perficiendum ꝯ-
tractum,de quo agitur.ꝙ ſi diſcordia oriatur,ſuperioris iu
dicio ſopietur.ſ̃.de elec.licet.§.fi. Præſidentes autem,&
reſidentes ea,quæ minima ſunt,vel de quibus conſuetū
eſt,per ſe expedire potuerunt abſentibus non vocatis.x.
q.ij.hoc ius porrectum.ſ̃.de ele.in geneſi.§.pe.ad fi.& c.
7 bonæ.j.reſpon.j.ſuper ver.de vi,vbi de hoc.† Sed & ſi ſit
vniuerſitas ſecularis,debent vocari omnes maiores an-
nis.xiiij.ſecundum Innocen.Sed contra in eo, quod le.
& no.ſ̃.de præben.ſuper inordinata.ſ̃.de offi.dele. cum
viceſimum.Hoſt. Vocandi autem ſunt omnes mares,
& feminæ virgines,& coniugatæ,ſiue viduæ,& minorū
tutores; ita. ꝙ ad minus duæ partes vniuerſitatis abſint
ad hoc,vt actus,de quo agitur,teneat. C. de decurionib.
nominationum,libro.x.ff.quod cuiuſque vni.nulli per-
mittitur,& tribus.l.ſequenti.& l.ſicut municipium.§.in
decurionib.ff.ad munic.filii.§.vidua, & l.ea,quæ deſpō-
ſata,& l.fi.§.iidem reſcripſerunt mulierem. Item filiifa.
ſi alibi,quam cum patre habitent. nam ſi cum patre,
tantum vocādus eſt ipſe pater.ff.ad muni.l.iij.& l.iiij.ſe-
cundum Inno.vide de præmiſſis in Spe.de ſindi.ver.ſed
cuius ętatis,& ver.quid de mulieribus,& ver.quid de ſin
dico.hoc tamen & ſi in iure ita ſcripta ſint, de conſue.
non ſeruantur,ſecundum Hoſtien.quia nunquam vo-
cantur mulieres,nec numerum conſtituunt. quinimo
& in multis locis vocantur tātum hi, per quos vniuerſi
tas regitur,quod & comprobatur.ff.quod cuiuſque vni
uer.l.ciuitates.C.de iura.calum.l.ij.§.hoc etiam.ff.de cō
dit.& demon.municipibus.ff.ad munici.municeps, ꝙ
8 ſi†agatur de iure ſingulorum,idem,qui pro vniuerſita-
te conſtituitur,vt expenſis parcatur, poteſt ſingulorum
conſtitui procurator.alias autem nec ſindicus,ſiue pro
curator vniuerſitatis audietur pro ſingulis,nec ſingulo-
rum pro vniuerſitate,ſed ad denunciationem noui ope
ris,& ſtipulationes interponendas poteſt inſtitui procu
rator.ff.quod cuiuſque vniuer.no.l.ij.& l.ſicut munici-
pium.§.ſi quid vniuerſitati,& l.fi.nec eſt vis,vtrum vo-
ces talem procuratorem,ſindicum,vel actorem, vt pa-
ter in eo,quod le.& no.ſ̃.de procur. petitio, ſecundum
9 Hoſt.& quamuis†ille,qui timore hoſtium exit domici
lium proprium,& dimittit res ſuas, adhuc animo poſ-
ſeſſionem retineat.C.de acquir.poſ.licet. Is tamen, qui
ab hoſtibus capitur,cuius res occupantur,poſſeſſionem
amittit.ff.ex quib.cau.mai.denique, & l.ait prætor.§. is
autem,ſecundum Inno.& Hoſt.[*Monachi.*] eſt enim ec-
cleſia regularis,vt patet hic, & ſ̃. de ap. dilecti. [*Dimiſe-
rint.*]hoc verum vt ſinguli.Collegium autem ipſorum
eſt abundans & pingue ſecundum Hoſtien.[*Laboribus,*]
forſan in veniendo ad curiam,de ap.dilecti. [*Prohibitis*]
vtroque iure,ſupra.c.proximo.vel fuerunt hæc prohibi
10 ta per iudicem.[*Mortali.*]hoc patet expreſſe,ꝙ†omiſſio,
c ſicut & commiſſio inducit mortale peccatum, ᶜquod
verum eſt in aliquibus,& quandoque,Hoſtien. vt eſt ſer
uare mandata de Deo adorando, & de patre honoran-
do.de ſabbato ſanctificādo, & ſimilibus, vel ſecundum
Abb.vt accipere pęnitentiam, & baptizari. [*Committi.*]
ſicut eſt adulterium,fornicatio,furtum, vſura, & ſimi-
lia,vel contra inhibitionem ſuperioris communicare
excommunicatis,quod me.cau.ſacris,de cle. ex.c. fi. ſe-
cundum Hoſt. [*Vnde.*]i.ad probandum in indifferenti-
11 bus vitandum ſcandalum.&†diſtinguas hic quatuor di
cta,vel regulas de ſcandalo vitando,vel non vitando ſe
cundum Abb. Apoſtolus.j.ad Cor.viij.g.[*Comedam car-
nem.*] hoc eſt indifferens, quia cum eſu & ſine eſu car-
nium poteſt eſſe ſalus.xlj.di.c.j.& ſeq.niſi propter votū,
vel obſeruantiam regularem, vel ſtatutū eccleſię aliud
cenſeatur.in quo etiam caſu inſtantis neceſſitatis tem-
pore diſpēſatur.ſ̃.de obſer.ieiu. c.pe.in fi.& vl.[*euangelio*]
12 Mat.xviij.& Lu.xvij.a.[*Vhe.*]i.ęterna†maledictio. Abb.
vt no.xliij.di.diſpenſatio.vnde dicitur aduerbium dole
tis,execrantis,& maledicētis,ſic.xj.q.iij.vhe qui dicitis.p
coniunctione ponitur.ij q.v. ſi mala fama; & de ſimo.
per tuas,ver. vtrumve.diſiunctiue ponitur.ff.quod quiſ-
que iur.l.j.§.j.de ſtatulibe.Stichum.§.j.ne cle.vel mona.
non minus.[*Venit.*]i.committit aliquid,per quod ſcan-
13 dalum oritur.[*Puſillorum.*]ar.†de pręben.maioribus,de
ap.c.de appellationibus. & dicuntur puſilli ſecundum
Vin. & Gof. a paupertate ſpiritus. Inde beati pauperes
ſpiritu.Matth.v.a Plato.Illa veriſſima iuſtitia, quæ circa
inferiores ſeruatur.Triumphus eſt innocentiæ nō pec-
care,vbi licet poſſe.In quem plus potes, peccare deſine.
Sene.in primo trage.Minimum decet libere,cui multū
14 licet,[*Veritatis.*]Mat.xviij.[*Finis.*]no. finem†plus, quam
principium attendendum.Inde logicus,Cuius finis bo
nus eſt,ipſum quoque bonum eſt.Et ethicus,Finis, nō
pugna coronat.de hoc.ſ̃.de renun.c.j.in fine, ſecūdum
Hoſt.Hiero.ad Furiam.c.Non quæruntur in chriſtianis
initia,ſed finis.Paulus male cępit,& bene finiuit. Iudæ
laudantur exordia,ſed finis proditione damnatur. [*Ex-
15 piari,*]concor.j̃.de pur.ca.c.inter.¶†Prima glo. obiicit,
& ſoluit,& de ſummatione ipſius, & duarum, quæ ſe-
16 quuntur proximam,dixi. ſ̃.c.j.¶ In † quinta gl.[*ibi, non
dubium.*]vide de fo.compe.ſi diligenti,ſuper vlti.glo. [*&
ibi.l iii.*]diſſoluto illicito collegio diuiduntur,& partiun
tur ipſius pecuniæ.[*& ibi,nihil dolo, in fi.*]ibi cum princi-
palis cauſa non conſiſtit,nec ea quidem, quæ ſequun-
tur,locum habent.[*& in fine.*]ſequitur, non poteſt ei,
17 apud quem reus promittendi obligatus non eſt. ¶†In
glo.j.[*ibi,l.pen.*] illud verum, niſi hæres ratū habeat ędi
ficium cęptum,vel niſi ædificet.ff.eo.l.prætor.§.hoc in
terdictum.& l.fina. Hoſtien.[*& ibi. l.unam.*] alias eſt. l.

vlti.de ædificijs priuatis,& ſicut etiam alle.gl.ſ.c.vltimo,
18 & dicit gl.ſ.in remiſſio.¶In gl.iij.[*ibi,non ad alia.*] vt ſi † qs
meſſem colligit, vel arborem ſuccidit, non habet lo-
cum hoc edictum,vt in §.ſtatim allega. nec in aliis ru-
ſticanis operibus, ne modico momento pereat agri-
cultura,vt ibi,ad idem.C.de feri.l.ij.in fine. ff. de aqua
plu.arcen.l.j.§.de eo.ſ.de treu.& pa.c.ij.[*& ibi,hoc edictũ.*]
& hoc non habet locum quo ad præterita ædificia de-
molienda, ad quæ dabitur interdictum. Quod vi, aut
clam,vel aliud, quod publica iura tuentur,ead.l.§. hoc
edictum.i.ad futura tamen etiam non inchoata bene
pertinet,dummodo aliquis fiat apparatus.ff.e.l.j.in prin.
& §.poteſt.ff.de polli.l.j.§.cæpiſſe, vel ſi quis ſe iactet, ꝙ
in certo loco vult domum ædificare.ff.eod.l.j.§. pe. Nec
ob.ff.eo.l.ſtipulatio §.opus,quod loquitur de eo, qui pa-
rauit materiam pro præterito ædificio fulciendo,vel cũ
non apparet,quid velit facere de paramento, & in quo
loco ædificare ſecundum Innocen. qui hoc no.ſ.c.pro-
ximo.[*Et ibi,à prætore exigitur.*]ergo,ſi non exigitur,valet,
cum etiam ſine prætore nunciatio fieri poſſit.Sed,ſi po-
ſtea adeatur prætor,mirabitur,ſi exigatur, alias denun-
ciatio remittetur,vt in præ.§.qui opus. ſic dico de cauſa,
vt no.ff.eo.l.j.in prin. [*Et ibi,poſſeſſorem.*]& iſte effectus ꝑ
remiſſionem non tollitur, quia licet poſſeſſio perdatur
ſolo animo,non tamen illo ſolo recuperatur, ſicut nec
acquiritur.C.de acquir.poſſ.licet.[*Et ibi,iactum lapilli.*]de
quo.ſ.de ver.ſig.ex parte.ij.idem, ſi per prætorem. ratio
diuerſitatis no.per Hoſt.in ſum. eo. ti. §.fi. quia ſcilicet
primus habet animum formidoloſi,ſecundus vero nõ.
19 [*Et ibi,procuratori.*]ſicut†poteſt fieri procuratori, ita & ꝑ
procuratorem.ff.eo.l.j.§.item nunciationem, ſecundũ
Inno.& eſt ſimile,quod no. in Cle.de elec. cauſam, in
glo.approbat.Si tamen poſtea apparet illum non fuiſſe
verum procur.vel alias inſufficientem, non fiet demo-
litio.ff.de remiſ.l.j.§.j.ſecundum Inno. qui hoc no.ſ.c.
j.tamen ſecundum eum non caſſabitur inhibitio iudi-
cis,quia nõ vocauit partem,licet contra procuratorem
aliquid allegare potuiſſet,quia & ſi præſens fuiſſet, non
differret iudex facere inhibitionem de non ędificãdo,
niſi incontinenti & quaſi in momento oſtenderetur
non valere procurationem,alias nõ ſatisfaceret edicto,
quod vult feſtinanter ab opere ceſſari,tamen tunc, & ſi
iniuria non fiat opus,non tamen fiet operis demolitio
facti contra inhibitionem,ſi poſtea appareat illum nõ
fuiſſe procuratorem. Alij contra, quia graue eſt prẹto-
rem contemnere,vel offendere.Inno.dicunt etiam qui-
dam eum,qui denunciat nomine alieno,debere ſatiſda
re dominum habiturum ratum,etiam ſi cõſtet de mã
dato,& ſic intelligatur.ff.e.de pupillo. §. qui procurato-
rio.& ſic hoc caſu ſpeciale,ſicut.ff.ad Trebel.quidam.ff.
de mino.illud,ad fi.Gui.contra,dicens illud verum, cũ
20 de mandato dubitatur.[*Et ibi,†creditori.*] fortius prælato
& clerico,etiam ſi religioſus ſit, vt hic,& ſ. c. proximo,
ſecundum Hoſt.[*& ibi publico.*]fit enim denunciatio ẽt
ad ius publicum tuendum.& ad alia duo, vt dicam.ſ. c.
proxi.in prin.[*& ibi,debet prætor.*]captis pignoribus, vel
mulctam indicendo,vel in quaſi poſſeſſionem mitten-
21 do,vt ibi no.¶In†glo.remiſſio.[*ibi.§.morte.*]ergo non da
tur hæredi no.Accur.in iſto,§. ꝙ re integra, & quando
non eſt ſatiſdatũ,vel repromiſſum, morte remittitur,
ſed re non integra,vel quando ſatiſdatum eſt, ſecus, &
tunc datur hæredi.¶In glo.deſtructa.[*ibi abbate.*] vbi de
hoc.[*& ibi,diximus.*]dic vt ibi,& ſ.de re.iur.priuilegium.
lib.vj.

ADDITIONES.

a ¶Nomine.Vide Bal.in l.fi.C.de condi.inſer.in xij.q.
b ¶Conuenire.Vide Bar.in l.ſi quis a filio.§.ſi parti.ff.de leg.j.
c ¶Peccatum. Et ſic non facere eſt facere. vide in.l. qui non facit, ff. de
reg.iur.& in l.ſi mora,ff.ſol.mat.& in l.in fraudẽ.ff.de his, quæ in frau.
cred.per Bar.

*SVMMARIVM.*

1 *In nouum opus denuntiantis optione eſt, an intra tres menſes de*
*præiudicio ſuo doceat,an recepta cautione de opere demoliendo*
*ſtatim ædificari permittat.*
*Noui operis denuntiatio quot de cauſis fiat,*
2 *Platea,via nu.1.*
3 *Appellatio iuſta non poteſt eſſe ab interlocutoria iuſta,& nu.4.*
4 *Appellationis ab interlocutoria cauſa qualiter exprimenda, &*
*nume.5.*
*Maxime in nouo opere,& de non tuto loco.*
5 *Appellari poteſt ab interlocutoria ſecundum canones, & quo mo-*
*do,non ſecundum leges,niſi in caſibus,& quibus. in cauſa poſ*
*ſeſſionis an liceat nu.6.*
*In appellationis ab interlocutoria uel definitiua cauſa quando non*
*liceat nouas inducere probationes.& quæ erit ſententia.*
7 *Epilogus,& ſuffragium & additio gloſſarum.nu.8.*
*Præſumitur de iure illius,qui diffugia non quærit.*

CAP. III.

1 SIgnificantibus. C.† In optio-
ne eſt denun-
ciantis nouum opus, an intra tres menſes
de præiudicio ſuo doceat, an recepta cautio
ne de opere demoliẽdo ſtatim ædificari permittat. hoc
dicit hęc,& ſequens.Et in prima factum narratur appel
lantis remedio.in ſecunda iudex appellationis datur,ibi
Ideoque.[*Opportune.*]Pariſiẽſis.[*Platea.*]i.via. Ab. [*Præiu-*
2 *dicium.*]tribus†de cauſis fit denunciatio, aut cauſa iuris
noſtri conſeruandi,aut damni depellendi,aut gratia pu
blici iuris tuendi.ff.eo.l.j.§.nunc videamus,& §.nuncia
tio.[*Archidi.*]ex aliquo iure ſpeciali,puto iſtum fuiſſe iu
dicem illiꝰ laici.& ſic non obſtat,quod no.in Spe. de ſa-
tiſdatio. prope fi. ver. quid ſi clericus.[*Prouocauit.*]cum
3 †interlocutoria eſſet iuſta,cauſam iuſtam appellationis
prætendere non potuit, forſan ergo propter reuerentiã,
vel quia ita placuit,admiſſa fuit ſecundum Inn.& Hoſt.
& ſ.dicam.[*Decreuerit.*]i.male.[*Ad opus.*]procedẽdum,
quod eſt.ſ.[*decreuit.*]ergo ciuem ędificare poſſe præſtita
4 cautione.[*Appellauerunt.*]& bene. nam† ſuberat cauſa
rationabilis,quam exprimere poterant. hoc ſcilicet qa
vos domine officialis interlocutoriam per officialem
Pariſiẽ.archidiaconi rite latam reuocaſtis iniuſte, & de
creuiſtis ciuẽ poſſe ædificare ꝑſtita cautione de demo-
liendo opere,cum tamen nos parati eſſemus de iure,&
præiudicio noſtro docere,contra iura, ſecundum quæ
eſſet vſque ad tres menſes noſtra probatio expectanda,
& ab hac veſtra interlocutoria ad ſedem apo. appella-
5 mus.nam & ſecundum†canones poteſt ab interlocuto
ria appellari.ſ.de teſti.ſignificauit, maxime ſi appellans
adiiciat,ꝙ eſt iniuſta,& ſi nõ exprimat,in quo,vel qua-
liter,vt ibi,ſecundum Inno.qui hoc approbat, licet priꝰ
dixiſſet,ꝙ illud erat nimis generale verbum dicere ſen-
tentiam iniuſtam,& non exprimere in quo, ſicut ſi di-
ceret,appello,quia me grauaſtis,& nõ exprimat in quo.
procederet etiam hoc amplius ſecundum eum, quan-
do appellans diceret ſententiam iniuſtam,quia ex teſti-
bus,inſtrumentis,vel alijs productis aliter,vel contrariũ
pronunciare debuerat.Inducit autem ſimile, quia quã-
do appellatur,quia locus tutus non eſt, ſecundum eũ
ſufficit dicere,appello,qa locus, quem mihi aſſignaſtis,
non eſt mihi tutus,licet non dicat,quare non eſt tutus.
ſ.de ap.ex parte.vide quod ibi dixi.Iudex tamen, qui de
app. cognoſcit, iudicabit ipſam iuſtam, vel iniuſtam
ſecundum acta prioris proceſſus,nec licebit nouas indu
cere probationes ſecundum Inno. quod non concedo.
imò oportet exprimere cauſam quare, quod dic, vt ibi
no.& ſ.vt li.non conteſt.accedens.ij.reſpon.j.ver.& ma-
giſter,ſuper ver.nimis fauẽs,maxime hodie, vt extra de
appella.cordi.lib.vj.& in Clemen.eo.tit.j.appellanti,vbi
de hoc in glo.ij.Sed ad hoc,quod dicit, ꝙ noue proba-
tiones non admittantur in cauſa appellationis,non ad
mitto,quia iura cõtra dicunt expreſſe,vt patet in eo, qđ
legitur & no.ſ.de fi.inſtr.cum Io.& de teſti.fraternitatis.
Hoſti. ſed illud in appellatione interpoſita à diffinitiua
verum



verum ſecundum. l. non appellatur ab interlocutoria,
nec à grauamine ante diffinitiuam ſententiam niſi in
caſibus.ſ.de ap.ſuper eo.ii.ver.i.puta ſi iudex interloqua
tur in ciuili negocio quæſtionem habendam, uel in
a criminali etiam contra leges. ff.de app. reci[a].l.ii. Item
vbi fideiuſſores iudicio ſiſti dati approbantur à dele-
gato tanquam idonei, cum non ſint.ff. qui ſatiſda.
cogan. arbitrio.ff. à quibus appellare non licet.l.ij.
Sed in hoc caſu poteſt delegans ſententiam delegati
corrigere,& ſi non fuerit appellatum,vt ibi, & ar.ſ.de re
iudi.c.fi.§.ſi vero. & hoc poteſt intelligi, quando iudex
hanc correctionem facit,non ad inſtantiam partis, ſed
ex officio,ſicut & no.ſi.ſ.de ap.cum ceſſante.ſ. de teſti.ꝑ
tuas.& c.cum clamor.Item & ſecũdum legem ab iniu-
ria iudicis appellatur.C. de app. ſiquis prouocatione.qđ
Pla.intellexit de iniuria facti, puta ſi iudex verberauit li-
tigantem poſt latam ſententiam.ff.de ap.illud. C.de ap.
in maioribus.Ac. vero hoc intellexit de iniurioſa exe-
cutione,puta quia citra quadrimeſtre tempus vult ſen-
tentiam exequi ſine cauſa.Innoc.quod dic,vt legitur &
no.ſ.de re iudi.ꝙ ad conſultationem.ſ.de offi. dele.quæ-
renti, ſecundum Hoſt. Fuerunt & aliqui domini, ſicut
Ioan. Aſtẽ.& quidam alij,qui hoc intellexerunt de quo-
libet grauamine iniurioſo, ſecundum quos non eſt dif-
ferentia inter leges,& cano.Sed hoc non congruit mẽ-
ti iuris.ideo de hac materia dic,vt legitur & no. ſ. de ap.
b ſuper eo.ij.& c.vt debitus.[b] Hoſt.Et omnino vide,quod
ſcripſi in ſpe.de ap.§.ij.ſuper verſi.ſed nũquid poteſt.ſub-
6 dit.†Innoc. ꝙ à ſententia ſuper poſſeſſione non licet ap-
pellare,non quia ſit interlocutoria, ſed quia ſuper pro-
prietate principalius & perfectius iudicium expectatur.
C.ſi de mo.poſ.l.j.ſed ſecundum canon.appellatur à ſen
tentia poſſeſſionis.ſ.de reſti. ſpo. ex conqueſtione. dicit
Innocen. ꝙ illa decre. non dicit, à ſententia poſſeſſorij
appellatum,ſed quia petitio ſuper poſſeſſorio denegaba-
tur.vide.eo.ti.cum ad ſedem,in glo.pe.in fi. [*Poſt appella-*
*tionem.*]ab officiali Senon.ad ſedem ap. interiectam, re-
mittendæ ſunt ergo partes ad examen officialis archi-
7 diaconi Pariſien.ſ.de excep.dilectæ.Hoſt. †¶Vlti.glo.ſi-
gnat contrarium,& ibi remittit.¶In prima gl.[*ibi, ſi is,*
*a quo.*]vide hanc & ſequen.de reſti.ſpo.c.j.ſuper.j.gl.¶In
8 †glo.j.[*ibi, fortius.*]præſumitur enim de iure illius,q non
quærit diffugia.ſ.de præſumptio.nullus.¶In glo.vltima,
[*ibi,omiſſo.*]appellabatur enim de officiali archidiaconi,
qui de ſpeciali iure cognoſcebat hanc cauſam.

ADDITIONES.

a ¶Reci.ibi vide pleniſsime per Bar.
b ¶Debitus.Et vide Bar.in l.1.ff.de ap. reci.vbi latiſsime per ipſum.

*SVMMARIVM.*

1 *In noui operis cauſa expectatio per tres menſes utilis & denun-*
*tiant & denuntiato.& circa hoc quot opiniones,& quando cui*
*que ſit locus,nu.2.*
2 *Epilogus,& additio gloſſarum.*

CAP. IIII.

IS cui. Ab ipſo.]ædificante.ſ.& cui nũ-
ciatum eſt. [Te.] Nolentem &c.
1 qđ eſt infra.[Expectare.]vtilis†fuit prouiſio
etiam ei,cui denunciatur,qui forte credens,
ſed errans iuſtè ædificare poſſe,in ædificio procederet,&
poſtea probato denunciantis prẹiudicio perderet expen
ſas factas in conſtruendo, & faciendas in demoliendo.
Item prouidet denuncianti, cui poſſet interim præiudi-
cari,licet poſtea non ſuis expenſis deſtruatur. pone exẽ-
plum in luminibus ſcolarum,vel ædificio, quod fieret
ante ianuã domus tuæ.& per hoc tollitur æquitas, quã
2 prima facie videtur habere opinio contraria. ¶Glo.j.o-
biicit,& ſoluit.ponit op. quã reprobat. ¶In gl.j.[*ibi,§.j.*]
& § ſi quis paratus.[*Et ibi,alij.*]Io. & Hugolinus. ¶In gl.
vlti. [*in fi.*] vide glo. ibi poſitã, & v. oppoſitiones ibi no.
quarum quatuor poſuit hic Abb. & vna fuit Azo. hic,
& ſ.c.proxi.approbata.Alia directè cõtraria Io.& Hug.
de qua.ſ.in gl.proxima.iij.ꝙ aut fit denunciatio per prę-
torem,& tunc locus eſt primæ,aut per ſe,& tunc ſecun-
dę.quarta,aut poſſidet ædificator locum, in quo ædifica
tur,& tunc locus eſt ſecundæ,aut non, & tunc locus eſt
primæ.v.ꝙ cum ædificatur in publico, locus eſt primæ,
quando in priuato,locus eſt ſecundæ.

## ¶De priuilegiis,& priuilegiatorum exceſſibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
2 *De priuilegiorum, & priuilegiatorum exceſſuum materia qui-*
*bus alijs in locis præterquam hic legatur.*
*Per priuilegia quæ concedantur,quando perduntur,eorum dubium*
*quis interpretetur,& quando non iuuent,& nu.3.*
3 *Ea per iura noua quandoque dantur,quandoque reuocantur, quan-*
*doque eis derogatur.*
*Romanæ & aliarum eccleſiarum confirmat imperator, & quan-*
*do,in fin.*

1 ¶†Abutuntur interdum ſubiecti ſuis priuilegiis, & in-
dulgentiis. & ideo poſt tractatus &c. habetur materia.
xxv.q.iij.facit.iij.di. priuilegia.ix.q.iij.§.ſola, vſque ad fi.
xi.q.iii.priuilegium.xii.q.ii qui & humanis.xxvi.q.ii.nõ
2 exemplo.Repetitur†in vj.& in Cle.Multa iura congruũt
huic titulo. ponitur enim priuilegium Ciſterſienſium
de reſcriptis, cum ordinem. Et quandoque per priuile-
gium conceditur punire propriam offenſam. eo.titu.ex
parte decani. Item circa faciendas electiones datur pri-
uilegium, de elec. conſiderauimus. & de adminiſtran-
do ante confirmationem, de elec. nihil eſt.de recipien-
do maiorem dignitatem,de transla.c.fi. Item priuilegia
contraria tranſactione perduntur, de tranſac.c.j. Et con
trario pacto, de fo.compe.dilecti, ſaluo, quod dicitur
de arbi.cum tempore. Et dubium priuileg orum Papa
ipſe diffinit, de iudi.cum veniſſent, nec valet priuilegiũ
li.pen.in alterius præiudicium impetratum eo tacito,vt
li.pen.c.j.& vlt.& de teſti.cauſam.ii. Item nec priuilegiũ
tollit contrariam compoſitionem non expreſſam, de
deci. ex multiplici. Item conueniunt rubricæ. de fi. in-
ſtru. accepimus.& c.ſe.de præſcrip. veniens,de re iu.ſub-
orta,de confir.vti.vel inu.cum dilecto, de cle. non reſi.c.
pe. Item vnum priuilegium quatuor patriarcharum po
nitur, de præben. graue, in fi. Item conceditur quan-
doque priuilegium de non ſoluenda can. de teſta. offi-
cii,in fi.de ſepul.in noſtra. Et ſuper non ſoluendis deci-
mis, de deci.ex parte.i. Et ſuper non ſoluendis procura-
tionibus,de cenſibus,cum inſtantia.Item priuilegia exẽ
ptionis non iuuant in negocio hæreſis, de hære.ad abo
lendam,in fi.Item licitè denegatur,qđ contra priuilegia
petitur,de exceſ.prę.ſane. Et circa excommunicatos vi-
tandos actiuè & paſſiuè priuilegium neminem iuuat,
3 de ſenten.excomm.nulli. Item † ſciendum, ꝙ iura no-
ua quandoque priuilegiant,quandoque priuilegia reuo
cant,quandoque illis certis caſibus derogant,quibus vo-
lunt illa non obſtare.De primo patet, de ele. cũ non de-
ceat,li.vi.de ſenten.excommu. quia periculoſum, & in
Cle.de ce.miſ.dignum. De ſecundo, de elec.fundamen
ta.§.pe.in fi.& cap.quia ſæpe,li.vi.In Cle.de ſepul.cap.ii.
ver.nos etenim,de ſta.mo.attendentes,in fi.de reli.do.c.
j.ad fi.de cen.c.j.in fi.de poe.& re.c.ij. §. pe. De tertio, de
exceſ.præ.c.vno,li.vj.de ſenten.excommuni.c.vlt.in fi.&
in Cle.de teſta.c.j.in fi.de ſepul.c.j.de deci.ca.j.ad fi.de re-
gula.c.i.ver.quicquid,de iu.pa.c.i. in fi. de magiſ.c.i.in fi.
de hęre.c.i.ad fi.& c.ii.ver.nullis, de poe.cupientes, in fi.
de poeni.c.ii.in fi.de ſenten.excommu.c.i. in fi.& c.cum
ex eo,quomodo imperator in promotione ſua confir-
mat priuilegia data eccleſiæ Ro.vel aliis,habetur in Cle.
de iureiur.Romana,ver.eidem.

S V M M A R I V M.

1 *Gubernacula pro dignitatibus.*
*Honor hic vt capiatur in turba vileſcit, & indignus eo quis, et cui tribuatur, nu. 3.*
*Ad epiſcopos excellentiora prælati minores referri debent.*
*Ex numeroſitate res vileſcunt, & nu. 2.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*

## CAP. PRIMVM.

2 EPiſcopalia gubernacula. i. epiſcopales † dignitates ad populos gubernandos [*Ciuitatibus.*] 68. diſt. inter epiſcopos. contra. xvj. q. j. & tpis, ibi, Cumani caſtri &c. ibi ponit caſtrū
pro ciuitate. [*Honor.*] i. honorabilis dignitas. [*Excellentiora.*] minores. n. prælati ad epiſcopos debent illa referre.
s̄. de off. archid. c. j. & c. ad hoc. de off. archipreſ. c. fin. [*Numeroſitate.*] ſi. n. in omni villa, vel caſtro poneretur eps,
vix poſſent numerari. Gof. & ſm hoc exponitur. i. multo
numero epiſcoporum. Egi. & Boa. exponunt. i. breui numero ſubiectorum. [*Vileſcat.*] concor. s̄. tit. ij. accedentibus. Hier. ad Pama. xv. quamuis clarus ſit honor, vileſcit
in turba. & apud bonos viros indigna eſt dignitas, quam
2 multi indigni poſſident. ¶ † Gl. i. alle. concor. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In i. gl. [*ibi §. j. & ij ibi,*] reprobat infinitatem, & multitudinem referendariorum. vnde vide-
3 tur pro. ¶ In † gl. j. [*ibi, epiſcopi.*] & c. ſe. [*& ibi, dicitur.*] & idē
no. [*Et ibi, factum.*] ſm Inn. quo videmus potentes & diuites epiſcopos honorari, & pauperes virtuoſos contemni, ſm Hoſt. qui refert de theologo, qui contra id, quod habetur Iaco. ij. cum prius humiliter indutus, male fuiſſet in quodam monaſterio receptus, rediēs cum precioſa cappa, ſplēdide receptus, & honorifice tractatus multas gratias in capitulo retulit cappæ ſuæ. Hiero. ad Chromatium. j. c. Et in patria mea ille ſanctior eſt, qui ditior eſt. [*& ibi, dicit.*] quod ſequitur, alias eſt gl. per ſe alias cōtinua, & melius. [*Et in fine.*] Hieronymus ad Marcellam viij. c. tritum prouerbiū eſt, vltroneas putreſcere merces.

S V M M A R I V M.

1 *Laicus eccleſiæ malefactor per eccleſiam punitur non obſtante fori priuilegio.*
2 *Cenſura eccleſiaſtica non eſt fulminanda.*
*Canonicum ius iuuatur per ciuile, & è contrario, ſed canonicum non ſubeſt humano, humanum tamen canonico, & vtri eorum ſibi contradicentium ſtetur.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Eccleſiæ ius ſuum uult & debet defendere.*

## CAP. II.

SIcut. C. † Non obſtāte priuilegio fori punitur per eccleſiam laicus eccleſiæ malefactor. [*Priuilegia.*] fori per quæ conueniendus eſt reus in ſuo foro, vel loquitur
2 de aliis priuilegiis. [*Eis.*] laicis. [*Moderata.*] cenſura † eccleſiaſtica non eſt fulminanda. s̄. ti. ij. nimis. ij. nec præcipitanda. ij. q. j. Deus oīpotens. Ho. [*Violentos.*] i. violentiam inferentes eccleſiis. [*Subſidium.*] iuuatur. n. vnum ius per reliquum. s̄. tit. j. c. j. & non dixit ſeruitium. non. n. ſubeſt legi humanæ lex canonica, licet econtra. j̄. co. ſuper ſpecula. & arguit Hoſt. ꝙ cum canon contradicit legi, vtrique ſtetur in foro ſuo. C. de iuſtit. co. com. l. vna. §. fi. x. di. lege. quod dicit verum in temporalibus ſaluis interpretationibus dubiorum, in quibus deficiente lege dicit ſtādum canoni in ciuili foro. vide quod dixi. s̄. tit. proxi. c. j.
3 ſuper ver. imitari. ¶ † Gl. i. arguit, & remittit. ¶ In gl. j. [*ibi arrogare*] Item quod ius ſuum vult, & debet defendere. s̄. de ſup. ne. præl. licet. j̄. de im mu. eccle. quoniam, li. vj. [*& in fine.*] & x. diſt. quoniam.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſi etiam exempti eccleſias, & decimas recipere à laicis nō debent ſine conſenſu diœceſanorum.*
*Ad eos quando non dicantur eccleſiæ ſpectare pleno iure, nume. 4. tenentur rectores epiſcopo præſentare, & qua de cauſa, ibid.*
*Eis temporalium eccleſiarum, & quarum aliarum rerum teneantur rectores rationem reddere, nu. 5. & 9.*
*Eorum presbyteri ſuper poſſeſſionibus corā quo conueniendi, n. 6.*
*Eos quando corrigat epiſcopus, nu. 8. in fi.*
*Excommunicatos, & interdictos tenentur uitare, qui eos ſepelit, quando ſint excommunicati, nu. 3.*
*In eorum eccleſiis diœceſani quid iuris habeant.*
*Hoſpitalarij, & templarij in eccleſia interdicta quoties celebrare poſſint, & mortui ibi tumulantur.*
*Eorum confratres qui ſint ordinarijs ſubiecti.*
2 *Religio noua inſtitui non poteſt per alium, quam per Papam, nutrire quis non debet, quod delere deberet, neque delere, quod nutrire deberet.*
*Regula vnde dicta.*
*Periculo obuiandum.*
3 *Qui celebrat ſcienter excommunicato preſente, non eſt irregularis.*
*Sepeliri qui non poſſint ſine incurſu in excommunicationum, & nume. 10.*
4 *In uiſitatione ſua epiſcopus quid quęret à rectoribus eccleſiarum quæ ſpectant ad religioſos, in fi.*
5 *Eccleſia ſi mea eſt, quæ mea dicantur eſſe.*
*Generale uerbum generaliter intelligendum.*
6 *Rectores eccleſiarū religioſorū ubi couueniendi ſuper poſſeßionib.*
*Patroni ex iure patronatus nullam habent iuriſdictionem, nec collationem, & quam habeant poteſtatem, et ſubueniendi ſi egeāt, & à quibus, nu. 9.*
7 *Cuſtodia eccleſiarum religioſorum uacantium ad quem pertineat.*
*Collecta ſi epiſcopo per ſe, & patronis clericis per ſe imponatur, cum quibus contribuere debeant.*
8 *Abbas non poteſt extra monaſterium in parochijs ſedere pro tribunali, niſi in caſibus, & quibus.*
10 *Interdicta eccleſia pro ſita in loco interdicto.*
*Interdicti tempore qui & quo modo ſepeliendi, impropria locutio ad dict. interdictam.*
11 *Epiſcopus quo iure delicta puniat.*
12 *Sententia non dicitur lata per uerbum, ſubiaceat interdicto.*
*Irritum ipſo iure & de facto eſt corrigendum.*
13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 14.*
*Nominatim quis dicatur exhæredatus, uel excommunicatus, nu. 15. §. j. iuncta glo.*
15 *Additio gloſſarum.*
*Priuilegiorum uerba ponderanda.*
*Epiſcopus in aliena diœceſi etiam pro exemptis ſine licentia epiſcopi diœceſani quem deponere non poteſt.*

## CAP. III.

1 CVm & plantare. C. † Religioſi etiam exēpti eccleſias, & decimas recipere a laicis nō debent ſine diœceſanorum cōſenſu. Excōicatos, & interdictos vitare tenentur. In eccleſiis ſuis quo ad temporalia diœceſani inſtituere, deſtituere, & curam plebis gerere debent. Hoſpitalarij, & templarii ſemel in anno celebrant in eccleſia interdicta. nec tunc ibi tumulantur mortui, & eorum confratres, qui non in totum tranſierunt ad eos, ſubiecti ſunt ordinariis, & ſunt tres principales partes. Prima ponit exordium, & epiſcoporum querelam deciſam. ſecunda prouidet. tertia prouiſionem prorogat, & contrafaciētibus pęnam imponit. ii. ibi, eccleſias. iii. ibi, ꝙ autem. Secundæ partis. v. ſunt dicta, ut patuit ex ſumma. ij. ibi, excommunicatos. iij. ibi, In eccleſiis. 4. ibi, ꝙ ſi. v. ibi, de confratribus. [*Plantare.*]
2 noua † enim religio inſtitui non poteſt per alium, quā per papam, de relig. domi. c. ult. [*Fouere.*] ſi. de na. ex li. vē. c. uno. [*Nutrire*] ſic dixit Cadenectus ī copula ſua. Ne qs nutriat, qđ deberet delere, nec deleat, qđ deberet nutrire. Hoſtiē. [*Recta*] ex eo dicta eſt regula, quia recte ducit &c. tertia diſtinctio, regula. [*Authoritatem*] ab inferioribus



bus non vſurpandam. s̄. titulo. ij. accedentibus. [*Scandalum.*] quod eſt vitandum. s̄. titu. j. c. ij. [*Periculum.*] cui obuiandum eſt. j̄. de conſtitutio. c. ij. de ſepul. c. j. lib. vj. [*Eccleſias.*] s̄. de præben. in Lateranen. [*Aliquo.*] in antiqua
3 dicebatur, Moderno. [*Excommunicatos.*] qui ſcienter † celebrat præſente excommunicato maiori, licet grauiter peccet, non eſt irregularis. j̄. de ſenten. excommun. is q, lib. vj. ſaluo, quod dicitur. j. eodem titu. epiſcoporum. j̄. de ſenten. excommuni. is cui, e. li. [*Nominatim interdictos*] qui tales excommunicatos publice, vel nominatim interdictos ſepeliunt ſcienter, excommunicati ſunt ipſo iure per concil. Vieñ. de ſepul. eos qui. & idem de his, q ſepeliunt defunctos tempore interdicti præter caſus permiſſos a iure, vel manifeſtos vſurarios, vt ibi. [*Omnibus.*] non obſtante contraria conſuetudine. s̄. de cō ſue. cum inter nos. obſtat tñ priuilegium quādoque. j̄. §. ꝙ
4 fi. [*Repræſentent.*] ex vi huius literę ſequitur † ſm Hoſt. ꝙ vbicunque ad eccleſias vacantes religioſi præſentāt epiſcopis, illæ eccleſiæ ad illos non pertinent pleno iure. ſed dic ꝙ interdum eccleſia bene ſpectat ad religioſas pleno iure intantum, ꝙ ibi ad regendum eccleſiam rectorem inſtituunt, ſed quia ppl̄s non eſt exēptus, oportet illum rectorem præſentari epiſcopo, vt ab ipſo recipiat curam populi, & de illa cura tm̄ tenebitur epiſcopo rñdere. Quæret ergo in viſitatione ſua epiſcop⁹, qūo celebret pplo diuina officia, & qūo illis miniſtret ſacr̄a de reliquis inquiret abbas. [*Ipſis vero*] religioſis. ſ. [*Tēpora*
5 *libus.*] non † ſolum quas ipſi exempti dederunt eccleſijs, ſed etiam quas dederunt alij, imò etiam de prouentib⁹ decimarum, & aliarum rerum ſpiritualium tenent eis reddere rationem, nam ex quo ſua eſt eccleſia, ergo & omnia annexa, poſſeſſiones, decimæ, oblationes, mortuaria, & quæuis alia. ar. de ꝯſtit. tranſlato, de iudi. q̃to. & etiam feudalia, j̄. de ap. Romana debet. li. vj. & hic. & xvj. q. ij. ſane, qa verbum generale generaliter intelligatur. j̄. de priuile. quia circa. Cogant ergo religioſi tales pſbyteros reddere rōnem, at. de accu. qualiter. ij. & vide qđ dixi, de reſt. ſpo. cum ad ſedem, in gl. no. libellum. in fi. & de excep. cū venerabilis, in prin. in gl. vt de ipſis. Quid
6 † ſi presbyteri conueniantur ſuper poſſeſſionibus? Videtur, ꝙ ſub patronis exemptis debeant rñdere, vt no. j̄. c. recipimus. nec poſſunt presbyteri aliquid alienare, nec magnas cauſas agere ſine conſenſu patronorum exēptorum, quia tales exempti vices epiſcoporum gerunt ar. xij. q. ij. ſi qua, & c. placuit. s̄. de voto, magnę. §. cū igitur, cum ſuis concor & no. de hoc. s̄. de reſcriptis. edoceri, ſm Inn. & plenius. s̄. de reſti. ſpo. olim. j. vide, quod dixi de tranſac. c. ij. cum ſua remiſ. dicit Hoſt. in exēptis ſupradicta admitto, in non exemptis vero aliud ſentio. nam patroni ex iure patronatus nullam iuriſdictionē habent, ſuper quo vide, quod no. s̄. de of. or. quanto, nec etiam beneficiorum collationem, ſed tātum repræſentationem. s̄. de iure pa. c. fi. nec habent ſe intromittere đ ſpiritualib⁹, ſicut expreſſe probatur in hoc. §. j. quod aūt hic dicitur, intelligo de cenſu, & portione, ſi quam religioſi forſan in eccleſiis percipiant ab antiquo. de nouo n. nō poſſunt imponere, nec quod antiquum eſt, augmentare. quod dic, vt plene leg. & no. s̄. de cenſi. prohibemus, & c. ſignificauit, & c. grauis. ſatis tamen de plano poſſunt inquirere ſine iuramento de vita clericorū & ſtatu eccleſiarum, vtrum ſint obligatæ, vel nō, & qualiter poſſeſſiones gubernentur. & ſi reperiant aliquem corrigendum, diœceſano denunciet. xvj. q. vij. filijs. s̄. de ſta. mo. c. pe. §. ordinentur, & c. fi. §. ꝙ ſi abbas. manum tamen correctionis non apponant. nam & metropolitanus non debet hoc facere, niſi primo diæceſano denū
7 ciet, de cenſi. Romana. §. ſane, li. vbi. [*Quid.*] † de cuſtodia talium eccleſiarum vacantium dicūt quidam ꝙ ad patronum eccleſiaſticum pertinet, ar. hic, & s̄. de ap. bonę. §. j. vbi de hoc, & s̄. de inſtit. cum veniſſent, ꝙ nos nō admittimus, ſi fructus ſuos facere intendat, quod dic, vt ibi no. & s̄. de offi. or. cum nos. ibi vide ſuper gl. pe. placuit etiā hic In. ꝙ ſi epiſcopo per ſe, & patronis clericis per ſe imponatur collecta, ꝙ iſti contribuant cum patronis,
8 & non cum epiſcopo. ¶ Quid † ſi religioſi in eiſdem eccleſiis morantes delinquant? Nō putamus, ꝙ extra mo. poſſit in parochiis abbas ſedere pro tribunali epiſcopo prohibente. ff. de iu. om. iu. l. fi. & patet in eo, quod le. & no. s̄. de vſu pal. ex tuarum. §. fi. & de of. or. quāto, niſi priuilegio, vel conſuetudine adiuuante. s̄. ti. ij. accedentib⁹. s̄. de fo. compe. cum cōtingat. imò diæceſanus tales corriget. e. ti. volentes. §. in eos. & adde quod no. s̄. de offi. ar
9 chi. c. fi. §. j. ¶ Quid † ſi patroni egeant? Satis puto, ꝙ de ꝯſenſu & auctoritate epi, nō aliter eis debeant presbyteri ſubuenire, vt patet in eo, quod legitur & no. s̄. de iure patro. nobis fuit. §. fi. s̄. de cenſ. cū apoſt. §. inhibemus, & c. prohibemus, & c. quanto. vbi vero eccleſia eſt religioſorum vſibus deputata, tūc de omnibus temporalibus eſt eis reddenda ratio, ad quos ſpectat. ſic. j̄. c. paſtoralis, ſalua tamen portione congrua, quæ eſt vicario perpetuo aſſignanda conſuetudine, vel priuilegio contrario non obſtante, vt patet in eo, quod legitur & no. s̄. de præben.
a extirpandæ. §. cum igitur, & e. ti. c. j. li. [a] vj. [*Inconſultis.*] nec conſultis, niſi præcedat illorum ſententia, vt s̄. dixi ſm Hoſt. [*Remouere.*] nec valet conſuetudo contraria, vel ſta
10 tutum. j̄. de capel. mo. c. vno. li. vj. [*Interdictam.*] tutū † eēt quo ad hunc caſum. Exponere. i. ſitam in loco interdicto. per decre. vlt. priuilegia. j̄. e. facit, quod no. j̄. c. tuarū, in gl. ij. & de ſen. ex. c. vl. li. vj. §. adiicimus, ī j. gl. [*Sepeliantur.*] alias ſepeliant. templarij, vel hoſpitalarij. [*Defunctorum.*] niſi ſint confratres, qui poſſunt ibi ſepeliri, quod dic, vt j̄. e. vt priuilegia. vl̄ dic ꝙ licet illi poſſint ſepeliri, non tamen cum ſolenni officio. tunc & facit iſta litera ad decre. vel de ſen. excom. li. vj. ſ. ꝙ licet certis temporibus liceat publice celebrare tempore generalis interdicti, non tamen licet tunc ſolenniter mortuos ſepelire. de hoc in Cle. de ſepul. eos, in gl. hæc dicit. [*Poteſtatem.*]
11 no. per † poteſtatem, non per libelli oblationem epiſcopum punire delicta, ſm Hoſt. q remit. s̄. de ſimo. licet. [*Suos.*] ſ. non exemptos. [*Ab aliis.*] eſt ergo eadem ratio, ſit ergo idem ius, de tranſla. c. ij. [*Percipiunt.*] recipiendo eccleſias, & decimas de manu laicorum. [*Præſumunt.*] recipiendo prohibitos ad diuina, celebrādo pluſquam ſe-
12 mel. Inn. [*Subiaceant* lata] † ſnīa per epiſcopum. j̄. c. tuarū. §. eos vero. & hoc eſt benignius, & ideo amplectendum ſm Hoſt. Dixit Inno. non credimus hunc canonem latæ ſententiæ. [*Interdicto.*] referas ad. §. excōmunicatos, & §. ꝙ ſi. [*Egerint.*] referas ad. §. eccl̄ias, & §. in eccleſijs. Ab. [*Irritum.*] ipſo iure, & de facto eſt corrigendum, ar. s̄. de re iudi. cum aliquibus. vnde nulla eſt initio, cū ſine au-
13 ctori diœceſani inſtituunt. Hoſt. ¶ iij. † gl. Re. per contrariū. ¶ Quinta. Re. per qō. ¶ Sexta. exponit, & arguit a ꝯ-
14 rio. ij. quærit, & ſoluit. ¶ † In gl. v. [*ibi. § nominatim.*] non refert, an dicatur Titium filium meum exhr̄do, an vero
15 dicatur, filium meū exhr̄do, ex quo vnicū habet. ¶ † In gl. ij. [*ibi, cura.*] & de don. paſtoralis. [*& ibi, feudum.*] aut iſtud. Lateran. concilij. j. de decimis. c. ij. §. illas. lib. vj. ¶ In glo. iij. [*in fin.*] dic vt ibi, not. ¶ In glo. nominatim. [*ibi, expræſſo.*] s̄. de cleri. ex. mi. propoſuit. [*& in fine.*] ad idem de ſen. exc. conſtitutione, lib. vj. vide quod dixi. s̄. de præben. in Lateranēſi, in prin. ¶ In glo. j. ibi, ponitur, vt patet. s̄. de præſcrip. veniens. [*& ibi, Noluerunt.*] idem
datur,de dona.cęterum.& ſic non ob.de teſta.relatum.
ver.licet.vel iſti dicebant,ꝙ dederat,ſed non probabant,
vel ſententia tranſiuit in rem iudicatam,cum non fuiſ-
ſet appellatum,de re iudi.quod ad conſultationem.pri
ma ſolutio ſibi placet,ad quam facit,de ſepul.de his, &
quod dixi de teſta.ad hæc.In ſolutionibus vagatur Ho-
ſtien.quia obiectio eſt falſa,de offi.vica.c.fi.li.vj. nec lex
procura.dicit id,ad qđ cã inducit.& facit qđ no.in ꝑ.de-
cre.cũ nobis,in glo.fi.& de elec.is cui,lib. vj.in j. glo. fa-
teor tamen,ꝙ eſt ꝯ præ.decre.cęterum,de don. quę per-
mittit Abbatem donare modica. ergo fortius id poteſt
epiſcopus,licet ſit regularis.Reſpõdebat. G. Na.id ideo,
quia donatio fuit enormis.eo.ti.c. ij. [*Ipſum.*]monaſte-
rium.[*Eorum.*]duorum marabutinorum.[*Fundarat.*]de
hoc vide,quod habes infra eo. aucto. li. vj. [*Præſcriptio-*
9 *ne.*]canonica.nam†& ſi probaſſet tempus, non tamen
titulum probauit.Hoſtien.[*Defenſione.*]puta rei iudicatę,
donationis,vel confirmationis. de hoc de reli. do. con-
ſtitutus.[*Factis.*]de facto.ſufficiebat enim ius commu-
ne.Hoſtien.[*Iudicauerunt.*]& bene.vnde in fi. confirma-
tur ſententia. [*Fructus.*]cum eſſent malefidei poſſeſſores
de hoc.ſ.de reſt.ſpo.grauis.& quod canonici ibi ędifica
uerunt,cedit ſolo.C.de rei ven.l.ij.Inſti.de rerum diui.§.
ex diuerſo.Inno.& Hoſtien.[*Quod ſi aliter.*]no.ſecũdum
Abb.pro hac forma libelli,de qua ſupra de reſti.in inte.
conſtitutus,& in Spec.de ſen.prola.§.iuxta,ver. ſed nun-
quid talis libellus.[*Ius noſtrum.*]fortis allegatio.ſ.de reſti.
in integ.c.ij.de ſup.neg.pręla.licet,de confir.vti.vel inu-
ti.cum dilecta, ſecundum Hoſtien. [*De gratia.*]quo ad
ius mon.non quo ad ius papę.& forte fuit gratia, quia
nec reſtitutio fuerat petita, ſed ſimpliciter ſine libello
implorata papalis benignitas, vel dic vt dicit. G. [*Ante*
*tempus.*]per quod patet,ꝙ non fuerat confirmatoria il-
lius,quæ non valebat,quia nondum emanauerat.[*Con-*
10 *ſtitit.*]per† teſtes,vel confeſſionem,non per viſum, quia
papa non vidit originale.Inno.vel per acta coram iudi-
cibus habita. Hoſtien.[*Manibus.*]& ideo non præſume-
batur



batur originale, ſed ſumptum. Innocen. de quo an fi-
dem faciat,vide de fide inſtrumentorum.c. primo.pe.
& vlti.& no.Hoſtien.eum qui autenticat priuilegium,
vel aliam ſcripturam,debere eſſe cautum in attenden
do omnia, etiam ſubſcriptiones, & ſigna, & de litura,
& de diuerſa ſubſcriptione facere debere mentionem
expreſſam,alias de facili poſſet falſitatem incurrere. ad
hoc de his quę fiunt a prælato.quanto,in fine.in Auct.
de inſtrumen.ca.in princip.collatione vj.& cauti nota
rij dicunt ſe nil dimiſiſſe, addidiſſe, vel mutaſſe de ſub-
ſtantialibus,quicquid ſit de punctis, literis, vel figuris.
11 [*Libertatem.*]ideſt exemptionem.libertatem †enim nec
ſibi præſcribit monaſterium,nec illam habet, quia &
ſi epiſcopalia diœceſano non præſtet, præſtabit tamen
illa abbati,vel alteri,ad minus papę, de præſcrip. cum
non liceat,& c.cum ex officij,ſecundum Innocen. ad
hoc.xciij.diſtinctio.c.nulla ratione. [*quod ea.*] eccleſia,
ſcilicet crucis.[*Præſcripſiſſet.*]cum illo titulo priuilegij.
Iſta tamen exemptio capitis non extenditur ad capel-
las. j. c. iij. ſ.de præſcrip.cum olim.[*Imponentes.*] oppo
12 nitur,ſi† monaſterium prouocans in libertatem expreſ-
ſit pro cauſa priuilegium epiſcopi,& nunc proponitur
alia cauſa,ſcilicet priuilegium papæ, non obſtat exce-
ptio rei iudicatæ, ff. de exceptio.rei iudi.cum quæritur,
ſ.de libelli obla.c.fina.de officio ordina.dilectus. ſi ve-
ro nullam cauſam expreſſit,non auditur: quia totum
ius ſuum in iudicium deduxit.ff.de iudi.ſolemus.C.de-
annali exceptione.l.fina.de cauſa poſſeſſion. cum ec-
cleſia.dicit Innocen.quòd obiectio de iure communi
vera eſt. hic autem de ſola gratia beneficio reſtitutio-
nis eſt monaſterium auditum.dicit Hoſtien.quòd obie
ctio non procedit, quia hic non agebat eccleſia con-
tra epiſcopum, ſed epiſcopus contra eccleſiam, quod
patet etiam hic,quia illi imponitur ſilentium.ſed ſecũ-
dum eum potius eſt no, quòd nulla iuris ſubtilitas ob-
ſtat poteſtati & proceſſui ſummi pontificis, exquo ve-
ritas coram ipſo probatur,& de hoc.ſ.de accuſationib.
13 ad petitionem.& † no. veritate comperta ſententiam
retractandam,de pur.vul.c.ij.[*non cognouerint.*]nec pro-
nunciauerint.Innocen. [*Profeßionis.*]alias proceſſionis,
de qua.ſ.de exceſſi.prelatorum.nimis praua.circa prin.
[*Iudicibus.*]i.famę iudicum.[*Præſentata.*]qui nec diuina
re tenebantur.ſ.vt eccleſiaſtica bene.c.vno.& no.ſecun
dum Abba. in cauſa appellationis exprimendam cau
ſam reuocationis primæ ſententiæ,de hoc de re iudic.
14 ſicut.¶ †Gl.iiij.reſpond.per quæſtionem, vel obiectio-
nem.¶ Quinta obiicit, & ſoluit.¶ Glo. & ſic.reſpon.
per obiectionem, quòd propter noua iura ſine reſtitu-
15 tione, &c. ¶ † In glo. conſenſus.[*ibi,l.iii.*]repetit hæres
fundum, quem teſtator vi, vel metu diſtraxit, etiam a
tertio emptore,qui tamen non pręſcripſit.¶ In glo.no.
quod.[*ibi, §.ſi quis autem.*]non licet ædificare monaſte-
rium.vel oratorium niſi de licentia diœceſani ibi cru-
cem figentis.¶ In gl.xvj.[*in fi.*]l.j. eſt.& ibi dicitur: tunc
demum ob dolum, vel culpam tutoris condemnari
pupillum poſſeſſorem,cum tutor eſt ſoluendo.¶ In gl.
ex hoc.[*ibi, hac conſultißima.*]ſinguli teſtes ſubſcribere
16 debent in teſtamento cęci. ¶ † In glo.iij. [*in fine.*]dicit
Hoſtien hanc termini aſſignationem ciuiliter intelli-
gendam,vt ſcilicet diffiniatur,cum poterit diffiniri, ꝙ
etiam ad plenum de cauſa non conſtaret, vt patet per
verſi.ſequens, nec ſunt verba calumnianda.ff. ad exhi-
ben.l.penultima. ¶ In glo. no. quòd.[*ibi, cum ordinem.*]
Vincen. Idem Innocen.& Hoſtien. [*& ibi,dignitatem.*]
priori tamen clauſtrali committi non poteſt, ſed prio
ri conuentuali ſic,licet non aſſumatur per electionem
vt in concil.Vien. de reſcriptis. & ſi principalis. [*& ibi,*
*pręſenti.*]quam hodie non habemus,ſed dic, vt j. de re-
ſcrip.ſtatutum.libro ſexto.¶ In glo.& hoc. [*in fine titu.*]
ſimilis commiſſio.ſ.de reſcrip. ex parte decani. Goffre.
Innocen.alternatiue tamen dicit,quod alij fuerunt.qui
pronunciauerunt.& dicit hoc patere in regiſtro,vel ſe-
cundum eum fuerunt ijdem iudices, ſed proceſſerunt
auctoritate prorogata,& non ſecundæ remiſſionis. ſed
primę commiſſionis. vel ſecundum eum, vt dicit glo.
quod videtur verius,ſecundum Hoſtien.& quicquid di
cat Innocẽ.de regiſtro, non conſtat ſecundum ipſum.
17 ¶ In glo.quicquid.[*ibi, conſecrationem.*] vel confirmatio
nem,& poſſeſſionem habitam.[*& ibi, ſtatutum.*] ibi eſt
caſus.vnde & Ab.olim miratus fuit de domino meo,
qui hanc diſputauit quæſtionem. ¶ In glo. no. quòd.
18 [*ibi, non † debet.*] in ſua diœceſi in loco non exempto,
quod dic,vt j.eodẽ.auctoritate.lib.vj.[*& ibi, dominium.*]
non vt ſibi illam retineat,ſed vt de illa ſicut de alijs ſuæ
diœceſis ordinet.x.q.j.regenda,de cenſi.eccleſij. ſecun-
dum Hoſtien.idem de fructibus,de quibus ſequitur, ꝙ
ſi in vtilitatem eccleſiarum ædificatarum illos conuer
tet,de ſuceſ.ab inte.c.fi. de offi.ordi.cum vos.ſecundum
Innocen.Hoſtien.& Abba.¶ In gl.& ſic.[*ibi,a ſententia.*]
hoc teneas,licet Io. Vincen. Goffre. & Phi.dixerint, ꝙ
hic erat penitus aliud capitulum,cum prius eſſet actũ
ſolum de libertate data per epiſcopum. ¶ In glo. ſed
tantum.[*in fine.*]& ſupra de fide inſtrumentorum. cum
Ioannes.¶ In glo.vltima.[*in fine.*] de hoc.ſ. de conuer.
coniu.placet.

ADDITIO.

a ¶Concurrant.Vide Ioan.And.in c.cum ſuper.pręal.& in remiſſione,
quam ibi ponit.
b ¶Or.Vide Io.An.j.de regula.c.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Contra priuilegium eccleſiæ xl. annorum ſpatio pręſcribitur, an hoc ſic in caſu huius decretalis & alijs verum, numero 4. 5. & 6.*
*Diu,quaſi pro tempore ſufficienti.*
*Quiete,ideſt ſine interruptione cum onere ſuo res tranſit.*
*Per ſubtractionem eius, quod pręſtabatur, videtur quis ſpoliari.*
2 *Replicatio probatur prius, quando exceptio eſt de iure communi.*
*Hoſtienſis dicitur ſomniaße.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, numero 4. & 5.*
6 *Per conſuetudinem, vel conſtitutionem ius quæſitum an vnico actu,vel alias quomodo tollatur.*

CAP. XV.

1 ACcedentibus. C. †Quadragin
ta annorũ ſpa-
tio contra priuilegium eccleſię pręſcribi
tur. Et in prima partium comparitio, &
actoris narratio.in ſecunda iudicũ datio,ſecũda ibi, Di
ſcertioni.[*Diu.*] ac ſi dicat per tempus ſufficiens.[*Quie-*
*te.*]ideſt ſine interruptione. ſ. de præſcrip.illud. [*Poſſe-*
*derint.*] ipſi monachi. vnde etiam conſuetudo iuuabat
illos,ſupra de decimis,apoſtolicæ,& capitulo cum ſint.
[*Dominium.*] dictarum terrarum, tranſiuerunt ergo
cum onere,de decimis.commiſſum, & capitulo paſto
ralis [*Poſſediſſent.*] ideſt quaſi poſſidendo percepiſſent.
[*Subtrahere.*]de nouo, per quod videtur illos ſpoliaſſe.
ſupra de electionib. querelam.[*Oſtenderint.*] ideo prius
2 † probatur replicatio, quia de iure communi proba-
ta erat exceptio. ſupra de decimis, ex parte, infra de
hoc dixi, ſupra de exceptionibus, a nobis, in ſexto
membro. [*Defecerint.*] iſta litera oſtendit, quod falſa
eſt opinio,de qua dicam ſuper gl.quod voluntaria fuit
probatio de xl. cum ſufficerent. xxx. ſimile quod di-
xi,de cenſibus, olim, ſuper fine. ſecundę gloſſæ. [*In*
*petitione.*]ſic ergo agebant templarij contra mona-
chos,[*Ipſis.*]ſcilicet monachis.[*Silentium.*] & ſic mona-
chi agebant contra templarios,& ſic erat cõuẽtio, & re

cōuentio. Hoſ. ſomniauit, cum hic abſoluatur reus, &
3 actori imponatur ſilentium, quod eſt cōmune. ¶ †Gl.
j. ſignat tria contraria. primum, ꝙ contra priuilegia ec-
cleſiarum nullo tempore præſcribatur, & ſoluit ſecun
dum, ꝙ perdatur vnico actu, & remittit. tertium, ꝙ per
datur xx. annis, & ponit duas opiniones. vl. ſoluit. ¶ Vl.
gl. al. tres concor. quærit, arguit pro. ſoluit contrarium.
4 ¶ †In glo. j. [*ibi, commiſſoriæ.*] vide de libe. ob. c. ij. ſuper
fi. j. gl. [*& ibi, l. ij.*] vide in c. ſtatim alle. ſuper iiij. glo [*&
ibi, §. aptanda.*] ibi ſenatus de partibus caducis loquitur:
quia ſic euenerat, ꝙ partes petebantur. ſed idem, ſi peta
tur as, vel totum. [*& ibi, circa eum.*] vide de reſti. ex teno-
re. ſuper vlti. glo. [*& ibi, quod ſi non vt totum.*] vide s̃. eod. ſi
de terra, ſuper glo. ij. [*& ibi. l. iiij.*] vide de ſimo. per tuas.
in gl. propter alias. [*& ibi, voluntariæ.*] ibi tutelæ munera
priuilegijs nihil derogant. [*& ibi, presbyter.*] l. cet conſti
tutus in ſacris vnam tutelam recipiat, non per hoc te-
5 netur ad alias recipiendas. ¶ In †glo. j. [*ibi, ſtatutis.*] quib.
renunciari non poſſet, quale de fo. compe. ſi diligenti.
de ſen. excommu. cōtingit. ſed hic loquitur de particu-
lari & ſingulari priuilegio conceſſo fauore loci, vel per
ſonæ. [*& ibi, erunt.*] adde, quod no. s̃. de præſcri. cum no
bis. [*& ibi, de facto accidit.*] dicit Hoſt. non quoad vnicū
actum, ſed quoad caſum dec. inſpici factum. ſufficiebāt
enim xxx. ad perdēdum priuilegia, & tenet, quod ſequi
tur, ꝙ voluntaria fuit probatio. maioris temporis, iſtud
non patitur ver. ꝙ ſi in probatione. Inno. vero alias ſolu
tiones dedit primo dicens, ꝙ hic maius tempus requiri
tur, quia conuentus templariorum, de quo hic loqui-
mur, eſt vltra mare, & poſſeſſiones citra, quas habent
multas & in diuerſis locis. vbi vero tam conuentus, q̃
poſſeſſiones eſſent vltra mare, vel citra, tunc ſufficerent
xxx. anni, vt in contrario. Sed hac ratione conſidera-
ta, videtur, ꝙ in præſcriptione poſſeſſionum ſuarum de
beret requiri maius tempus xl. annnis, cum tamen
iſtud tempus omnibus ſit commune, ſecundum Hoſt.
xvj. q. iij. quas actiones. Secundo dicit, ꝙ hic conuentus
non iuuabat ſe ex tacita renunciatione, vt in cōtra. Sed
ex præſcriptione, in qua requiruntur xl. anni. vt hic, &
s̃. de præſcrip. de quarta. Sed hoc tollitur per ver cum. n.
iij. dixit, ꝙ illa corrigitur per hanc. Sed hoc non placet
Hoſt. quandiu aliter ſolui poteſt. C. de inoffi. doti. l. vni-
ca. iiij. dixit, ꝙ vbi ex priuilegio ſtatim quęritur ius do-
minij, non amittitur, niſi legitimo tempore præſcriba-
tur, vt hic. nec ob. C. de iure do. impe. l. ij. quia ibi nō ha
bent dominium, ſed poteſtatem rem pignoratam ac-
cipiendi in dominium. vbi vero dominium non acqui
ritur ex priuilegio. ſed potius datur poteſtas aliquid fa-
ciendi, vel non, tunc minori tpe clauditur, vt in ꝯ. imo
& qñq; vnicus actus ꝯrius ſufficit. s̃. de conſti. cum ac-
ceſſiſſent. & eſt ratio diuerſitatis, quia dñia rerum certis
modis, & cum magna difficultate acquiruntur, vt patet
Inſtitu. de rer. diu. per totum. vnde nō eſt mirum, ſi nec
de facili amittuntur. Priuilegium vero ſola petitione
acquiritur, & in fauorem petentis datur. vnde & qñ per
ipſum nullum dñium transfertur, de facili amittitur.
Hęc etiam ſolutio tollitur ſm Hoſt. nam ſi quis conſi-
deret mentem & verba huius literæ, & ꝯ eiuſdem na
turæ hic & ibidem priuilegium inuenitur. & ſi quæras,
quare xxx. anni requiruntur ad hoc, vt tale priuilegium
tollatur, cum ſufficere deberet vnicus actus ꝯrius, vt s̃.
de præ. per illorum? Rñ. ille, cui conceſſum eſt, & qui fa
cit ꝯ priuilegium, directe & ſcienter venit ꝯ ipſum, &
ideo per ꝯrium actum tollitur, vt ibi, hic vero ſecus eſt.
licet. n. monachus, vel conuerſus agris colendis præpo-
ſitus, vno anno, vel duobus ſoluat decimas, non eſt im
putandum conuentui, qui poteſt ignorantiam allega-
re, quinimo & ſi hoc ſciat, adhuc non præſumitur re-
nunciare voluntarie, ſed potius ius ſuum redimere, qđ
licitum eſt, vt no. s̃. de ſimo. dilectus. j. & lites execrari,
quod nec vituperandum eſt. ff. de ali. iudi. mutan. cauſa
fac. Item res. §. j. & j̃. de verb. ſig. ſi conſtitutionem. ij. rñ.
lib. vj. & adde circa hoc quod dixi in prę. c. cum acceſſi
a ſent. ſuper gl. pe.[a] vbi autem xxx. annis continue ſolui-
tur decima, tunc non videtur ignorans, imo ſciens præ
ſumitur præſumptione iuris & de iure, & per conſe-
quens omnino præſumitur priuilegio velle renuncia-
re. hoc eſt, quod volunt notare contra. s̃. eo. ſi de terra. §.
6 fi. vbi tanto tempore &c. & hic. Quid † de iure acquiſito
per conſue. dic ſm Inn. & Hoſt. ꝙ non tollitur minori
ſpatio xl. an. ſicut enim conſuetudo non inducitur mi
nori ſpatio, vt patet in eo, quod le. & no. s̃. de electio. Cu
mana. §. fi. ſic nec deſuetudo, quia eadem ratio eſt, arg.
s̃. de conſangui. tua. ad hoc. ff. de legibus. de quibus. ff. de
ſepul. viola. l. iij. §. diuus. s̃. de elec. cum eccleſia Vultera-
na. §. j. ponit Inn. exemplū in conſuetudine, cū eſt con
ſuetudo in eccleſia, vt nullus aſſumatur, niſi ſit in ſacris
in canonicum, per vnum actum non videbuntur re-
nunciaſſe cōſuetudini, in qua diu perſeuerauerunt, quia
non licet conſuetudinem infringere, xi. diſt. in his. plus
dicit Inn. ꝙ ſiue ſint conſuetudines, ſiue cōſtitutiones,
ſiue priuilegia honorabilia, vel vtilia eccleſijs, illa nun-
quam intelliguntur renunciare per vnum, nec plures
actus contrarios quia non poſſent expreſſe renuncia-
re. C. de tranſa. præſes. ff. de pac. contra. §. fi. nam & hoc
caſu ſi omnes de capitulo vellent facere ꝯ priuilegia, &
conſuetas ſuas cōſtitutiones, vnus ſolus poſſet ꝯdicere,
& etiam omnibus facientibus contra prædicta, ſi ver-
git in damnum eccleſiæ, ſuperior poteſt, & debet reuo-
care. s̃. de his, quæ fi. a maio. parte c. j. de re. ec. non alie. ſi
quis. & c. ad noſtram. Ea vero, quę vtile eſt eccleſiæ re-
nunciare, vel ſunt indrīa, in his locum habet ꝙ eis per
actum ꝯrium renunciatur, ſm Inn. qui dicit, ꝙ licet in
caſibus dec. cum acceſſiſſent, & per illorum, nō poſſint
canonici, qui venerint contra priuilegium, vti illo ad
ſuum commodum, vt ſi allegent ſuarum præbenda-
rum diminutionem, poſſent tamen vti nomine eccle-
ſiæ, puta ſi propter modicitatem præbendarum non
inuenirent canonicos reſidentes, vel non inuenirent
bonos. & idem in ſimilibus. Quicquid. s̃. dicatur, tene
quo ad caſum noſtrum, ꝙ per falſas ſolutiones non eſt
vitanda iurium correctio, vbi de illa conſtat, de electio.
cum expediat, in prin. lib. vj. vbi de hoc in gl. ij. ſed planū
eſt, quod per iura vetera res eccleſiarum pręſcribantur
xxx. annis. s̃. de præſcrip. ſanctorum. xiij. qō. ij. c. j. poſtea
ſunt additi. xxvj. q. iij. quas actiones. ergo illud ſm vete-
ra, hoc ſecundum moderna iura intelligatur etiam in
priuilegijs. [*& ibi, in quolibet anno.*] Idem Vincen. hoc nō
eſt verum ſecundū Io. qui hoc no. xvj. q. iiij. volumus.
cui concor. Aegi. s̃. de præſcri. illud. & facit quod ſcripſi
de reſti. ſpo. cum ad ſedem. ſuper iij. gl. [*& in fi.*] de hoc
xvj. q. iiij. neq; decennij. ¶ In gl. vl. [*ibi, non credo.*] idē In

ADDITIO.

a ¶ Gl. pe. Vide Bar. in l. beneficium. ff. de conſti. prin. an vnico actu per-
datur priuilegium.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Subiectus ille dicitur ratione vnius beneficij, qui ratione alterius
cenſetur exemptus, & quando ab ordinario puniri poteſt, &
iuriſdictio in eum exercere, ibi. & nu.*
*Priuilegium quandoq; eccleſiæ conceditur in perſonis, vt hic, &
ob id etiam perſonę ſunt exemptæ.*
2 *Beneficium curatum cum canonia quis poteſt tenere iure commu
ni, vel ex diſpenſatione epiſcopi.*
*De delictis vbi puniendus*
2 *Libere hic, vt ſumatur.*
4 *Epilogus & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
*Priuilegium an comprendat tantum ea quæ quis tempore priuile
gij habebat, an etiam quæ poſtea quæſiuit, & nu. 6.*
*Acquiſitum an cenſeatur eodem iure cum antiquo, ibi.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Vnius perſona iudicatur vt de duabus, in fi.*

CAP.



CAP. XVI.

1 CVm capella. C. † Ratione vnius
beneficij dicitur il
le ſubiectus, qui ratione alterius cenſetur
exemptus. Communis diuiſio, ſecunda ibi,
Quo circa. [*Priuilegio.*] hoc priuilegium conceſſum eſt
eccleſiæ, & perſonis eius intuitu. vnde poteſt dici con-
ceſſum eccleſiæ in perſonis, per hoc tamen non eſt exē
pta eccleſia, etiā ſi perſonæ eſſent per priuilegium exē
ptæ ſecundum Inn. & Hoſt. qui no. hic, quod eſt expedi
tum. j̃. e. per exceptionem. & c. ſi papa. lib. vj. [*ſentiens.*] li
cet iſti priuilegio ob. non poſſint his pęnis puniri, alias
tamen etiam per ſententiam iudicari, & condemnari
poſſunt ab ordinarijs, quia nec hoc ꝓhibet priuilegiū.
imo videtur concedere, ar. de præſump. nonne. & ſuffi-
cit, ꝙ priuilegium non offendatur. s̃. eo. porro. ſecundū
2 Inn. & Hoſt. [*Tenent*] no. quem † poſſe tenere benefiiciū
curatum cum canonia de iure communi. vel ex diſpē-
ſatione epiſcopi. de hoc. j̃. de reſcrip. gratia. lib. vj. poteſt
etiam dici, ꝙ reſpicit factum hæc litera. [*Quarum*] ſ. ec-
cleſiarum. alias. [*Quorum.*] & tenetur neutraliter. q. d. eo
rum omnium, quorum &c. [*Grauiter.*] h. d. quia in gra-
uioribus omnino puniēdus eſt delinquens ab illo, ſub
quo deliquit, & remittendus, non ſic in leuioribus, de
hoc. j̃. de rapto. c. j. [*Exempti.*] quo ad prædicta. [*Parochia-
lium.*] quantum enim ad illas, & quandiu morantur in
illis, poteſt illos excommunicare, & omnē iuriſdictio-
nem exercere. j̃. e. c. j. lib. vj. ad finē. [*Vel alias.*] vt ſi delin-
quant, & j̃. ſuam diœce. Nam ſecundum Hoſt. ſunt tan
tum priuilegiati occaſione capellæ, & quandiu morā-
tur in ipſa. Ex delicto vero extra commiſſo foro diœce
ſano ſubiiciuntur. s̃. e. tuarum. & delicta etiam in capel
la commiſſa punire poteſt aliter, quam per cenſuram
3 vt s̃. dixi. [*Libere.*] q. d. nulla † contradictione, vel appella-
tione impediente, nam a correctione non appellatur.
4 s̃. de ap. c. iij. cum concor. ſecundum Hoſt. ¶ † Gl. j. dicit
queſtionem hic ſolui, in qua diſtinguit. ſecundo obii-
5 cit, & ſoluit. ¶ † In gl. j. [*ibi. §. Caio.*] ſi teſtator legat Caio,
quicquid ſibi ex chyrographis, vel rationibus debet, le-
gatum intelligitur, quod debebatur tpe teſtamenti, &
quod poſtmodum acceſſit noīe vſurarū. ſed ſi poſtea
ſit nouatio amplioris etiā ſummæ id ſolum quod de-
bebatur tempore teſtamenti cedit legato. [*& ibi, vxori.
ij. reſpon.*] Si teſtator legat vxori, quod ei donauit, dedit,
vel ipſius vſibus comparauit, poſtea donatum non ce-
dit legato. [*& ibi, cum quis, in fi.*] ſi teſtator dicit filios, fi-
liaſue illorum, quos manumiſerat, intelligitur de ma-
numiſſis ante teſtamentum. [*Et ibi, cum ſtipulamur.*] vi-
de j̃. [*& ibi, ſi duobus.*] Si duobus inſtitutis ſeruus liber eſ
ſe iuſſus eſt, ſi x. heredibus dederit, & vnus hæres illum
vendidit, & tradidit. ſi alteri hæredi, a quo venditus non
eſt, pro parte pecuniam tradit, liber erit. ¶ † In glo. pri-
ma. [*ibi, diſtinguendum.*] ſecundum Tancr. vt dicit Bar. in
quęſtione domini. lviij. ſubdit, ꝙ quidam contra per de
cre. j̃. eodem, quia circa. [*& ibi, eodem priuilegio.*] Hoſt. ꝯ
dicens, ꝙ in nullo caſu participant, quia non extendi-
tur ad futura, al. ff. de auro & argen. leg l. ſi ita eſſet lega-
tum. vbi, ſi legaui argentum meum, vel ſeruos meos
hac demonſtratione in eum præſens non futurum
tempus oſtēdo. ad hoc facit, ꝙ iſta priuilegia ſunt odio
ſa, quia ordinarię iuriſdictioni præiudicant. ad materiā
vide quod no. C. quæ res pig. obliga. poſ. l. fi. & ff. de fun.
inſtru. l. pe. & antepe. & quod dixi in Spe. de cenſi. §. ij. ſu
per ver. quod ſi vniuerſitas. ij. in iiij. q. [*& ibi, cum quis, in
fi.*] V in. ar. j̃. de præben. quia ſæpe. lib. vj. [*& ibi, cum ſtipula
mur.*] V incē. & poſt eum Io. Goffre. & Phi. allegant iſtā
l. pro. ſed verum eſt, ꝙ eſt contra. quia ibi dicitur, quod
ſi ſtipulor, quicquid te dare, vel facere oportet, illud ſo-
lum venit in ſtipulationem, quod ea die debetur. Sed
forte Vincen. & ſequaces reſpiciebant ſecundum mē-
brum. [*& ibi frater noſter.*] ibi de hoc. [*& ibi, iure.*] poteſt
hoc intelligi de iure communi. & ſic etiam reſponde-
ri poſſet ad decre. s̃. de cenſib. eccleſijs. & quod ibi dici
tur, quod de nouo acquiſitum cenſetur eodem iure cū
antiquo, intelligatur de iure communi ſecundum Ho.
[*& ibi, ex parte.*] j̃. de ſepul. cum quis, lib. vj. [*& in fi.*] dic
quod duo ſunt hic iura, quę licet in vnius perſona con-
currant, iudicamus de illa, vt de duabus. facit, quod no.
de teſta. Raynutius. in gl. antepe. & quod ibi dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbas monaſterij exempti pro membris non exemptis ad ſinodū
epiſcopalem accedere, & epiſcopo parere tenetur, poſt epiſco-
pos ſedet, nu. 3. ſinodalia ſtatuta recipere quando debeat, nu. 4.
appellatione fratrum continetur abbas, nu. 5. in quibus epiſco-
po obedire teneatur, nu. 7. & in quos exerceat iuriſdictionē, ibi.*
2 *Thronus quid.*
*Gladio biſacuto quomodo dicatur iudex vti, et quis hmōdi dicatur.*
3 *Romanus pontifex vicarius Dei eſt in terris.*
*Verba priuilegiorum diligenter attendenda.*
6 *Ad papam appellantes ſunt ſub ipſius protectione Anglicani.*
7 *Exemptus in quibus ſubſit diœceſano.*
*Domicilia plura poſſunt habere clerici ſeculares, non regulares.*
*Forum vtrique ſortiuntur pluribus modis.*
*Clericus duorum epiſcoporum ſi delinquat, & iniuriam faciat cle
rico alterius epiſcopi, extra epiſcopatum domicilij an teneatur
reſpondere epiſcopo domicilij. § quid ſi.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 9.*
*Verba teſtatorum ac viuorum ita interpretanda, vt aliquid affe
rant, non autem ſint inania.*
10 *Additio gloſſarum.*

CAP. XVII.

1 EXore. C. † Abbas monaſterij exempti
pro membris non exemptis ad
ſinodum epiſcopalem accedere, & epiſco-
po parere tenetur. Et præmittit exordium.
ij. narrat factum, & allegationes partium ibi, Cum igi
tur. iij. diffinit ibi, Nos ergo. & dicit Hoſt. ꝙ s̃. de pręſcri.
auditis. & de reſti. in inte. auditis. hęc cauſa examinatur,
2 quæ hic diffinitur. [*In † throno*] i. Dei. dicitur etiam ſedes
epiſcopalis thronus, de ele. innotuit. ver. multa. [*Gladius*]
apo. j. & xix. [*Acutus.*] i. ab vtraq; parte ſcindens ad mo-
dum enſis, nunc tangens actorem, nunc reum, prout
cauſa deſiderat. ij. q. ij. pręceptum. ſecūdū Gof. & ita fuit
hic, qa partim pro actore partim ꝓ reo ꝓnūciat. [*Rom.
3 † pon.*] qui eſt ipſius vicarius in terris. [*A longis*] non tñ a
longiſſimis, quia neutra pars probauit præſcrip. vt j̃. di
cit, Io. vel nitebatur probare, ſed nō probat. [*Nitebātur.*]
procur. veſtri. [*Proſpicitur*] no. diligenter aduertenda ver
ba priuilegiorum. ad idem, quod ſequitur, & j̃. eo. qm̄. s̃.
c. recepimus. & c. porro. de crimi. fal. licet. ad fi. vnde &
de ſignificatione verborum habemus. j̃. rubricam ſpā-
lē. ſm Ho. [*Primum.*] nō dicit, qñ, vel vbi. [*Locum ipſum.*]
primum poſt Vigurien. epm. T. [*Generali.*] quod tenet
ſolus papa. [*Prouinciali.*] de quo. xviij. di. per totū. [*Alios
epos.*] ac ſi dicat eps Vigorien. non eſt vltimus in ꝯſilio
gñali. vel prouinciali. Si ergo abbas ſederet poſt epm in
primo loco, ergo ꝓcederet ī ſede oēs epos, qui ſedēt poſt
Vigorē. qđ eſſet abſurdū, vt præmiſit. [*Epali.*] de quo. s̃.
de accu. ſicut olim. [*Quare.*] i. ex vi quorū verborū. [*Ac
4 per hoc.*] ſ. quia venire tenetur. & no. † modū arguendi ꝯ
abbates, ꝙ ex quo tenentur venire ad ſinodū, ergo & ſi-
nodalia ſtatuta recipere ſm Hoſt. qui remittit, de ma. &
ob. ꝙ ſuper his. quod hic dixit Ab. ibi vide ſup j. gl. quod
abbates. & tñ ī priuilegio nil dr̄ de abbatibus, ſed de fra
5 tribus. & ſic no. † ſm. Ho. applone fratrū ēt ꝯtineri abba
tes. de hoc de ſi. c. fi. [*ſubiectum.*] vt ꝯtinebat ī priuilegijs
vltra ipſorum verba ſuperius poſita, abſit enim, ꝙ illa
verba ſapiant exemptionem, quæ ſupponuntur, licet
Arch. contra. e. ti. ſi papa. in fi. [*Canturien.*] cui commiſſa
erat a papa ipſius monaſterij defenſio. Goffre. vel quia
6 † appellantes ad papam ſunt ſub ipſius tuitione de ſpe-
ciali conſuetu. Anglicana. de hoc. s̃. de app. cum tenea-
mur, ſecundum Hoſtien. [*Propter quod.*] i. propter quæ
7 membra non exempta. [*Non † exemptis.*] in quibus ſi de

linquant,puniri poſſunt ab epiſcopo, de foro compe. Romana,lib.vj.& ỹ.eo.c.j.eo.lib.Quod verum eſt, ſi delinquant in locis,non in perſonis etiam non exemptis, puta ſi abbas negligens eſt in regimine earundem, vel etiam iniuriatur eiſdem.non enim iſti ſunt modi per quos dięceſanus ſortiatur forum in perſonis exemptis. imo plus dicendum eſt, ꝙ & ſi exemptus in perſonam delinquat non exemptam,non propter hoc poteſt diœceſanus ipſum priuare, etiam eccleſia non exempta, vel ipſum ſuſpendere,quia non poteſt hoc facere diœceſanus niſi cum cauſæ cognitionę.ſed ipſe non poteſt cognoſcęre de delictis perſonę exemptæ,ergo nec contra eum poteſt procedere ſecundum Innocen.Item in hoc caſu,quando membra non ſunt exempta, habet iuriſdictionem abbas ſuper eccleſias,vt no.ſ̃.eodem ti. de offi. ordi.quanto.& c.cum ab eccleſiarum.& in hoc caſu præſentabit clericos prælatis, & reſpondebitur ei de temporalibus.ſ̃.eodem.cum & plantare. verſi. cum
a in eccleſijs.[a]& ſ̃.de cape.monacho. c. j.ſ̃. de prębendis. in Lateranenſi.vbi de hoc, niſi & eccleſiæ eſſent pleno iure conceſſæ monaſterio,quo ad vtranque legem, ſcilicet diœceſanam,& iuriſdictionis, quia tunc abbas inſtitueret.xvj.q.ij.c.j.ſecundum Innocen.Item in hoc caſu nunquam appellabitur ab abbate exempto etiam a ſubditis non exemptis ad epiſcopum, quia non eis ſuperior,melius tamen dicitur contra, argumen.hic, &. ſ̃.de maiori.& obedien.ſolitę. circa princip. ſecundum Innocen.vide de donatio.paſtoralis.in glo. ſecus, in fi. Item ratione poſſeſſionis,vel contractus conuenietur abbas coram epiſcopo cap.j. de foro competenti. ỹ. eodem titulo.volentes.§.in eos. libro ſexto. non ratione domicilij, quia ipſum non poteſt habere extra monaſterium ſuum. Alij autem clerici ſeculares poſſunt habere plura domicilia, & in eccleſijs ſuis, & extra,locus tamen in quo tenentur ad reſidentiam, debet domicilium proprium reputari.ſ̃. de foro competenti. poſtulaſti. & vide quod ibi dixi in glo.priuationis.licet aliqui contradicant ſecundum Innocen. Quid ſi clericus duorum epiſcoporum delinquat, & iniuriam faciat clerico alterius epiſcopi extra epiſcopatum, in quo habet domicilium, nunquid tenetur reſpondere coram illo, ſub quo domicilium habet? ſic etiam ſi tantum clericus ſit, quia ratione clericatus ſortitur quis forum.C.de epiſcopis & cleri.auctẽ. clericus: ſecus autem eſt in abbate exempto, qui licet delinquat in clericos diœceſani,tamen coram eo conueniri nō debet,quia non eſt eius clericus,immo exemptus, licet in aliquo ſibi debeat reuerentiam, ſi autem membra ſunt exempta,& non populus, tunc & ſi delinquat abbas in membris exemptis, non habet intromittere ſe diœceſanus,extra,libro ſexto, eodem titulo, volentes. de populo autem idem dicendum eſt, quod eſt dictum,quando membra non ſunt exempta.ỹ.de verbo
b rum ſignifica.veniens. [b]libro ſexto.de hoc no.ſ̃,c. recepimus.& in hoc caſu inſtituet abbas clericos in eccleſijs ſine epiſcopo. ſed ſi deponendi fuerint, referentur ad papam,ar.ſ̃.de offi.archi.ad hoc. §. item epiſtola. & melius.ſ̃.de ſta.mona.in ſingulis.§.ordinentur.quod ſi non fecerit,& c.ea quæ.§.hæc eadem.ver.illorum, vbi vero populus eſt exemptus,tunc in nullo tenentur diœceſano ſecundum Inn.cuius eſt quaſi hæc tota gl. quã dicit Hoſt.ſe capere non poſſe per omnia,ſed ſecundũ eum dic de hac materia, vt no. in iuribus, ſ̃.inductis. [*Quibus.*]ſcilicet reuerentia,obſequio, & honore.¶Gl.
8 †ar.quod no.ꝙ dictio,quia,vel,ſicut,&c. al. contrium.
9 ¶Pe.glo.no.ꝙlicet caput,&c.all.contrarium.¶In† gl. ar.ꝙ [*ibi,§.dominus.*]Si teſtator iubet hæredem dare ſeruo,quem teſtamento manumittit, v. quæ ſibi inſtrumento debebat,licet nil videatur legatum,cum dominus ſeruo debere non poſſet,debetur tamen,quaſi dominus naturale debitum inſpexerit,non ciuile.[*& ibi, ſi ſeruus legatus.*]& §.ſi ſeruus.dicit,ꝙ ſi ſeruum alienum liberum eſſe iuſſi,& legaui.petitur ex legato, quia cum libertas nullius momenti ſit,abſurdum eſt legatum infirmari,quod ſolum valuiſſet.[*Et ibi, quicunque.*] ſi legaui,vel ſtipulanti promiſi.x.quę habes in arca,& ibi ſunt ſola.v.illa,ſ. ſola debentur. [*& ibi, ſi ſic.§.j.*] ſi teſtator mihi legat,quod Titius ſibi debet, quantitate non expreſſa,nullum eſt legatum.ſed ſi decem,quæ debeo Titio,ſibi lego,falſa demonſtratio legatum non perimit, & idem l.ſequẽs.[*& ibi, ſi quis fundum*]ſi tibi vendo fundum hereditarium ſic.ſ.quanti fuit emptus a teſtatore & apparet illi fuiſſe donatus,eſt venditio ſimilis venditioni ſub conditione factæ, quæ nulla eſt conditione deficiente.[*& ibi, ſi debitor, in fi.*] Si vendo fructũ oliuæ pendentis,& ſtipulor precium pro x.pondo, quod natũ eſſet,ſi ſolum quinque pondera naſcantur illa ſola debentur,¶In glo.pe.[*ibi, an pars.*]pars rei poteſt haberi ꝓ derelicto per ſocium,qui ſolam partem habet, ſed dñs totius rei non poteſt partem habere pro derelicto,¶In glo.vlt.[*ibi, duorum.*]duorum libertus vnus ſcribit alteri
10 cuſtodiendo domum.¶In † glo. ij. [*in fi.*] de hoc ſ̃.de tempo.ordi.c.ij.¶In glo.ar.quod.[*in fi.*]dic vt ſ̃.de confir.vti.vel inuti.c.pe.§.vlti..¶In glo.in his.[*ibi, exempta.*] ſup.nō probauit abbas præſcriptionem,ſed nec epiſcopus probauit quo ad exempta, & ideo in illis obtinet abbas,& ideo dixit,cum a neutra parte.[*& in fi.*]vbi de hoc. ¶ In gl.pe.[*in fi.*]Io.ſol.vt no.ſ̃.c.proxi.

ADDITIONES.

a ¶Eccleſijs.Ibi vide,& in c.de monachis.de præb.

b ¶Veniens.Ibi vide latius Io.And.in addi.noua Inn.

*SVMMAIVM.*

1 *Sub protectione papæ receptus per hoc non cenſetur exemptus,& quando ſit hoc verum, in fi.*

*Nomen, & circunſtantia indubitata, paria ſunt.*

2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAP. XVIII.

1 EX parte. C.†Receptus ſub protectione papæ per hoc non cenſetur exemptus.communis diuiſ.ſecunda ibi, nos autem.[*Et nomine.*] ſ. proprio nomine ſcripto in priuilegijs. idem, ſi poneretur circunſtantia indubitata.ſ̃.de conſan.tua.[*Exempti.*]virtute talium literarum.[*Literas.*]huius generalis protectionis,ſecus de protectione ſpeciali,cui quis ſe ſubmittit intendens appellare,de app.ad audientiam.ſecundum Hoſt.¶ In gl. ij.obiicit & ſol.¶ In gl.ſecunda.[*ibi, diuerſitatem*] & xvij. q.iiij. frater,& in fi.Ioan.adde quod no.ſupra eodem. recepimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegiati religioſi a papa de capellis in ſuos vſus conuertendis.*

*Auctoritate diœceſani poſſeſsionem apprendent, niſi aliud exprimatur, & ratio, nu. 2. in fi.*

*Eccleſiarum donatio etiam ab epiſcopo poteſt fieri, & cui, quomodo, & quare, per eam quæ intelligantur conceſſa, nu. 3. earum antiquum ſtatum an & quando liceat immutare, nu. 3.*

*Eceleſia ſi donata ſit in vna diœceſi, & altera, cui donata in alia nō confunduntur propterea iuriſdictiones diœceſanorũ, & quo modo id intelligatur, nu. 4. ſi cōcedatur pleno iure, quid dicatur conceſſum. nu. 5.*

2 *In poſſeſsionem decimarum, vel poſſeſsionum eccleſiaſticarum propria quis auctoritate, ſed epiſcopi debet ingredi.*

*In eam amiſſam qñ nec domino liceat intrare, & ſi intrauerit, quibus modis auocetur ab eo, & pœna quę, & num. 6. & 7.*

*Triticaria condictio quæ, & quando locum habeat.*

*Translatio eccleſiæ, cum eius redditibus, & diuitijs ſic quandoq; & qua ratione, huius eccleſiæ creditores poſſunt petere ſeparari bona vtriuſque, nu. 4.*

*Eepiſcopo nolente conſentire, agitur cum ſuperiore.*

4 *Procurationes, & decimæ papales eccleſijs imponuntur, non prædijs.*

*Realia, vel rebus annexa ipſius res ſequuntur, & in loco, vbi ſũt, ſoluuntur.*

*Diœceſano rei, ſeu prædij an ſubſit, & in quibus.*

5 *Res tranſit qualis erat apud alios.*

*Per vnionem eccleſiarum quid intelligatur conceſſum, in fi.*

6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*

*Vno conceſſo de duobus, alterum remanet. §. iiij.*

*Generali conceſſione quę non contineri dicantur, ibi.*

7 *Additio gloſſarum.*

CAP. XIX.

1 PAſtoralis. C.† Religioſi priuilegiati a papa ſuper capellis in ſuos vſu conuertendis auctoritate diœceſani poſſeſſionẽ apprehẽdent, niſi aliud exprimatur. communis diuiſio ij. ibi, Ad quod.[*ſuas.*] quo ad ius patronatus. [*Vſus.*] forte propter indigentiam mon.quod etiam ex donatione epiſcopi fieri poſſet,de don.conſultationibus.portione tamen congrua vicario ibidem inſtituendo perpetuo reſeruata, de præben.extirpandę,ſecundum Hoſtien. & adde quod dicã
2 in fine.[*Ipſarum.*]eccleſiarum.& idem †intelligas de decimis,vel poſſeſſionibus,ſi per priuilegium concedantur eccleſiæ,licet eccleſia ante apprehenſionem videatur habere illarum dominium,vel quaſi.C.de ſac.eccl.
a l.fi.[a]de conſue.c.ij.ſed nec domino conceditur intrare poſſeſſionem, quam nunquam adeptus eſt, vel amiſit
b auctoritate propria, maxime violenter, [b] immo per hoc cadit quandoque a iure ſuo.xvj.q.vj.placuit.de præben.eum qui.lib. vj.C.vnde vi,ſi quis in tantam. Quandoque aduocatur ab eo poſſeſſio ſic adepta per interdictum,vnde vi,vtile vel directum ff.de vi & vi ar. per totum.Quandoque per condictionem triticariam, ſecũdum Inno. quæ locum habet generaliter in omnibus rebus,ſiue ſint mobiles,ſiue ſoli præter pecuniam numeratam,quod dic,vt ff.de tri.l.j. & ij. Quandoque per condictionem ex canone,vel officio iudicis, quod dic, de reſti.ſpo.ſæpe.ſecundum Hoſtien.[*Introire.*] concor. ſ̃.de offi.dele.ſuper eo.contra.ỹ.eo.in his.Solu.per hunc actum ſi fieret ſine diœceſis auctoritate præiudicaretur reipublicæ quantum ad hoſpitalitatem,eleemoſinam, & iura eiſcopalia perſoluenda, ad hoc.ſ̃.de ſup.neg.prę la.c.ij.& etiam poſſet priuilegium eſſe ſurreptitium. & hoc eſt diſcutiendum,de reſcrip.ſuper literis.ne ſe. va.c. j. in cōtrario non loquimur de actu prędiudiciali epiſcopo.& adde quod ibi dicam. [*Epiſcopali.*] nam per hæc
3 †verba intendit,ꝙ is,cui fit conceſſio,habebat adminiſtrationem eccleſiæ,& ꝙ ſibi reſpondeatur de temporalibus, & ꝙ conſeruato bono & antiquo ſtatu eccleſiæ, quicquid ſuperfluum fuerit in vſus ſuos conuertat. ſed nunquid licebit antiquum ſtatum immutare, non videtur,arg. de conſti.cum omnes. & expreſſius, de ſup. neg.præla.c.ij.Sol.ex cauſa & interueniente auctoritate epiſcopi hoc poteſt fieri,aliter non debet,vt patet in eo quod le.& no.ſ̃.de conſue.c.antepe.& ſ̃.de conſti.cum omnes.in fi.& de cenſi.prohibemus. vt tamen epiſcopus ſibi ꝓuideat,& illud eligat,quod magis viderit placere Deo,& reipublicę expedire,dabat Inn. exemplum de eccleſia,quæ abundabat canonicis,& populo,deficit populus,remanſit eccleſia cum ſuis diuitijs. eſt ergo vtile illas transferri ad locum, quo maius ſeruitium fiat Deo.& ſi nollet diœceſanus conſentire,agendum eſſet cum ſuperiore ſecundum Inn.facit de iure pat.nullus. Omnia vero epiſcopalia remanent diœceſano in caſu huius capituli. nam propter hoc priuilegium non eximitur a iuriſdictione ſua taliter conceſſa eccleſia nec poteſt ille cui ſic conceſſa eſt,poſſeſſiones,& res ipſius vendere, vel pignorare pro alterius eccleſię, cui donata eſt, debitis perſoluendis, quinimmo & quæ huic eccleſię relinquuntur,in vtilitatem ipſius cōuerti debent,vide de ſepu.in noſtra.in glo. ſi quis eligit. & idem de mutuo ipſius nomine contracto, alioquin prelatus,cui hæc eſt eccleſia conceſſa,de facili crimine ſacrilegij inuoluetur, & per diœceſanum puniri poterit,arg.x.q.ij.c.fi. & xvij.q.iiij.per totum.ſ̃.de exceſ. præ. ſicut vnire.ſ̃.de excep.cum venerabilis.ſ̃.de reſtitu. ſpo. olim cauſam,ſ̃.de offi.ordi. cum nos.vbi de hoc. vide
4 tur etiam, ꝙ creditores † huius eccleſiæ poſſunt petere per interdictum de ſeparationibus, vt ſeparentur bona vtriuſque.ff.de ſeparatio.per totum.Quid ſi eccleſia donata ſit in vna diœceſ.& alia,cui donatur in alia.reſpō. non propter hoc confunduntur iuriſdictiones diœceſanorum,vt ſ̃.de reli.do.c.ij.vbi de hoc.immo ſi agatur de alienatione poſſeſſionum eccleſiæ donatę, requiretur conſenſus epiſcopi ſui in alienatione rerum eccleſiæ,cui facta eſt donatio,ſui epiſcopi,cum alias in alienatione poſſeſſionum vnius eccleſiæ, illius diœceſani, cui ſubeſt.& nō illius, ſub quo poſſeſſiones ſitę ſunt,eſt auctoritas requirenda.xvij.qō. iiij. in venditionibus.vbi de hoc per Arch. xii.q.ij.abbatibus. & c.ſi qua.& c.ſine exceptione.x.q.ij.caſellas.ſecundum Inn.& facit,quod poſt eum dixi,de tranſactio.c.ij.pro quo facit.ff. de reb. eorum qui ſub tu.vel cu.l.magis.§.illud.vbi prætor dat auctoritatem alienandi rem pupilli ſitam extra ſuam iuriſdictionem.Eſt tamen contrarium ar.ſ̃.de fo. compe.ſanc.& in his,quæ no.ſ̃.de ſepul. in noſtra. ſecundũ Hoſtien.vt ibi ſcripſi.in glo.mobilibus.Io.& Lau.x.q.ij. §.quod ſi.& in præ.c.in venditionibus,notant, ꝙ requiritur auctoritas epi illius,ſub quo eſt ꝑdiũ,ꝑl ſi ꝑdiũ.C. de prædi.& ali.re.mi.ad hanc partem faciunt cle.de reſcrip.c.j.maxime.ij.reſpon.de ſupp.neg. præla. quia regulares.Et adducitur,ff.de bo.aucto.iu.poſ.l.cum vnus. §.ſi is.ff.de iudi.hęres abſens. C. de iudi.properandum. §.ſin autem.vbi maior iudex dicitur,qui ſub ſua iuriſdictione habet rem petitam, & ff.de iuriſdi.om.iud.l.vlt. & de tu. & cura. da. ab his.l.pupillo.pro & contra facit quod no.Goffre.in Spec.tit.ij.§.conſequenter.in fi.Alij dicunt vtrunque iudicem debere interponere ad cautelam.ff.de excu.tu.l. iuriſperitos. §. j. Sed hoc non eſt ſoluere,ſed conſulere.& eſt ſimile conſilium,quod no. de elec.querelam.ſed dici poteſt,ꝙ hoc non eſt ſimpliciter conſulere imo diffinire. cum enim cura eccleſiæ cum dote ad diœceſanum eccleſiæ ſpectet.x.q.j. regenda. & c. decretum, ipſius principaliter intereſt eccleſiam non depauperari.item non epiſcopus prædij, ſed ipſe viſitat,& procuratur.facit.ſ̃.de cenſi.c.fi.idem dico de procurationibus legatorum, & de decimis papalibus.iſta enim non imponuntur prædijs,ſed eccleſiis, & tunc bona acceſſoria ſequuntur principale: ỹ. de regu. iuris.acceſſorium.cum concor.facit.C.lib. x. de incol. l.iij.iiij.& v.ff.de mu.& ho.reſcrip.§.vlti.realia vero, vel rebus annexa ipſas res ſequuntur, & in loco, vbi ſunt ſoluuntur.ſ̃.de paroch.c.vlti.& l.forma. quam ibi alle. gl.ff.de cenſi.& ff de mu.& ho.munerum.lib.xj.§.patrimoniorum.ij.ſ̃. de decimis. paſtoralis.cum concor. & circa hoc vide quod plenius ſcripſi,de immu. eccle.c.j. lib.vj.Item etiam coram illo ſuper illa re poteſt conueniri,vt ỹ.dicam.& ſcripſi de reſcriptis, dilectus. ij. ſuper glo. ii. concluditur iuxta opinio.Innocen. ipſius licentiam neceſſariam.& hoc eo magis,quando ſibi iurauit non aliter alienare:quia vero ſub iuriſdictione alterius epiſcopi ſitum eſt prædium, illius reſpectu illi epiſcopo ſubeſt,& coram illo conueniri debet principalius, de foro competenti. ſane. vbi dixi de hoc. det ergo vterque licentiam,argumen.de ſenten.excommunica. cum illorum.§.ſi vero,Iaco.de Arena in ſimili quæſtione dicebat cuiuslibet illorum decretum ſufficere, allegabat.C.de præſcriptione longi tempo.l.fi.vbi iudex domicilij & iudex rei malitioſæ poteſt ferre ſententiam
5 ſuper re.† Quid ſi alicui mona. concedatur aliqua eccleſia pleno iure. Reſpondeo,regimen ſpiritualium & temporalium eſt conceſſum. xvj. quæſtio. ſecunda, viſis.non tamen, quod fructus ſuos faciat, vel ſibi retineat, niſi ad tempus cum ſolennitate ex magna cauſa, vt patet in eo, quod legitur, & notatur, ſupra vt beneficia eccleſiaſtica,capitulo vnico,§.fina. ni-

ſi forſan & hoc eadem eccleſia,quæ conceditur,ab alio
poſſideretur antea pleno iure,& in proprios vſus, vt ſic
hoc caſu talis tranſeat,qualis erat, argu. ff. de acquiren.
re.do.traditio.ff.de contrahen.emp.& ven.alienatio. ſ.
de dona.cum dilectus.in fi.& idem intelligendum eſt,
vbi vniuntur duæ eccleſiæ quocunque genere vnionis
ſecundum Innocen. intelligas per quod alienatio fiat
quod dic vt no.ſ.ne ſe.vacã.c.j.Hoſtien.[*Derogari.*]adde
6 quod dixi.ſ.c.cum olim.j.in fi.iij.gl.¶†Gl.iij.reſpon.ſi-
gnando contrarium de decre.cum veniſſet.¶ In j. glo.
[*ibi ſi quando.*]vide ſ.de elect.eccleſia.ſuper glo. antepen.
¶ In gl.ij.[*in fi.*]dicit ibi textus,nõ ex ipſo facto,ſed adi-
tione & ſententia prçſidis reportabis.¶ In iij.glo.[*ibi, im
proba.*]ibi dicitur,ꝙ improba poſſeſſio non præſtat titu
lum poſſidendi.vnde qui vacuam poſſeſſionem ingre-
ditur ſine conſenſu dominij, qui contradicere poterat,
iuſtam cauſam poſſeſſionis non habet.[*& ibi,ſi ex ſtipu-
latione.*]prædo eſt,qui rem,quam ex ſtipulatione ſibi de
bẽo,vel fundum,quem ſibi vendidi,ſine mea volunta-
te apprehendit.¶ In glo.vlti.[*ibi,ſi domus tua.*] loquitur,
cum domus tua ædifico meo debet duplicem ſeruitu
tem altius non tollendi ,& ſtillicidia recipiendi. prima
remiſſa remanet alia,ita ꝙ altius tollere poteris , dum-
modo ſtillicidia colligas,alias non.[*& ibi,qui peculij.*] ſe
quitur adminiſtrationem concedit,videtur permittere
generaliter,quod ſpecialiter permiſſurus eſſet.[*Et ibi,de-
nique.*] in generali obligatione non venit concubina,
vel naturales alumni.& l.ſe.obligatione , dicit idem de
ſuppellectili,vel veſte,qua vtitur,& miniſterijs quotti-
7 diani vſus.[*& ibi,ſi quando.*]vide in c.proxi.all.¶ †In gl.
ij.[*ibi,licet lex.*]ſcilicet lex.ff. qui ſine manu. qui ob ne-
cem.dicit Goffre.quoſdam dicere in illo caſu ſolum ex
ſententia competere libertatem per l.ff.de iudic. qui ſe
dicit.[*& in fi.*]ſed pro contraria parte facit. C. de teſta-
mentis.l.omnium.vbi teſtamẽto per ſententiam prin
cipis confirmato , non eſt opus bonorum poſſeſſionẽ
petere,de qua.ff.de bo. poſ.per totum , quæ etiam vide-
tur neceſſaria.ff.de iniuſto.rup.& irri.teſtamento.l. po-
ſth umus. ſed ſtatim libere aditur hæreditas, ſed dicit
Vincen.ꝙ dictum decre.noſtræ eſt , vt ius epiſcopale
ſeruetur illæſum , & vt primo videatur an ſint ſuæ illæ
eccleſiæ,& de hoc dixi in textu.¶ In gl.iij.[*ibi, ex ſtipulatio
nę.*]& ĩ.de prçben.eum qui.ij.reſpon.lib.vj.[*& in fi.*] ad
de,quod ibi dixi , & quod no. de appellatio. bonæ.in j.
glo.¶ In glo.vltima.[*in fi.*]Vincen.ĩ. de regulis iuris. in
generali,libro ſexto.

ADDITIONES.

a ¶L.fina. Ibi vide Docto. & quid in Publiciana. vide Barto. in l. j. ff.
de publicia.

b ¶ Violenter. Niſi incontinenti. l.idem. §. cum igitur. ff. de vi , & vi
armata.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictum ſeruare quandiu teneamur pro templarijs, vel hoſpi-
talarijs prolatum,vide nu.5.*
*Legem ſeruare debes tuam ſi vis ab alijs obſeruari.*
*Mala niſi ab impijs aſſumuntur in exemplum.*
2 *Propter te,& pro te differunt.*
*Animum quid faciendi non depoſuiſſe per interpoſitionem aliquo
rum apparet actuum.*
*Collegia delinquere in quibus dicantur perſonis.*
3 *Decretali huic quando ſit locus.*
4 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.5.*

CAP. XX.

1 PEtiſtis. Caſus.†Quãdiu templarij,vel
hoſpitalarij n õſeruant inter-
dictum pro eis in loco prolatum , nec alij
ſeruare tenentur. Communis diuiſ.ij.ibi ad
quod.[*Eiſdem.*]hoſpitalarijs,vel templarijs , pro quibus
lata eſt ſententia.[*Licentiam.*]quia non minus ardebunt
&c.ij.qõ.j.multi,nec aſſumuntur mala niſi ab impijs
in exemplum.viij.di.mala conſuetudo.[*Excedendi.*]vi-
de quod no.in cle.de ſen.excom.c.j.in glo.no.quia.[*ſed
ſi.*]vide quod dicam,de ap.concertationi.lib.vj. [*Violan-
do.*]celebrando.ſ.in caſu eis nõ permiſſo,& vltra quam
ſemel in anno.ĩ.eo .vt priuilegia. Vincen. [*Pro illis.*]di-
2 xit†Goffre.quod hæc decre.diſtinguit inter,propter,&,
pro , propter hoſpitalarios fertur ſententia , quando
propter eorum delictum.pro eis vero fertur ad eorum
a querelam,& in eorum fauorem.[a][*Violauerunt.*]i.quan-
diu non depoſuerunt animũ violãdi. quod apparet per
interpoſitionem aliquorum actuum. nam violare di-
cuntur , licet non continuo celebrent qualibet hora
diei,forte quia intendunt alijs.ad hoc de cleri.non reſi
b den.ex parte.[b]ſecundum Vincen.qui non credit hanc
decre.locum habere pro violatione cuiuſque templa-
rij,ſed maiorum de ordine.ſ.de procu. conſulti. vel illo
rum,qui præſunt loco.ĩ.c.proxi.[*De noſtra.*]al.enim ce-
lebrans irregularis eſſet.[*Celebretis.*]non putat Vincen.
3 quod hic dicitur† de interdicto loci habere locum
in ſuſpenſione,vel excommunicatione hominis,vt ſci
licet liceat clericis de ciuitate communicare ſuſpenſo,
vel,excommunicato pro templarijs,licet illi templarij
communicent illi,all.de ſenten. excommu. cum deſi-
4 deres.¶ In †gl.vlti.[*ibi,§.vlti.*] hanc & ſe. vide de iudic.
dilecti.ſuper fi.vlti.glo.[*& ibi altius.*]vide in c. ſtatim al
le.ſuper vlti.glo. ¶ In glo.vltima. [*in fi.*]ſed hçc omnia,
cum locus ſit interdictus,non prodeſſent ſine papç li-
centia ſecundum Inn.& Hoſt.

ADDITIONES.

a ¶Fauorem.Vide in l.quod fauore.C.de leg.& in l.eo tempore.ff.de pe
cu.& ibi concor.

b ¶Parte.facit.quod no.Bar.in l.j.ff.ſol.ma.

*SVMMAIVM.*

1 *Priuilegium monaſterio conceſſum,quod eius monachi non poſſint
Excommunicari,de quibus intelligatur.*
*Confeſſioni partis aduerſæ,ẽt ſi fieret pro procuratorẽ ſtandum eſt.*
2 *Exempta eccleſia pro quod appareat.& nu.3.*
3 *Addilio gloſſarum.*

CAP. XXI.

1 QVoniam. Caſus.†Priuilegium mo-
naſterio conceſſum , ꝙ
eius monachi excommunicari non poſ-
ſunt , intelligitur de monachis manenti-
bus in monaſterio, vel capellis vtroque iure ſubiectis.
[*Confeſſionem.*]cui fuit ſtandum , etiam ſi fieret per pro-
curatorem,de re iudicata.ſuborta. Vincen. [*Epiſcopale.*]
2 per † hoc apparebat non exempta. ſi vero cenſum , vel
aliquod temporale perciperet , per hoc non appareret
ſubiecta,de cenſibus. cum venerabilis. de religioſis do-
mibus.conſtitutus.ſecundum Hoſtien.qui dicit, quod
præſumptio eſt pro epiſcopo, vbicunque aliquid ius
epiſcopale ipſe percipit,ita quod ex hoc obtinebit, niſi
aliud probetur. [*Clericum.*] de ſtatu monachorum, ea
quæ.ad finem.[*Deputatum.*]ad idem ĩ. eodem , capitu-
3 lo primo.§.vbi.libro vj.¶†In glo.prima. [*ibi ,temporali-
bus.*]lib.j.quo ad vtranque legem diœceſanam & iuriſ-
dictionis.Innocen.¶ In glo.ſecunda.[*in fi.*]Io.vel nomi
ne ſinodatici aliquid exigere.x. quæſtio. tertia.placuit.
de officio ordina. conquerente.Hoſtien.¶ In glo.tertia.
[*ibi,abbate,in fine.*]& ſ.de treuga & pace.cap.ij. cum ſuis
concordantijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Remiſſio facta monaſterio decimarum epiſcopalium præſentes
& futuras comprehendit , quando canonica dicatur , nume-
ro 5.*
2 *Decima epiſcopalis eſt quarta.*
*Impoſſibile non imputandum.*
*Res acquiſita quando ſit alia ſubſtantia , quam acquirenda , in fi.*
*Videri,ideſt præſumi,ibi.*
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſa.nu.4.*
*Indefinita obligatio extenditur etiam ad futura , ſed non ſemper
& nu.5.§.ij.*
*Contra priuilegium dantem ſemper lata ſit interpretatio.*
*Datum a papa,ſi infligat alteri enorme præiudicium,reſtringitur.*

A C P.



CAP. XXII.

QVia circa. Pars de bigamis,quia cir
ca.Epiſcopus†qui remi-
1 ſit monaſterio decimas ẽpales,præſentes &
futura ſĩtelligitur remiſiſſe.ij.ibi,ſuper quo
[*Omnium ſanctorum.*] nomen monaſterij. [*Priuilegium.*]
quo continebatur,ꝙ ẽps omnes decimas,quæ ſibi com
petebãt,vel competere poterant de poſſeſſionibus mo-
na.ipſi mon.remittebat ſecundum Inn.& Hoſt.& ſecũ
dum hoc de decimis,quas debebant eccleſijs parochia
libus,non ſoluent niſi tres partes , vel forte monaſteriũ
habebat parochiam,& de deci.quas percipiebant , non
tenebitur ad quartam ẽpalem.[*Ẽpalibus.*]al.ſpiritualib.
2 prima melior.& †proprie decima ẽpalis eſt quarta per
iura,quæ al. gl.[*Acquiſitas.*]al.antiquas.& de his minus
dubitatur,quam de acquirendis, de quibus dubitandũ
videbatur,ar.decre.de conſti.c.ij.de reſcri.c.fi.[*Remitten
do.*]intellexiſſe vř,quod eſt in fi.[*Cum nihil*]prima ratio.
[*Et potuerit.*]alias nõ eſſet ei imputandum.ff. de reg. iu.
impoſſibilium.de pac.c.fi.[*Ac in.*].ſecunda ratio.[*Nec
debeat.*]tertia ratio.[*Subſtantia.*] hoc ſumit pro eccleſia,
quæ poſſidet vtraſque acquiſitas,& acquirendas,al.bene
eſt alia ſubſtantia res acquiſita , quam acquirenda ẽm
Hoſt.[*Videtur.*]i.præſumitur.Hoſt.[*futuri.*]concor.ſ. de
decimis.ex parte.j.coniuncta cum decre.nuper.eodem
3 ti.¶†Vlt.glo.arguit, & pro al. quatuor iura in ꝯtrariũ
4 al.vj.& ſol.¶ In† vlti.gl.[*ibi.l vlt.*]obligans bona ſua, ẽt
futura dř obligaſſe.[*& ibi,ſi ſeruitus.*]ſi cautum ſit,ne lu
minibus officiatur,etiam de futuris intelligitur. [*& ibi,
in lege.*]Lapicidinis in venditione exceptis,de illis intel
ligitur,quæ apparẽt. [*& ibi,Rutilia Polla.*] ſi lacum emi,
& decem pedes circa lacum , intelligitur , prout tunc
erat,non prout poſtea lacus creuit.[*& ibi,§.ſi is, qui.*] ſi
habens vicinas ædes ſtipulatus eſt de damno infecto,
& poſtea emit alias vicinas,ad illas ſtipulatio non extẽ-
ditur.[*& ibi,veteribus*]pactio obſcura venditori.vel loca
tori nocet,in quorum poteſtate fuit legem apertius di-
cere.& idem l.ſi Labeo. [*& ibi,cum in teſtamento.*]ſcriptũ
ambiguum teſtamenti benigne interpretamur, & ſe-
5 cundum id,quod creditur cogitatum.¶†In glo.ij.[*ibi,
capituli.*]& ex cauſa neceſſitatis,vtilitatis,vel pietatis.In-
no.& Hoſt.¶ In glo iij.[*in fi.*]de hoc plene.ĩ. de electio.
a vt circa.[a]lib.vj.in glo.omnium.¶ In gl.vlti.[*ibi , apertius
dicere.*]concor.Hoſt.& Abb.hic dicentes , ꝙ contra pri-
uilegium dantem ſemper ſit lata interpretatio. priuile-
gium vero , quod dat papa , ſi infligat alteri enorme
prçiudicium , reſtringitur , dummodo aliquid con-
ferat.

ADDITIO.

a ¶Circa.Et per Bar.in l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.

2 indici purgatio.dic vt ibi dixi.[*Alio.*]argue†eum,qui læ
ſam habet conſcientiam,non deberet per alium face-
re,quod per ſe facere non vult , vel non poteſt , de quo
dic,vt ſupra de offi.or.ſi ſacerdos , & vide , quod dixi de
elec.quia propter.§.illud.in prin.Sine permiſſu vero ꝓ-
prii diœceſani alius illum ordinare non debeat , quod
dic,vt ĩ.de tempo.or.cũm nullis,& c.j.& ij.lib.vj.[*Promo
ueri.*]& bene,quia & ſi non ſit &c. vt in fi. quod etiam
hæc continuari poteſt ſecundum Hoſtien.[*Publice.*]ac
ſi.d.ſecundum Hoſtien.non apud ęmulos tantum , ſed
communiter apud bonos & graues.ſ.de accu. inqſitio-
3 nis,in fi.quod dic vt ibi dixi.[*No.*]ideſt,†infamia illegi-
timationis.habet tamen hæc dictio,Nota ,alias ſignifi-
cationes . de quibus Hoſtien.remittit,de offi.dele.cum
olim.ij.vbi vide ſuper ver.notauiſſet, & de ſortile. c. fin.
[*De ipſa.*]ſcilicet filiatione,vel veritate notę.nam de no
ta,vel infamia de facili conſtare poteſt. Hoſtien. [*Non
poterit.*] ſi enim conſtaret,non eſſet locus purgationi. ĩ.
c.prox. [*Non differas.*]remota conſciẽtia ſcrupuloſa , vel
etiam occulta ſcientia,ſi quam habens,& nolit ad par-
tem monitus abſtinere,de temp.or.ex tenore.[*Promoue.
re.*]ſup.alias non promoueas durante infamia.non ob-
ſtar,quod allegari poſſet,iſtum ex proprio delicto non
notatum,quia ſi &c.[*Delicti.*]proprii. [*Sacros.*] large ſu-
4 mitur,ſicut,& ſ.de fi.pre.c.j.vt ibi dixi. ¶ †Secunda glo.
obiicit,& ſoluit.¶In gl.[*ibi,ſeruiles in fi.*]in re dubia cer-
tius & modeſtius eſt a nuptiis abſtinere.¶In glo.ij. [*ibi,
quia ſemper.*]ibi dicitur,ꝙ mater ſemper eſt certa, etiam
ſi vulgo concepit,pater is eſt,quẽ nuptiæ demonſtrant.
5 ¶†In glo.ij.[*ibi,directe.*] venit tamen in purgatione.ſ.de
of.ord.ex parte.vbi purgat ſe, ꝙ in abſolutione non ta-
cuit exceſſus,imò communiter negatiuæ ſunt, quæ ve-
niunt in purgatione.[*& ibi,non poteſt.*]ff.de condi.& de-
mon.l.Lucius.imo,ſi dicis hoc caſu purgationẽ indicẽ-
dã,incidit purgãdus in inſolubile: nam de veritate iura
re debet qui purgatur.ſ.e.quot.ſed hic de veritate iuran
do ſubiret anceps periurium ꝯ iura.ff.de in li. iur. videa
mus.ff.rerum amo.Marcellus.purgatio vero per modũ
de quo ſubmittit ſtatim glo.non placet Hoſt. cũ de ve-
ritate conceptionis,& natiuitatis ſuæ,& maxime ꝓcedẽ
tis



tis matrimonij iurare non poſſit , vnde dicit cum Inn.
ꝙ ſufficit,ꝙ hoc caſu iuret de credulitate , cum ſit eadẽ
ratio in purgando,quæ in purgatore.ergo idem ius, de
conſang.tua.Iura vero,quæ volunt,ꝙ purgandus de ve-
ritate iuret,loquuntur in illo, qui ſe purgat ſuper facto
proprio,quod ſibi non licet ignorare, de reſcrip. ab ex
communicato.& facit ſ.eod. quoties. ibi, Se ſciente,vt
etiam ibi dixi. Alij dicunt , ꝙ non deletur infamia per
purgationem talem.Ratio,quia bene poteſt eſſe,quòd
non credit ſe ſacerdotis filium,& tamen eſt.& ideo di-
cunt hoc caſu purgationis formam reuoluendam,vt.ſ.
purgatores de veritate iurent,purgandus vero de credu
litate.ſed hoc non placet,quia ex quo per teſtes vere eo
modo,quo poteſt,probatus eſſet alterius filius , non eſ-
ſet plus locus purgationi.ĩ.c.proxi. Teneas igitur,quod
prædixi , & eſt ſpeciale propter qualitatem facti , quod
receditur a forma conſueta,quæ ſecundum ſanam cõ
ſcientiam præſtari non poteſt.& hoc ſolum poſſumus
&c.de reſcrip.ſciſcitatus.dicit etiam Hoſt.ꝙ ſi diu habi-
tus & reputatus fuit legitimus,ſubſequens infamia non
eſt attendenda,argu.qui fil.ſint legi.peruenit, de presby
tero non bapti.c.fi.in fi.[*& ibi, quia ſemper*] de hoc ſ. de
fil.presbyt.Michael. [*& ibi, ut hic patet*] & ſ. de apoſta.
c iij.vbi quis ſe purgat ab irregularitate apoſtaſiæ.ad idẽ
de teſtib.tam literis .

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio non indicenda ſuper notorio crimine , quando ſit ei locus,
nu.4.in fi.& 13.*
*In ea deficiens varie plectitur,nu.5.& 6.*
*Si recte fiat,an de eodem inquiri poſſit,ibid.*
*Iteratur etiam de gratia,nu.8.vt ad eam procedatur,ibi.& nu.13.*
*Minus iuſta non facit fidem,nu.18.*
*Recepta ab ordinario non tenet pendente cauſa criminum coram
Papæ delegatis,& nu.2.*
2 *Epiſcopus non appellatur,qui ſit electus tantum.*
*Occupata pro detenta,in fi.*
3 *Inuadere,vel contra iudicis detinere ſententiam,nil intereſt .*
4 *Ad vniuerſitatis petitionem datur inquiſitor .*
5 *Papa aſſertiue de literis alias a ſe ſcriptis non ſcribit, niſi ſibi con-
ſtaret,& id ex ſtylo.*
*De crimine eodem nunquid inquiratur ſæpe,& nu.6.& 7.*
*Priuatoria ſententia propter crimen quibus de cauſis non teneat.*
6 *Accuſatio an procedat contra eundem poſt inquiſitionem de eo fa-
ctam ſuper eodem crimine,vel poſt actionem ciuilem, & nu.7.
vel poſt exceptionem,nu.7.uel denuntiationem , ibid.§.idem ẽt.*
*Exceptio eadem an liceat repeti .*
7 *Denuntiatio poſt accuſationem,& inquiſitionem admittitur.§.idẽ
etiam .*
8 *Defenſionis danda copia reo ſuper imputatis .*
*Delegati ſi faciant quid non commiſſum,non tenet .*
9 *Lis conteſtanda etiam cum inquiritur aliquo promouente .*
*Exemplum,ſiue tranſcriptum quod faciat fidem,in fi.*
10 *Relatio iudicum miſſa ad curiam quæ faciat fidem .*
11 *Ordo iuris in quibus hic non fuerit ſeruatus,& ſupra nu. 8. & in-
fra nu.12.*
*Sententia quandoque refertur ad factum,non ad ius .*
*Præſertim,pro maxime,& notat coadiuuantiam, non ſufficientiã.*
*Notorium facti quod,& probatur etiam ex auditu. recipit tamẽ
dubitationem .*
12 *Peremptoriũ uitiatur ex ſui breuitate & ex nulla cauſa expreſſione.*
14 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.15.*
*Super poſſeſſione ſi prius iudex non pronunciat,appellatur .*
16 *Additio gloſſarum.*
17 *Collatio beneficij cui facta eſt ob alterius priuationem , citãdus eſt.*
*Pro notorio ne dubium recipiat iudex,cauere debet , & ſupra nu-
mero xj.*
18 *Delegatis omiſſis adiri poteſt ordinarius conſentiente parte .*

CAP. XV.

1 CVm dilectis. C. †Super notorio
crimine non eſt in
dicenda purgatio,& pendente cauſa crimi
num coram delegatis papæ purgatio ſuper
illis ab ordinario recepta non tenet . & ſunt, quatuor
partes. In prima datio auditoris ad cauſam . In ſecun-
da ibi , Idem procurator, actoris petitio . In tertia ibi,
Dictus vero,rei reſponſio.In quarta ibi,His igitur, cau-
ſæ diffinitio.[*Conceſſimus.*] ſuper eo , quod idem clericus
petebat ſibi aſſignari corporalem poſſeſſionem eccleſię
ſibi collatæ per Abbatem ſancti Galli.Innocen.[ *epiſco
2 pus.*]nunc, ſed †tunc electus , vt infra patet. ſic ſupra de
electio.bonæ. j. vel alludit vulgari Teutonicorum , qui
electos vocant epiſcopos ſecundum Hoſtien. cui pri-
ma plus placet.vel intelligas proprie, ſcilicet quòd pri-
mo cauſa fuerit coram epiſcopo, ſecundo illo mortuo
coram electo ſubſtituto,qui forte fauebat presbytero,
& ipſius purgationem recepit.[*Indixit.*]ſi intelligas de
electo,dic cauſa iam pendente coram delegatis,& ideo
non valuit , vt in fi.capituli.[*Nequiuiſſet.*]vt procurator
iſte dicebat,ſed contrarium erat verum,vt infra dicitur
ſecundum Hoſtien.aliter intelligo,vt prædixi,vel de iu-
re ſecundum eum.[*Quas.*]eccleſias.[*ipſe.*]presbyter. Ho-
ſtien.[*Nihilominus.*]ideſt non obſtante deſtitutione præ
3 dicta.[*Occupatas.*]ideſt detentas.& ſic no. quòd †nil in-
tereſt inuadere,vel contra iudicis ſententiam detinere.
vel dici poteſt , quòd epiſcopus ſententiam mandauit
executioni,ſed presbyter poſtea violenter occupauit ec-
cleſias,ſed prior expoſitio plus placet Hoſtien. [*Cunque.*]
hic incipit caſus ſecundum Hoſtien.[*Conſanguinei.*]pro-
pter hoc verbum. ſupra dixit , Inceſtus.& propter ver.
Vxorem,quod ſequitur,dixit.ſ.adulterii. [*plebani.*] dicit
4 Inno.no.ad petitionem†vniuerſitatis dari inquiſitorẽ.[a]
a Idem Ab.forte non habebant in textu , Quorundam,
quod ſequitur[*Conſtantienſis diœc.*]quorum intererat ſal-
tem ratione correctionis euangelicę.ſecunda, quæſtio,
j.ſi peccauerit,& ſic impetrauerunt in modum denun-
ciationis,de accu.cum oporteat, & c. cum dilectus. vel
dic quòd directe impetrauerunt contra ipſum agendo,
vel accuſando,vnde fuit lis conteſtanda,vt innuit, infra
§.j.Nec opponas,quod dicitur in literis,quòd ſe purga-
ret,quia illud intelligitur,ſi fuit infamatus apud bonos
& graues,& impetrantes in probatione deficiant, vt pa-
tet ex no.infra §.fi.& de accuſa.cum.P.[*Dicimur.*]aſſerti-
5 ue†papa hoc non aſſereret,niſi ſibi conſtaret. vnde ſe-
cundum ſtylum ponit hoc verbum.[*Et inceſtus.*]forſan
alterius,quam illius,de quo coram epiſcopo fuit actũ.
de illo enim non erat ſępius inquirendum. ſ. de collu.
c.fi.vel loquitur de eodem,nam bene inquiritur pluries,
quando quis extitit condemnatus,ſecus,ſi abſolutus. ſ.
de accuſa.de his,vel dic,ꝙ epiſcopus proceſſerat non in
quirendo , ſed audita infamia ſtatim indixit purga-
tionem presbytero,quam quia non præſtitit, ſententia-
b liter[b] cum ſuis eccleſijs priuauit , & male, quia ipſum
tantum ab officio ſuſpendere debuit, & etiã beneficio,
ſi maiora crimina eſſent.ij.q.v.presbyter.ſi a plebe.ſ. e. ĩ
ter ſollicitudines.reſpon.j. Sin autem præceſſiſſet inqui-
ſitio,tunc ipſo deficiente in purgatione ſententia amo-
tionis in eum ferri poſſet, vt ſupra eo. inter ſollicitudi-
nes.§.fin.& c.cum P.§.j.ſupra de re iud.quòd ad conſul-
tationem . & ſimiliter male proceſſerunt ſuper eo-
dem iſti iudices , quia non præmiſſa inquiſitione de
veritate criminum,ipſum per ſententiã priuauerunt, &
ideo reprobatur eorum proceſſus,quia hunc iuris ordi-
nem non ſeruarunt.& ſic poteſt intelligi,infra eo.§. his
6 igitur.Item † ſi non præceſſerit inquiſitio , ſed tantum
indicta fuit purgatio, ſiue præſtita fuerit , ſiue non , ta-
men alius admittetur ad inquirendum, arg.eius , quod
dicitur in populari actione, in qua extra iudicium non
licet paciſci. ff. de pact.iur. gentium. §. fin. nec ad arbi-
trum ire. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. de liberali. a
ſimili,nec iuſiurandum deferre , & idem argumentan-
dum videtur in inquiſitione . tamen Innocen. videtur
ſenſiſſe, quod ſi ſcandalum , ſiue periculum , ſiue infa-
mia,ſiue ſuſpitio grauis ſit contra aliquem, poteſt præla
tus ſuus procedere ad inquiſitionem , vel ſi non inue-

 niat

niat probationes, indicet purgationem, quam ſi præ-
ſtiterit, denunciabitur per ſententiam boni teſtimo-
nij,& ab infamia abſoluetur.ſ.eo. accedens. & c.inter.
& c.ex tuarum,& c.cum P.§.j.& ſi defecerit, non con-
demnatur de crimine,ſed priuatur beneficiis.ſ.eo.cum
Pe.§.fi.ſaluo,quod ibi no.Sed & deponitur propter ma
iora crimina.ſ.eo.inter.§.fin.nec fit contra eundem de
cætero inquiſitio de eiſdem criminibus,vt no.ſ.de col-
lu.detegen.c.fin.ſ.de accuſatio.de his.Dicūt etiam qui-
dam,quod placet Dama.vt ſcripſi in Specul.de inquiſi.
§.penult.verſicu.vtrum autem. quòd ſi poſt abſolutio-
nem,vel condemnationem alter, vel idem velit accu-
ſare de crimine eodem,ſi etiam ſciuit priorem egiſſe,
hoc poteſt facere. nec obſt. exceptio rei iudicatæ, cum
ad aliud agatur per modum inquiſitionis,ſcilicet ad ab
ſoluendum de infamia, vel ad priuandum beneficiis.
Aliud per modum accuſationis, ſcilicet ad condem-
nandum de crimine,& pœnam corporalem infligen-
dam,argum.ff.de excep.rei iudic.cum quæritur. & l.an
eadem.§.fin.& ff.ad legem Iul.de vi pub. qui cœtu. §.ſi
de vi.C.de fal.damus.ſ. de cauſa poſſeſ. paſtoralis. licet
In ciuilibus actionibus a diuerſis iterum non poſſit agi
ad idem, ſed in eo tantum, quod plus eſt.ff.pro ſocio.
ſi quis pœna.& l.ſequen.ff.de pactis.reſcriptum.§.ſi pa
cto.nec eſt contra.ſ.de electio.cum dilecti.in fine. quia
ibi ad idem prohibet agere directo,vel excipiendo, vel
ratione eius, de quo conſtabat inquirendo, non caſſa-
retur electio,ſiue non repelleretur electus ab epiſcopa-
tu.vide quod ibi nota. in gloſſ. penulti. & quod dixi in
glo.not.quòd ſententia, & quod dixi de re iudica.cum
ſuper.in fine. Item ſi oppoſuit aliquis dilatorias exce-
ptiones ad elidendum reſcriptum, & feratur ſententia
contra eum, quam acceptet tacite, vel expreſſe, & po-
ſtea eaſdem velit opponere contra aliud in eadem cau
ſa non admittitur,quia ſemel calumniatus eſt &c.ff.de
accuſatio. ſi cui. & argumen. ff. de exceptio. rei iudic.
cum quæritur. & l.ſequen. ſecundum Innoc. cuius eſt
tota hæc glo.Sed contra.ſ.de teſti. veniens.ij. quinimo
& eadem exceptio in eodem iudicio ad eundem effe-
ctum ſæpius proponitur,de exceptio.pia. Hoſtien. Sed
& ſecundum Innoc.ex hac decret.non colligitur,quòd
ſæpius fuerit inquiſitum ſuper crimine ipſius ſacerdo-
tis de conſcientia papæ,quia in commiſſione ipſius nō
fuit facta mentio de inquiſitione Conſtantien. & for-
te non erat verum,quod ex parte clerici proponebatur
ſecundum Innoc.hæc glo. intellectum deſtruit decret.
quomodo enim potuiſſet fieri mentio,cum adhuc nō
proceſſiſſet Conſtantien.vt ſ.no.& j.patet. Nam de eo,
quod non eſt,mentio fieri non poteſt.ſ.de conſtitutio.
cum acceſſiſſent.§.j.in fi.cum ſuis concord.ſecundum
Hoſt.Item ſecundum Inno.coram capellano auditore
dato non agebatur per modum inquiſitionis,ſed de iu
re agebatur inter partes. Quidam tamen dixerunt, &
bene, ꝙ ſi aliquis primo obtinuit inquiſitionem cōtra
aliquem,& reus eſt abſolutus, poſtea idem actor non
audietur contra eundem in modum accuſationis,arg.
ff.nau.caup.ſtab.l.& ita.§.fi.& l.licet.§.fi. ff.de ſepar. l.ii.
§.illud.quod ex eo patet,quia vbi alicui competūt duæ
actiones ad vindictam tantum,licet vna maiorem pœ
nam requirat,quàm alia: tamen poſtquam actum fue
rit de vna,nūquam agitur de alia,vt eſt videre in actio-
ne iniuriarum, & l. Corneliæ, quæ ambæ competunt
pro homine verberato,nam ſi primo actum ſit iniuria
rum,non agetur poſtea l.Cornelia.ff.de iniur.prætor.§.
j.& l.quod ſenatus.& ſic eſt in inquiſitione,& accuſatio
ne,quia vtraque eſt ad vindictam tantum. Sed contra,
quia ſicut competunt duæ actiones vna ciuilis, & alia
criminalis,ſiue pro publico,ſiue pro priuato crimine,
neutra earum aliam impedit,vt C.quando ciuilis actio
c præiu.l.vnica. Sol.illud intelligitur,quādo ciuilis actio
competit propter rem familiarem,puta, quia petitur,
quod ſibi abeſt,vel abfuit de patrimonio ſuo, & in illa
lege multa exempla inuenies pro primo dicto. Sed &
tunc quandiu proponens proſequitur actionem ciui-
lem,ſuperſedendum eſt criminali.ff.vi bo.rap.l.ij. §.j.ff.
de pub.iud.l.iiij.Quinimo & ſi aliquis conuentus ciuili
ter ſatisfecerit, poſtea criminaliter de priuato crimine
ſuper eodem non poterit accuſari.C.de crimi.ſtel.l.j.ff.
de cri.expil.hær.diuus.& idem videtur in publico. C.ne
tu.vel cu.l.j.dic vt ibi no.ff.de adul.ſi adulterium.§.j.ſe-
cundum Inno.& adde,quod not.ſ.eo.ex tuarum. in fi.
7 De † exceptionibus etiam conſueuit dubitari, & quæ-
ri, vtrum poſtquam exceptio fuerit ꝓpoſita de aliquo
crimine,& iudicatum in quæſtione, in qua excipieba-
tur,an vlterius de eodem crimine poſſit accuſari, vel in
quiri. non quærit,an poſſit per alium excipi. de quo vi
de ſ.de accuſa.ſuper his,in glo.dicit hic Inn.& videtur
ꝙ non,arg.ſ.de ele.cum dilecti.§.fi.& facit ad hoc,quia
exceptio,quæ fit contra electos, eſt quaſi quædam accu
ſatio.vnde & ipſam vindictam ſequitur, vt patet in eo,
quod leg.& no.ſ.de accu.ſuper his.& c.accedens.§.fin.
ſ.de electio.ſuper eo. vbi dixi de hoc.Sed dicendum eſt
contra,quia qui excipit,non agit.vnde,cum de hoc cri
mine primo actum non ſit,nulla cauſa eſt,quare mo-
do agi non poſſit.& maxime,quia de crimine excepto
non iudicatur,licet propter crimen exceptum a digni-
tate repellatur,ſecundum Inn.ſ.de or.co.cum dilectus.
§.fi.vide,quod dixi,de pręben.graue.in glo.ad quod epi
ſcopi.ver.item,ſecundum Inn.& quod no.de elec.cum
inter canon.in iiſ.gl.& quod ſuper ea dixi.Item quia ſe-
cundum Inn.exceptionem nō ſequitur vindicta ex ſui
natura,cum ad vindictam actum non ſit,vt ibi.Sed ex
accidenti eſt,ꝙ propter infamiam remouetur a digni-
tatibus obtinendis,quia infamibus portæ &c.C.de dig.
l.j.li.xij.ſecundum Inn.Quid ergo,ſi priuetur etiam ob
tentis,ſecundum id,quod legitur,& no. ſ.de accu.c.ac-
cedens.§.fi.vtiq; in illo caſu videtur aliter ſentiendum,
vt patet in ſeq.ver.iſtius gl. ſecundum Ho. Idem etiam
dicendum eſt ſecundum Inn.in denunciatione,ſ.ꝙ nō
impedit accuſationem,quia non eſt ad vindictam,ſed
ad pœnitentiam.ſ.de accu.qualiter,ij.& ij.q.j. ſi pecca-
uerit.veruntamen,ſi per denunciationē ſatisfiat de cri-
mine, poſtea non poterit inde criminaliter accuſari,
ar.in iuribus inductis.ſ.ea.glo.ver.quinimo.alij tamen
contradicunt.ſed denunciatio poſt accuſationem,& in
quiſitionem admittitur,ar.ſ.de iureiur.quemadmodū.
8 §.fi.ſecundum Inn.[*Non poſſet*] † de gratia fuit hoc,quia
licet defeciſſet in purgatione, & iam eſſet ſpoliatus ec-
cleſiis,tamen iterum datur poteſtas ſe purgādi,& ſuper
hoc citandus erat ſacerdos,& danda defenſionis copia
& facultas dicendi contra ſentētiam epiſcopi, qđ quia
non fuit factum, ſed ſolum ſtatutus terminus ad pur-
gandum, ideo vitiatur proceſſus, vel clericus non pro-
bat,quod dicebat,Inn.[*Conſtitiſſet*] prætermiſſo iuris or
dine,vt ſequitur. [*Contumacem*] ſuper eo,quod epiſcopi
d ſententiæ [d] non parebat,& male,quia non erat hoc cō-
miſſum.Inno.[*Concedentes*] ideſt,conceſſam oſtenden-
tes.[*Qui*] abbas S.Galli.[Eas,ſcilicet eccleſias, & forſan
vna pendebat ex altera, alias eidem perſonæ conferri
non debuiſſent,ut præben.cum non ignores,de æta.&
quali.eam te.Hoſtien. [*Et infra.*] hic deciditur conclu-
ſio procuratoris dicentis, quòd cum per ordinarium,
& delegatos priuatus fuiſſet presbyter,& ipſius eccleſiæ
ſibi collatæ,ſibi adiudicari deberent [*reſpondit*] & bene,
9 cum † non procederetur in modum inquiſitionis, ſed
accuſationis.Innocen.Si vero dicas, quòd in modum
inquiſitionis, tunc dicas cum Hoſtien. quòd non fie-
bat inquiſitio ex mero & puro iudicis officio, ſed alio
procurante. quare cum illo fuerat lis conteſtanda.
de hoc de accuſationibus.qualiter.de re iudicata, cum
I.& A.[*Lite non conteſtata*] dicit Goff. quod hæc allegatio
non erat bona,quia litis conteſtatio non erat facienda
coram illis,quibus mandauerat,vt purgationem indi-
cerent,& punirent.[*Electo.*] nunc epiſcopo. vel dic, vt
dixi



dixi.ſ. in princi. [*Exhibere.*] de his duobus, quæ alle-
gabat presbyter, facta eſt fides papę,ſecundum Hoſtien.
& hic deciditur concluſio presbyteri, qui dicebat pro-
pter hæc, & alia ſe abſoluendum,& parti aduerſę ſilen-
tiū imponendū.[*Tranſcriptum.*] ſolēniter publicatū ita,ꝙ
fidem faceret ſm Gof. de quo.ſ.de offi.delē.cum in iu-
re,de fi.inſtru.cap.j.& fi. [*Ac ſi literæ.*] no. ſecundū Hoſt.
10 ꝙ † relatio iudicum miſſa ad curiam facit fidem. Ad idē
de exceſ.præla.inter dilectos,& cap.ex literis, de accuſa.
cum dilecti,de dolo & contu.veritatis,de offi. dele.cum
olim,ſicut & acta,de proba.quoniam. Sed contra,quia
eulogia fiūt ex mala fide.ff.de cuſto.reorum,diuus. nec
ſemper creditur literis cardinalium,vel papæ, de hoc de
fide inſtru.ꝙ ſuper.Sol.ſecundum Hoſt.Relationi vnius
iudicis non creditur.ſ.de proba.quoniam, plurium ve-
ro ſic.& hoc videtur curia approbare de conſuetudine,
vel ſecundum eum creditur relationi exhibitæ per par-
tem in eo,quod eſt contra illam,& ei ſtatur, niſi probe-
tur contrarium,vt hic. vbi vero non eſt pars, nec habet
ſigillum notum & auctenticum, non eſt ei credēdum,
de do.& contu.cum olim,de cleri.pe.c.j. Si vero habet ſi
gillum notum & auctenticum, prima facie ſtatur illi,ſi
cut & publico auctentico. Audiendus eſt tamen volens
probare contrarium,vt in contrariis ſupra allegatis. Pro
bantur hæc,de elec.cum inter.R.& c.ſcriptum,de fide in
11 ſtru.c.ij.de teſti.cum a nobis.[*Iuris † ordine.*] forte nō fuit
citatus presbyter, quia iudices reputauerunt notorium,
quod non erat,vel aliter,vt dixi in glo.de gratia,& gl. &
bene,& dicam in gl.forte.[*Retractamus.*] i.retractatam &
nullam pronunciamus,vel de facto,cum de iure ſit nul
la,de lit.cont.c.vno.[*Præſertim.*] i.maxime coadiuuat.n.
ſed non ſufficeret per ſe,vt.j.patet.Hoſtiē.[*Populus teſtis.*]
& ſic loquitur de notorio facti. q.d. a quocunque iuue-
ne,vel ſene rationem habente quæſieris, reſpondebit,ꝙ
ſic eſt ſecundum Hoſt.qui per hoc arguit ſic probari no
torium,& ſi nil dicatur de viſu. Eſt enim notorium etiā
his,qui hic non fuerunt,quod Bonon.eſt ſtudium gene
rale,quod vltra mare eſt Accon. quod Henricus nuper
coronatus eſt in Ro. imperatorem, & his ſimilia,& ta-
men teſtis interrogatus non dicet ſe vidiſſe,ſed audiuiſ-
ſe,& talem eſſe famam communem nemine refragan
te.ad idem de dolo,cum olim, circa prin. vbi de hoc,de
accuſatio.euidentia.cum ſuis concor. Dicit tamen no-
torium ſemper poſſe aliquam dubitationem recipere.
Remittit ad decre.bonæ.j.de elec.§.licet.[*Ibidem.*] ſ.in re
12 latione.[*Peremptorium.*] forte † nimis breuem, & non prę-
miſſa alia citatione,nec cauſa expreſſa, quare hoc face-
rent,& ſic iuris ordinem peruerterūt,de dil.c.j. & ſic nec
debuerunt illum reputare ɔtumacem,ſecundum Hoſt.
[*Et infra.*] hic deciditur, quod mādat prædictum presby-
terum priuari eccleſiis,ſi per clericum illum, vel alium
de prædictis criminibus accuſatus fuerit conuictus, de
accuſa.accedens,& ſic bene continuatur, quod ſequitur
13 ſecundum Hoſt.[*Et graues.*] ſi ergo † exilis eſſet infamia,
non indiceretur ei purgatio. xxiij.diſt.c.vlti.[*Prædictis.*] ſ.
adulterio,& inceſtu.[*Indicatis.*] ſup.quam ſi præſtiterit,ab
ſoluatis eundem,alias ipſum priuetis prædictis eccleſiis,
non obſtante &c.quod ſequitur. [*Pendente.*] quando di-
catur pendere,remittit Hoſtien. vt lite penden. capitu.j.
14 ¶ † Prima glo.reſpondet per quæſtionem, an bene fece-
rit epiſcopus &c.¶ Penul.glo.notat,ſignat contrarium,
15 ponit op.ſolutionem.¶ † In quarta gl.[*ibi.l.j.*] ſi iudex nō
prius ſuper poſſeſſione pronunciat, appellatur.¶ In glo.
vnde non.[*ibi,ſcripturæ.*] ponit caſum decre.ſ.proxi. alle-
ga.¶ In gl.quia nec.[*ibi,cauſam,in prin.*] maior.xx.qui ma-
numittendi cauſa ſeruum donatum accepit, ex abundā
ti probat cauſam, cum & ſi non manumitteretur, ille
fieret liber ¶ In glo.vltima,[*ibi.§.vlti.& l.ſe.*] vide,de fo.
compe.ſignifi.caſti.ſuper glo.ij.[*& ibi.§.vlti.*] vide in ca.
16 ſtatim alle.in vlt.glo.¶ † In glo.i.[*in fi.*] vt no. de ſimo.in-
ſinuatum.¶ In glo.iii. [*ibi impetrauerunt.*] tamen apparet
aperte ex textu,ꝙ fuerit commiſſa inquiſitio,licet mul-
ti doctores ſic loquantur aperte,dixi, quia dici poſſet illā
tacite incluſam.¶ In glo.ſi ordo. [*ibi.l.j.*] de hoc. j.q.j.in
ſumma. ¶ In glo.vnde non ſunt.[*ibi,eccleſiarum.*] ſed nō
17 † videtur, ꝙ illud fieri debuerit, niſi vocato clerico, cui
facta fuerat collatio.vt dicit Innocen. hic vnus & idem
erat clericus accuſans & agens, & cui facta fuerat colla-
tio,& ideo ſuper vtroque fertur ſimul ſententia.¶ In gl.
quia nec.[*in fi.*] & cauere debet iudex, ne dubiū pro no-
torio recipiat,de app.conſuluit.j. Hoſtien. ¶ In glo. no.
quòd.[*in fi.*] quod non loquitur in purgatione,ſed in in-
quiſitione.& vide quòd ibi dixi ſuper.v.glo.¶ In glo.vlt.
[*ibi,& ita.*] ſecundum Io.[*Et ibi,† fidem.*] nec iuuat, quo
minus alia ſit præſtanda, ac ſi nulla præſtita fuiſſet. In-
nocen.Hoſtien.[*& in fi.*] non intelligas,quòd hi qui im-
petrauerūt reſcriptum ſuper illa cauſa, adiuerint poſtea
ordinarium, quod eis licuiſſet re integra conſentiente
parte aduerſa,ſecundum Hoſtien.qui remit. de appel.vt
debitus, & tunc ordinarius eſſet iudex,nec de legati am
plius audirent impetrantes,argumento ff.de arbi.ſed &
ſi.§.fi.& l.ſequen.& per hoc renunciant literis, ar.de ap.
ſollicitudinem,ad fi.

ADDITIONES.

a ¶ Inquiſitorem. an autem poſsit accuſari,uide Barto. in l. prima. ff. de accuſa.
b ¶ Sententialiter. Non quia poſſet,quia defeciſſet in illa, ſed quia illa alias non pręſtitit, & vide Ioan.An.ſupra eo.cum.P.
c ¶ Vnica.Vide ibi.Cy.Bal.& do.Bar.de Saly. & vide in c.tuæ, de procura.
d ¶ Sententiæ ſi parebat.No.ex iſto tex.quod ſi iudex talem cauſam in ſententia iniuſtam exprimit etiam cum iſta adiectione, maxime, ſententia eſt nulla,quod facit ad materiam.l.qui teſtamento,ff. de excu. tu.& c.ſicut,de re iudica.

*SVMMARIVM.*

1 *In purgatione prælato de criminibus infamato iurare quę ſufficiat,*
*In ea duobus modis deficitur,& deficiens condemnatur,nu.4.generaliter ne,an ſpecifice ſit indicenda,numero 6.& de quibus,numero xj.*
2 *Pro iudice quo & qua in re præſumendum.*
*Quæ cauere debeat,& non admittere,nu. 10.*
3 *Per pœnitentiam reparatur homo lapſus.*
*Veram pauci agunt.*
*Simplex quis.*
*Odio,an amore dignus quis ſit,nemo ſcit.*
4 *Poſſe,& velle quandoque ſe impediunt.*
*Nolle,& non poſſe æquipollent hic.*
5 *Incontinentia carnis numeratur inter grauiora. & qualiter id intelligatur qui in eam facile incurrant, nu.9.§.j.*
*Graue pro communi capitur interdum.*
6 *Specificatio,vel declaratio criminum,uel rerum quibus caſibus & quo modo facienda,an non.*
7 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.8.*
*In dubia re benignior interpretatio ſequenda.*
9 *Suppletio gloſſarum.*
*Luxuria blandum, quam aliquando facilius accuſare, quam uitare.*
11 *Promotores contra factum ſuum venire non debent, eorum quod ſit officium.*
*Inquiſitio excuſat,ſi quid emergat poſtea.*

CAP. XVI.

1 ACcepimus. Caſus. † Non ſuffi-
cit prælato de crimi
nibus infamato iurare, cum ſe purgat, ꝙ
ſit immunis ab illis, immo iurare debet,
quod poſt promotionem ſuam illa crimina non com-
miſit. & ſunt.iiij.partes. In prima iudicum conſultatio
ſuper forma purgationis, quam purgandus offerebat.
In ſecunda ipſius purgandi ſupplicatio. In.iij. ipſius
formę reprobatio.In.iiij. cauſę remiſſio cum expreſſio
ne debitę formę purgationis. ij. ibi, ipſe vero. iij. ibi,
Porrò.iiij.ibi.ideoque. [*Et infra.*] deciditur,quòd iudices

 dubitantes

dubitantes ſuper hac forma conſulerunt papam.[*Non*
2 *credatur.*]alias credamus.& no.ſecundum †Hoſt.p̄ſumē
dū ꝑ iudice,ꝙ nō grauet,nec cōtra iura faciat,maxime
ſi religioſus ſit & honeſtus,de præben. niſi, de no. ope.
nun.c.ij.de procura.in noſtra.& eſt contra id ,quod di-
a citur de probatio.quoniam contra.[a]Sed dic prædictum
notabile verum. ſi tamen quæritur de iudiciali actu,
cui pars contradicat,ſoli verbo iudicis non creditur, vt
in contrario.ex quo tamen proteruitatem partis negā-
tis iudex conuincit per legitima documenta , eis ſtatur
& pars ipſa punitur.ſ̄.de pęnis,dilectus,ſecundum eum
[*potius.*]ſic conſtrue, Potius præſumimus, ꝙ forte alia
3 de cauſa &c.[*per pęnitentiam.*]per †quam reperiatur ho-
mo lapſus,de ſum.tri.c.j.ad fi.nec debet tunc deſpici in
eo, quod fuit.l. di. ferrum.hæc vera de vera pęnitentia,
quam pauci agunt,maxime clerici,de quibus Ambro.
dicit plures inueniſſe innocentiam ſeruantes,quam cō
gruam pęnitentiam agentes,de pę.di.j.ſunt,qui arbitrā-
tur.ij.d.iij.reperiūtur.quod exponas, vt ibi:[*Iob.*]ix.c.&
Eccleſiaſtes.ix.in prin.Nemo ſcit,an odio,vel amore di
gnus ſit [*Simplex.*]i.ſine plica , & inuolutione peccati.
[*& Apoſtolus.*]Nihil mihi cōſcius ſum,nec in hoc iuſti
ficatus ſum,de pę.di.iij.adhuc inſtant,circa fi.Goff.& j.
ad Cor.iiij.a.[*Ignorat.*]poteſt tamen aliquis ſcire ſe ha-
4 bere charitatē.de hoc.ij.quæſtio.vij.Paulus.ij. †[*Et potue-
rit.*]quandoque hæc duo ſe impediunt, de of. del. cum
ſuper,no.hic hæc duo æquipollere , ex quo purgatio p
iudicē eſt indicta,ſcilicet nolle, & non poſſe. puniretur
ergo infamatus ,qui intra competentem terminum ſe
non purgat, quaſi conuictus ſiue ex voluntate, ſiue ex
impotentia hoc accidat. Ad idem,de cohabi.cle.& mu
lie.tua.§.fi.ver.de hoc,& ſ̄.e.inter,& c.cum.P.[*Incontinen
5 tiam.*]no.delictum †carnis numerari inter grauiora.& ſi
diceremus illud grauius.i.communius,ſicut exponitur.
xxxij.q.vij.quid in omnibus,tunc planū.alias dici opor-
tet multa grauiora.& facit quod no hic & in glo.ij. vel
eſt grauius,quia per ipſum perditur bonum rectæ con-
ſcientiæ ſecundum Hoſtiē. qui remit.de temp.ordi.c.fi.
6 in prin.[*Promotus eſt.*] adhuc †obiicitur,ꝙ nō debuit in
dici purgatio tam generalis,imò ſpecificandum eſt cri
men,vt dicat iuro , ꝙ non commiſi fornicationem
cum tali muliere ſpecialiter nominata.nam, ſi dicatur
infamatus in genere,& non de certa perſona , vilipen-
denda eſt talis infamia,nec debet propter ipſam purga-
tio indici infamato,ar.ff.de accuſa. l. libellorum , & in
eo,quod le.& no.ſ̄.de procura.tuæ.§.j.& facit,quod no.
de elec.c.pe.li.vj.in fi.iij.glo.nec enim de tali crimine in
diſcrimen alterius vagari oportet , imò neceſſe eſt , ꝙ
certum quid proponatur, vt ff.de iniur. prætor edixit.
reſpon.j.§.quod autem prætor.ff.de ver.ob. vbi autem.
§.qui illud.ff.de iure fiſci,ita fidei.Item expreſſum eſt, ꝙ
in inquiſitione capitula ſunt exprimenda & ſpecifican
da.ſ̄.de accuſa.qualiter in §.debet.ſed contra, quia inq-
ſitio fit in genere,vt patet.ſ̄.de ſimo.licet Heli.ſ̄.de accu-
ſa.licet,& c.veniens & c.qualiter.j.& c.cum dilecti, & c.
cum olim.j.V.& Pe.& c.antepe.pe.& fi.& ſ̄.de offi.ord.
c.j.& c.irrefragabili.ſ̄.de ſta.mo in ſingulis,& ca.ea quæ
ff.de offi.præſi.l iij.& l.congruit.ſ̄.de accuſa.ea quidem,
in auc.de collato. §.iubemus.iij.col.iiij. in quibus non
hr̄, ꝙ aliqđ crimen fuerit ſpecificatū, & in genere indi-
citur purgatio vt hic,& ſ̄ e.accedens.& c. cōſtitutus.& c.
ex tuarū,& c.nos inter alios,& c.ſiqs de gradu,& c. mo-
niales,& c.ij.& j.vbi etiam ſi in aliquibus exprimantur
crimina in genere,ſcilicet furto, periurio,falſo teſtimo
nio,libidine,ſicut & hic,non tamen deſcenditur ad ſpe-
cialem expreſſionem,ſicut nec hic.& vt refert Inno.nō
mirum,ſi aliud in accuſatione,quæ odioſa eſt,& com-
muniter fit ad perſecutionem iniurię,& quādoque gra-
uiſſimam pęnā habet,non ſic in inquiſitione.dicit etiā
ꝙ nec aliter eſſe poteſt.nam propter infamiam fit inqui
ſitio, & indicitur purgatio, vt in dictis iuribus, quæ ta
men quandoque ex incerto auctore procedit , de con.
diſ.iiij.ſanum eſt.Qualiter ergo id,quod omnino incer
tū eſt,poterit declarari.Solutio.in accuſationibus,actio-
nibus,& libellis, & vbicunque inter partes iure ordina-
rio agitur,poſitionibus,reſponſionibus, exceptionibus,
& ſimilibus ordinariis non debet ſtari in genere , ſed
ſunt omnia ſpecificanda & declaranda, quādo quis ac-
cuſatur criminaliter indiſtinctè,vt patet in eo,quod le-
gi.& no.ſ̄.de procur.tuæ. & in ciuilibus perſonalibus a-
ctionibus,ſi hoc petatur,alioquin contra.C.de an.exce.
l.fi.in fi.Licet ſecus ſit in generalibus , & in vniuerſali-
bus.ſed admittitur in ſpecialibus,ſiue in perſonalibus in
certa petitio,quandocunque petens non ex ſuo facto,
ſed ex alieno īcertus eſt.dummodo poſtea in proceſſu
negocij declararetur.ff.quorum lega.l.j.§. ꝙ autem nō
nunquam,quod dic vt le.& no.plene.ſ̄.de libel.ob.c.j.&
iij.& idem eſt ſecundum Hoſt.in exceptionibus crimi-
num propoſitis,vt quis repellatur a teſtimonio ,vel or-
dine,vel beneficio.ſ̄.de accuſa.ſuper his , vt ſcilicet om-
nia ſpecificentur,ſicut expreſſum eſt li.vj.de teſt.præſen
tium.§.teſtes,ver.primo tamen,vbi de hoc, & §. ſi vero
dictus Abbas,ver.ſimili ſpecificatione.vide tamē,quod
ibi dicam ſuper glo.no. vbi oſtendam hic per illos tex.
non probari.Dicit etiam Hoſtien. ꝙ in exceptione ex-
communicationis ſpecialiter obtinet , lib. vj. de excep.
pia.§.ſi quis igitur,vbi de hoc. & ſic loquuntur & intel-
liguntur iura inducta.ſ̄.eo.glo.in prin.dixit etiam Inno
cen.quoſdam dicere,ꝙ ſi in modum exceptionis con-
tra aliquem opponatur,vt a dignitate repellatur,ꝙ infa
matus eſt de crimine,puta adulterio,vel conſimili,non
ſemper cogitur dicere perſonam , cum qua commiſit
crimen illud,maxime ſi iuret ſe ignorare,ar.ff.de fur.in
actione,Subdit Hoſt.ꝙ vbi aliquis iudex procedit ex of
ficio generaliter inquirendo,non habet neceſſe aliquid
ſpecificare illis,contra quos procedit,licet poſtea in pro
ceſſu teſtes debeant interrogari de ſpecialibus , vt iudex
certam poſſit ferre ſententiam,ar.Inſti. de ac.§. curare.
xxx.q.v.iudicantem,& in eo,quod le.& no.ſ̄.de teſti. cū
clamor.& ſic ſpecialiter loquuntur iura.ſ̄.de accuſ.qua
liter .i.& ſe.ſ̄.de of.or.c.j.& c.irrefragabili.ſ̄.de ſtatu mo.
in ſingulis,& c.ea,quæ,quod ſi quis contra aliquem ſpe-
cialiter inquirat,& generaliter infamatus ſit ita , quod
non appareat per famam de circunſtantiis ſpeciali-
bus,idem iuris eſt,vt in contrariis.ſ̄.eo.glo.inductis. nec
ob.ſ̄.eo.de accuſa.qualiter.ij.§. debet. Intelligendum eſt
enim , quod ſecundum quod fama eſt generalis , vel
ſpecialis , capitula generaliter , vel ſpecialiter tradi de
bent,ſicut notaui ſi.extra de ſen.excom. ſtatuimus.§. ꝙ
ſi ex locutione,& ſic locum habet regula , quod tantū
facit generalis infamia quo ad omnia,quantum ſpecia
lis quo ad quædam.ff.pro ſocio,act.§. renunciare. ff. de
admini.tu.ſi duo, in fi. & eodem modo dicendum eſt,
quod vbi quis eſt generaliter infamatus,nec apparet de
ſpecialitate,indicenda eſt purgatio in genere . & ſic in-
tellige,quod hic dicitur,& in contrariis.ſ̄. ſignatis.verū,
ſi de ſpecialitate conſtet,exprimenda eſt in purgatione.
quantum de ipſa conſtat,& hoc fieri poteſt,vt ſ̄.c.prox.
reſpon.j.ver.cumque idem,in prin.ſ̄.de præſump.cum
in iuuentute.ſ̄.de acc.cum.P.Manconella.ſ̄. e. quoties
& ſic loquuntur etiam prima iura inducta in prin.hu-
ius glo.& ſecundum hoc in traditione capitulorum nō
eſt aliquis ſpecialiter infamandus,niſi quatenus eſt ſpe-
cialiter infamatus.hoc enim eſt diligenter obſeruan-
dum,ne cogatur aliquis ad alicuius maxime occultam
infamiam denudandam.vt patet in eo,quod le.& no.ſ̄
de teſti.co.c.dilectorum Alioquin , ſi diceres de neceſſi
tate omnes circunſtantias eſſe denudandas,& quòd ali
ter non poſſet inquiſitio procedere , contingeret quan
doque multa occulta publicari , & plerunque corre-
ctiones peccatorum impediri contra verba , & mentē
iurium prædictorum ſm̄ Inn.cuius fuit mens huius gl.
& ſecundum Hoſt.cuius ſunt verba.[*Alioquin.*] i.ſi non
valuerit , vel non potuerit hanc purgationē p̄ſtare.Et c.
hoc



eſt, contra ipſum procedatis , ac ſi conuictus eſſet,
7 quod dic vt.ſ̄.eo.inter,& c.cum P.Hoſtien.¶†Glo.iij.ar-
8 guit .¶Quarta ſignat ōrium, & ſoluit . ¶In†glo.iij.[*ibi,
ſemper.*]vide de teſti.cum tu.ſuper.j.glo. [*Et ibi , ea quæ in
partes.§.j.*] ibi, in re dubia benigniorem interpretationē
ſequi non minus iuſtius eſt,quàm tutius.¶In glo.ante-
pe.[*ibi.l.ij.*]vide de fur.capitu.fi.ſuper.iij.glo. ¶In glo.pe.
9 [*ibi,ſi vxor.*]vide de adul.capit.fi. ſuper.j.glo. ¶†In glo.j..
[*in fi.*]quibus ſcribat hic,non apparet.& ibi ſcribit ipſi Bi
tuntino,tamen ibi in fi.facit mentionem de iudicibus,
quibus commiſit inquiſitionem infamię . ¶In glo.ij.
[*ibi difficile.*]maxime iis,qui lapſi ſunt.de hoc de cleri.cō.
ꝙ a te,ſuper.j.glo. Valerius li.ix.in prin.Blandum malū
eſt luxuria,quam accuſare aliquando facilius eſt quàm
vitare.¶In glo.iij.[*ibi,interpretatio potius.*] no. ſecundum
10 Hoſtien.ꝙ†diſcretus iudex ſibi cauere debet, ne per poſi
tionem,reſpōſionem,proteſtationem,vel quamuis pro
poſitionem cauilloſam, vel duplicē aliquid admittat in
animarum periculum.ad idem de ap.oblatæ, ad fi.vel p
quod veritas obfuſcetur,ipſe,vel pars decipiatur,ſeu ſuo
proceſſu eludatur.ad idem vt li.non conteſt. quoniam,
in princi. de ali.mu.iudi.ca.fa.capitu.j. ¶In glo. & ideo.
[*ibi,& non eſt.*]prima Ioannis.j.¶In glo.pen. [*ibi, purgabi-
11 tur.*]dixit Phi. ꝙ etiam de † crimine ante promotionē
commiſſo compelletur ſe purgare,argumen. xxiiij.diſt.
vlti.ſi ſit enorme,alias ſecus.lxviij.di.ca.j. [*& in fi.*] ſupra
de teſti.co.præterea.& dicit Hoſtien. hæc bene notanda
per prælatos,& alios in officio conſtitutos , facit etiam
hoc caſu pro eis , quia non debent promotores venire
contra factum ſuum,de cleri.coniu. diuerſis , cum ſuis
concor.Item ꝙ occulta ſoli Deo ſunt relinquenda,de ſi
mo.ſicut nobis,in fine,& cap.tua.Nec ob.ſi dicatur pro-
motores ignoraſſe,quia ſi non inquiſiuerunt,fuerunt in
culpa,argumen.xxxviij.diſt.§.fi.ſupra de elec.cum iura,
vbi de hoc.Si inquiſiuerunt,& nil inuenerunt, præſumi
tur fuiſſe occultum,qđ ſoli Deo relinquitur , & promo-
tionem non impediuit,de tem.or.c.fi. Eſt tamen argu-
mentum contra.ſ̄. de præben. cum non ignores,ad fi.
¶In glo.vlti.[*in fi.*]& c.de teſtibus.& c.conſtitutus.

¶De purgatione vulgari. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De purgatione vulgari loca iuris alia , quam præſentis tituli demonſtrat.*

1 ¶†Viſo de purgatione canonica & permiſſa, vidēdum
eſt de vulgari & prohibita , & dicitur vulgaris , quia illā
vulgus inuenit,ſicut canonica,quam canon induxit.ha
2 betur†materia.ij. q. v. conſuluiſti , vſque ad finem quæ-
ſtionis . Conuenit ſupra ne cle. vel mo. ſententiam,ver.
nec quiſquam,& ſupra titu.proxi.ex tuarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgationes vulgares prohibitæ,& quare.*
*Duella inter eas annumerantur,prohibentur & nu.6.& 3.*
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
*Spectacula cruenta,& gladiatores vetantur.*
3 *Additio gloſſarum.*

CAP. PRIMVM.

1 IVra ſuſcepti. C. Ad totū
nigrū. †Du-
ella,& aliæ vulgares purgationes pro
hibitæ ſunt. hoc primo , quia per eas
ſæpius damnatur abſoluendus . hoc
ii. Et quia per eas Deus tentari vide-
tur.hoc tertio . Et primæ decre.com-
munis diuiſ.ij.ibi,tuæ . [*Super eccleſiarum poſſeſſionibus.*]du
pliciter poteſt legi . Primo ſic,an in platea , prædio , vel
poſſeſſione eccleſiæ duella debeant fieri,vel vt fiant ſuſti
neri . conſueuerunt enim ibi fieri , quia ampliora loca,
vel plateas , vel magis ad id aptas habere ſolent eccleſię.
Poteſt etiam ibi fuiſſe quæſtio , quia dum litigaretur de
prædio,vel poſſeſſione inter eccleſiam , & priuatum,vel
inter duas eccleſias,quærebatur , an ſecundum morem
patriæ deberent dari pugiles.[*In eo caſu.*]ideſt loco ſecun
dum primam,vel proprie ſecundum aliam . [*vel aliis.*]
ſecularibus & ſecularium virorum.Tan.¶†Glo.j.reſpō.
per ob. cui reſpondet , & reſponſioni dat duo ſimilia .
¶In.j.glo.[*ibi.l.una.*]dicit.l.iſta, Cruenta ſpectacula in o-
cio ciuili,& domeſtica quiete non placent, quapropter
3 omnino gladiatores eſſe prohibemus.¶†In glo.j.[*ibi,Da
uid.*].j.Regum.xvij.[*& ibi,inſtinctu.*]idem no.ij.quæſtio.v.
monomachiam.[*& ibi,geminum*].ac.v. ſ. de Anania , &
Sapphyra.[*& in fi.*]licet ſit argumentum contra. ff.ad l.
Aquil.qua actione.§.ſiquis in colluctatione.Goff.vbi de
hoc.& Inſti.de hæredi.quæ ab inte.§.per contrarium.

*SVMMARIVM.*

1 *Armata vi terreri quem non oportet.*
*Accuſare plures vnus de eodem poteſt crimine, ex diuerſis autem quot.*
*Duella Franciæ conſuetudine ſuſtinentur,in fi.*
2 *In eis quos mori contingat, & nu.4.*
*Peccati effectus qui.*
*Peccatum vetus adducit nouam vindictam,prouerbium.*
3 *Spoletani iuriſdictionem habent temporalem, & quo modo , & in quibus.*
*Ciuitates de patrimonio eccleſię Roma.ut ſibi, acquiſierint iuriſdictionem temporalem.*
*Traſcriptio quæ non præiudicet.*
4 *Spoliatus pro per ſententiam priuato .*
*Vniuerſi nomine etiam ſingula comprehendimus.*
5 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
*Sententia quibus de cauſis retractetur,& nu.6.*
6 *Additio gloßarum .*

CAP. II.

SIgnificantibus. Summarū eſt.
Et in j. conque
1 ſtio.in ſecunda prouiſio . [*Eos.*] quos † non
oportebat armata vi terreri. C.de act. & ob.
l.negantes.Hoſt. [*Accuſaret.*] no. quod vnus accuſat plu-
res de eodem crimine.ſic ſupra,ſi reus,vel ac.l.prima ff.
de adul.l.vim paſſam.§.inceſti.ex diuerſis vero factis nō
poteſt accuſare duos eodē libello.[*Diuerſis.*]ſic duos, ſed
non tres.C.qui ac.non poſ.l.cum rationibus,ſecundum
quoſdam. Alij dicunt, quòd nec duos poteſt, cum vna
accuſatio impediatur per alteram , niſi ſuam,vel ſuorū
proſequatur iniuriam , vt hic erat,& ff.de accu.l.hos ac-
a cuſare.§.lege.ff.de adul.inter liberas.[a] §.fi. nec ob.l. cum
rationibus,quæ narrat factum.nam ſi de duobus quæſi-
tum fuiſſet,ita de duobus negaſſet,ſicut de tribus ſecun-
dum.D.Hug.de qua materia dic , vt no.in ſum.de or.co.
Hoſtien.vide etiam de hoc in ſpe.de accuſatore, in prin.
& de inciden.quæſtio.ver.porro, & ver. ſequen. [*Coacti.*]
ex lege , vel conſuetudine loci , vel de facto. Guil.in ſpe.
de accuſatione.§.vl.ante fi. ſuadet aboleri conſuetudinē
2 regni Franciæ , quæ talia ſuſtinet.[*Peccatis.*] modus†lo-
quendi , quo vulgus vtitur.nam , prout dicebat Innocē.
& Hoſtiē.forſan fuit hoc ex defectu virium, vel ingenij,
vel alia de cauſa . [*Præcedentibus.*] alias præpedientibus,
& no.quòd peccatum impedit hominem.& ipſius pro-
ceſſum.ſic inducit infirmitatem, de pę.& re. cum infir-
mitas. & mortem,de hoc de ap. qua fronte , & vt dicit
Hoſtien. eſt vulgi prouerbium , peccatum vetus addu-
cit nouam vindictam , & multum de facto verificari vi
dimus hoc prouerbium . [*Spoletanos.*] iuriſdictionem
3 †temporalem habentes. & dicit Hoſtien. ꝙ hi ſunt de
dominio

dominio Rom.eccl.licet non bene, & plene recogno-
ſcant,dicens,ꝙ hæc ciuitas Spole.& aliæ de patrimonio
ſibi conſules conſtituerunt in prin. ſic nomen vniuerſi
tatis aſſumentes,qui de humilioribus cognoſcebant, ut
hic.de iureiur.venientes.demum,vt dicit,paulatim vſur
pauerunt omnia fere iura eccleſiæ Ro.eligendo poteſta
tes,& capitaneos,ſpretis etiam ſententiis, & pœnis eiuſ.
dem eccleſiæ,ſicut lupus paulatim agnum comedit.13.
q.j.§.j.& ſunt hoc contra lecta & no.de exceſ.præla.dile-
cta,cum ſuis remiſ. & ideo nec illorum præſcriptio de
iure illi præiudicare poteſt.93.di.illud, Inſtit.de vſuca.§.
quod autem.& in eo,quod leg.& no.de præſcri. c.fi. ſm
Hoſt.de alia culpa Spoletanorum dixi, de re iudic.cum
4 olim,ſuper gl.ſimile.ſupra.[*Spoliari.*] i. per† ſententiam
priuari,concordantias de hoc dedi,de reſti.ſpol.conque
rente.[*Innocentes.*] in l. Lombarda legitur imperatorem
dixiſſe. Multos vidimus iuſtam cauſam fouentes ſuam
clypeo iuſtitiam amiſiſſe. Vinc.[*Vniuerſa.*] non dixit ſin
5 gula,ſicut ſ.de exceſſ.præla.nimis.j.in fi.ibi dixi.¶ †Glo.
j.obiicit,& ſoluit ¶In j.gl. [*ibi,cum putarem.*] loquitur de
illo,qui erat hæres ex aſſe,ſed putabat ſe cohæredem ha
bere,& per iudicium fami.erciſ.condemnationes ſoluit
[*Et ibi.l.j.*] indebitum per errorem,non ex cauſa iudicati
ſolutum repetitur.[*Et ibi,alias.§.vltimus.j.legis.*]credens fi-
lium mortuum egi de peculio, quia lapſus erat annus,
fui repulſus, nunc apparet illum viuere,adhuc ago. [*Et
ibi,ſi fullo.*] loquitur in fullone, qui conduxit veſtimen-
ta lauanda,quibus perditis eorum precium ſoluit domi
no ex locato conuentus,illud repetet veſtimētis poſtea
per dominum repertis.[*Et ibi, admonendi.*] vide de iureiu-
ran.c.fi.ſuper fi.j.gl.[*& ibi,ſi ex falſis.*] vide de proba. licet
6 ſuper gl.ij.¶ †In gl.j.[*ibi,cum putarem.*] dicebat Vinc.hic
non ſeruato iuris ordine ſunt condemnati, Secus ibi, li-
cet ibi putaret cohęredem, qui cohæres nō erat. vel hic
fuit duellum iniunctum a iudice.vnde comperta verita
te venitur contra.ff.de iureiur.admonendi. [*& in fi.*] di-
cit Hoſt.ſe ex hac ſolutione aliud non habere,niſi ꝙ nō
retractatur in primis cōcor. & retractatur in ſecundis.
Dicebat etiam Innocē. ꝙ ſpeciale eſt propter veritatem
ſuperuenientis caſus,ꝙ recedatur a ſententia, & ſi ſentē-
tia non eſt mandata executioni, excipitur contra eam.
C.de re iudi.l.j.Dicit Hoſt.ad ſolutionem,ꝙ quandoque
ſententia eſt annullanda, quandoque nulla, quando eſt
annullanda,licet ſit iniuſta,vt quia contra ius litigatoris
lata, non retractatur ex ſuperuenienti euentu, uel pro-
batione,niſi fuerit appellatum, vt in contrariis, vel niſi
propter periculum animæ aliud contingat,ſicut in ma-
trimoniali,quæ non tranſit in rem iudicatam, de frigi.
fraternitatis,de re iudi.lator,& c.conſanguinei.vbi vero
ſententia nulla eſt, ut quia per falſos teſtes, vel falſa in-
ſtrumenta lata eſt,ſemper retractabitur contraria verita
te reperta,quod dic,vt no.de excep.cum venerabilis, uel
ſi feratur obtentu reprobatæ probationis, ut hic,quo ca
ſu etiam is,qui tulit ſententiam,illam reuocare poteſt,ſi
eſt ordinarius,vt hic,& de accuſa.qualiter.j. quod dic, ut
ibi.Sed & ubi proceſſum fuit ex officio,videtur ꝙ ex cau
ſa ex eodem officio poſſit reuocari, non ad partis requi-
ſitionem,ſicut not.ſi.de ap.cū ceſſante, de teſti.per tuas,
& c.cum clamor,de reg.iur.c.j.maxime veritate & ęqui
tate penſatis,arg.ſ.de tranſac.c.fi. Sed & forſan ſecundū
eum,ubi reperitur error & probabilis,& ſi ſententia trā-
ſierit in rem iudicatam, poterit ſubueniri lęſo ex clau-
ſula generali,ſi qua iuſta cauſa,arg.de reſti.in integ.ex li
teris.ff.ex quibus cau.ma.l.j.§.fi.& l.ſed & ſi per pretorē.
§.fin.& l.necnon.§. quod eis. & ſic poteſt intelligi.C.de
re.cre.l.ſi.ff.de iure iur. admonendi, & ff.quando actio.
de pecu.eſt an.l.j.§.fi.alias eſt.l.ij.Dicit tamen ſpatioſius
hoc tradi in ſumma de ſen.& re iud. ſub Rubrica de ſen
tentia.§.quot ſint eius ſpecies,ſub.§.diffinitiua, & ſub.§.
ſed nunquid eſt hoc.Ia.de Are.circa iudicis errorem ſic
diſtinguebat.Aut errat in ordine iudicii,aut in prolatio
ne ſententię,primo caſu nulla eſt ſententia,C. de ſentē.
& interl.l.prolatam.can.ij.q.vj.§.diffinitiua, in princ.ſe-
cus,ſi contra ordinem cauſarum tulit ſententiam.C.de
app.l.j.ponit caſum,quando prius de proprietate,quam
b de poſſeſſione pronunciat, tunc enim appellandū [b] eſt.
Si uero fuerit error in prolatione ſententię,aut quia tu-
lit aliter,quam volebat,aut quia aliter,quā debebat. pri-
mo caſu aut manifeſte conſtat de errore, & tūc non va
let,quaſi ore dixiſſe non videatur, quod mente non agi-
tauit.ff.de ſupel.le.Labeo,de regu.iu.in ambiguo.& ver-
ba deſeruiunt intentioni, non econtra ſ.de app. ſecun-
do requiris.ſi autem non conſtat,ſtatur ſententiæ. ff. de
arbi.l.qualem,de re iudi.l.iudex.Si vero fuit error in ali-
ter proferendo,quam debebat,aut facit expreſſe contra
ius,vel eſt expreſſus error in illa,& tunc eſt nulla.xi.q.vj.
§.diffinitiua,poſt prin.verſi.item ſi ſententia contra ius,
quæ eſt lex.ij.C.quando prouo.non eſt ne.ſ. de re iud.c.
j.ſ.de ſent.excom.ſacro.ff.de app.ſi expreſſim, de re iudi.
præſes.C.quæ ſen.ſine ap.reſcin.l.j. ſi autem non expreſ-
ſe contra ius ſcriptum,ſed contra ius litigatoris lata eſt,
tenet,ex quo non fuit appellatum.ſ.de re iud.cum inter
in fi.& in prædict.l.ij.C.quando prouo. non eſt neceſ. &
ff.quæ ſen.ſine app.reſcin.l.j.

ADDITIONES.

a ¶Contra. Ibi vide latius Io.And.& in c.in preſentia, de renuncia.& licet iura loquantur in definitiua, pro qua preſumitur propter maturitatem deliberationis,idem tamen in interlocutoria, licet in illa non ſit tanta deliberatio,ut probat ille tex.quod bene nota.

b ¶Appellandum. Ad hoc l.j.C.de appel.& in l.ſi mancipium,C. de euictio.& vtrobique vide doct.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia de iuriſdictione temporali quo caſu ſe ingerat.*
*Clerici,qui morantur in terris templariorum,gaudent omni priuilegio clericali.*
*Pœna corporalis infligitur contra auct.hic allega.*
2 *Deus tentari uidetur per vulgarem purgationem.*
*Purgatio vulgaris quibus modis tentetur, & cur prohibeatur.*
*Supplementum ad contextum hic fit.*
3 *Additio gloſſarum.*

CAP. III.

DIlecti filij. Summatum eſt ſupra. Et
pars prima ponit conuer
ſorum querelam, ſecunda dat iudicem ibi,
cum igitur.[*Temporalem.*]arg.Hoſtien.eccle-
1 ſiam ſe †intromittere de iuriſdictione temporali,quan
do ipſa abutitur is,ad quem ſpectat, remit. qui fi.ſint le.
per venerabilem.§. rationibus. [*Exercent.*]arg.ꝙ clerici,
qui morantur in terris templariorum, gaudere debent
omni priuilegio clericali. Vin. [*Quibus.*] neophytis, qui-
bus talis purgatio eſt indicta.[*Ciuilem.*]quaſi ſine morte,
vel membri truncatione caſtigabant, in auctē. vt nulli
iudi.§.quia vero,colla.ix.C.de ſeruis fugiti.auctē. ſed no-
uo.Sed vt plurimum ſecundum Hoſt. quicquid dicat il-
la noua lex,pœna corporalis infligitur, & talem ciuilē
pœnam, ſed non ciuiliter infligebant, & de hoc dixi.ſ.
2 de homi.tua.ij.rñ.[*Tentari uidetur.*]hoc†intendit, ferrum
igneum manu captum naturaliter debet manum læde
re.Idem de aqua feruenti. Idem in pugile.nam qui for-
tius eſt,& ingenioſior,vincere debet minus ingenioſum
& fortem. Quærimus ergo in purgatione vulgari mira-
culoſum, & ſupernaturale, vt.ſ.fouens iuſtam cauſam
ferro igneo,vel aqua feruenti non lædatur,& iis ſimilia.
quærendo igitur hæc miraculoſa, & ſupernaturalia ten
tamus Deum.[*Converſorum.*]de nouo ad fidem & ſupple,
max.quia idem de aliis ſecundum Abb.cum ratio pro-
3 hibitionis ſit communis.¶ †In glo.ij.[*in fi.*]vide.ſ.c.j.ſu
per.j.glo.¶In glo.vlti.[*ibi,iuxta illud.*] Deutero. vj. Lucę.
iiij.Matth.iiij.[*& in fin.*]& ij.q.v.monomachiā.Iacobus.

## ¶De iniuriis,& damno dato. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Oeconomia,ſeu continuatio tituli.*
*De damno dato etiam ubi alibi,& num.2.*
2 *Contra iniuriæ illatores dantur quandoque conſeruatores, quandoque fiunt diuinorum.*
*De iniurijs quibus alijs in locis præterquam in hoc titulo dicatur, & nume.2.*



1 ¶†Viſo de variis exceſſibus, quia ex eis frequenter in fe-
runtur iniuriæ,& damna,ideo ſubmittit de iniuriis, &
dam.da.de parte prima.ii.q.vij.accuſatio, in fi. xv.q.j. il-
lud.xxiij.q.iiij.inter querelas.de ſecunda.xvij.q.iiij.diffini
uit.xxiij.q.vlti.peſſimam.de vtraq;.xxiij. quæſtio.ij.& iij.
per totum.Repetitur in vi. Ad primam partem conue-
niunt,de reſcrip.nonnulli,de elec.cum eccleſia, de teſti.
co.peruenit.ij.de re iu.cum te,de ap.peruenit.i. de emp.
& ven.c.fi.de ſtatu mo.in ſingulis.§.porro, de eccl.ædifi.
cum dicat,de accuſa.qualiter.i.& per iterationem ſacra-
menti fit iniuria primo,de apoſta.ca.ij.& vim repellere
licet,non ad vindictam, ſed ad iniuriam repellendam,
de homi.ſignificaſti.ij.in fi. Item faciunt de ſenten. exc.
in audientia,& c.contingit,& li.vj.de elec. ſciant cuncti,
de pœnis.c.j.de ſenten.excomm.dilecto,& c.quicunq;.
2 & c.ſi clericos.j.rñ.in fi.Item†contra iniuriatores dantur
quandoque conſeruatores,de offi.dele.c.j.& vlti.eo.li.vj.
Quandoque fiunt ceſſationes diuinorum, vt in Cle. de
ſenten.excommu.c.j.ad fi.Interdum æquiparatur aliqd
fieri iure,vel iniuria,de no.ope.nun.cap.j.Ad ſecundam
partem,de reſcrip.c.vlt.in fi.de offi. deleg.cum olim.i.de
foro com.dilecti,de fideiuſ.peruenit,de immu.ecc.quia
plerique.de ſimo.de hoc.in fi.& c.audiuimus. vbi patet
eccleſiæ ſoluendum, ꝙ acquiſitum eſt in eius damnū.
Item acquiſitum in diſpēdium terræ ſanctæ reſtituitur
duplicatum,de Iudæis, ad liberandam. Et hæres defun-
cti damna per illum illata emendare tenetur, de rapto.
in literis,in fi.Item facit de ele.commiſſa,li.vj.in fi.& de
foro compe.c.vlti.eo.li. Ad vtranque partem facit de fo
ro compe.conqueſtus,de reſti.ſpo.grauis,de do.cap.fi.de
ſenten.excom.conqueſti. Et de offi.or. ſi canonici.§.j.in
fi.& de immu.ecc.quoniam,in fi.li.vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Percuſſor,ſeu vulnerator ad quæ damnetur,& nu.2. & 3. & qua actione,ibid.& nu.4.*
*Remiſſa iniuria,an videatur remiſſum damnum ex ea.*
2 *Suffragium, & additio gloſſarum.nu.3.*
*Damna ex iniuria prouenientia per iuramentum probantur.*
*Libero homine uulnerato quæ actio detur,& nu.4.*
*Seruo vero quæ.*
4 *Iniuriarum lege Cornelia quibus caſibus agatur.*
*Inter pulſare,& verberare differt.*
vj. q. vlt. actor. contra, quod ſit condemnandus, niſi pro-
bet, ꝙ ad eum aliunde peruenerit, argumen. vj. qō. ij. ſi
tantum, & cap. placuit. Hoſtien. dicit, ꝙ ex quo non
conuincitur, non punietur hac pœna ordinaria, ſed ſi
non probet, ꝙ ad ipſum aliunde prouenerit, arbitrarie
punietur. Gl. Vin. potes videre in Spec. de prob. §. j. ad fi.
27 ¶ † Gl. j. exponit, & ſoluit, & ſignat contrarium. ¶ Gl. ij.
reſpondet per duas quæſtiones. ¶ Gl. vj. exponit, q̄rit, &
ſoluit. ¶ Gl. vij. q̄rit, arguit, & ſoluit. ¶ Gl. viij. arguit, &
28 remittit. ¶ † In gl. j. [*ibi, l. j.*] vide de ſy. Mattheus, ſuper gl.
ij. [*& ibi. l. iij.*] ſi minor ad alium decipiendum per aſpe-
ctum laborauit ſe probare maiorē, non reſtituitur. [*&
ibi, l. j.*] vide de delic. pue. c. j. ſuper. iij. glo. ¶ In glo. vj. [*ibi,
ſi domus tua*] vide de priui. paſtoralis, ſuper vlt. gl. ¶ In gl.
vij. [*ibi, §. vlt.*] negligentia iudicis appellationis īputatur
appellanti, qui poterat principem adire, & de eo cōque
29 ri. ¶ † [*In glo. j. in fi.*] lo. de non doli capacibus, vel infanti-
bus loquitur, quorum ætas ignorat, quid videat, vt etiā
30 no. in præ. c. pueris, in glo iij. ¶ In † glo. ij. [*ibi, fructuoſa*]
quaſi ſentiat gl. quod tunc erit fructuoſa, cum confite-
bitur peccatum, quod celauit, & de illo ſatisfaciat, ſicut
videtur, quod non habeat neceſſe iterum alia confite-
ri: alij contra, ꝙ ex quo vnum celauit, etiam prima de-
beat iterum confiteri. de hoc de pę. di. j. §. nō ita. plenius
per Hoſti. in ſum. eo. ti. § an peccata, ver. quartus [*& ibi,
venialia*] quę ſint venialia, & quę mortalia, vide plene in
ſum. eo. ti. §. de quibus peccatis [*& ibi, benedictam*] & aliis
modis, qui no. in ſalu. vj. li. in vlt. glo. dicebat Vin. vel ꝑ
benedictionem epiſcopalem, vt in gloſſ. ſuper, Beati
immaculati. [*& in fi.*] præcipue ſi ſunt inueterata, & in
conſue. deducta. xxv. diſt. criminis, de iureiur. & ſi Chri-
ſtus, ad fi. de his dicitur, grandia caue ne obruaris arena,
nec intereſt, an nauis vno fluctu operiatur aqua, an ipſa
paulatim ſubintret, & ſubmergatur, de pę. di. j. tres ſunt
actiones. ¶ In glo. iij. [*ibi, licentia*] vide quod dicam ſuper
31 glo. quid ſi ad fi. [*ibi, † diſcretum*] nec enim prodeſſet abſo
lutio quo ad Deum ei, qui quærit indiſcretum, vt per
imperitiam illum abſoluat, vt no. xj. q. iij. quomodo.
¶ In glo. executionem, [*ibi, ſufficienter*] de hoc. e. q. c. j. dice
bat autem Pe. ꝙ ſacerdos curatus alteri ſacerdoti non
curato bene poteſt committere intra parochiam ſuā
certos caſus, vel articulos ad inſtar delegati ad vniuer
ſitatem cauſarum. ff. de iudi. cum pretor. & hic loquitur
quando non fit commiſſio, ſed ſimpliciter parochia-
no datur licentia, quaſi tunc ille ſacerdos hoc faceret
ſuo iure ex prorogatione, quod eſſe non poteſt, ex quo
executionem non habet. primo vero caſu facit ex de-
mandatione. ſi. quod dixi, de eccle. ædi. ad audientiam.
ij. ſuper j. gl. cum ſua remiſſione. de principali materia
vide, quod dixi. ſ. de offi. archipre. c. iij. & dicam de elec.
cum ex eo. §. porro, li. vj. ſuper ver. ab eis. tractat ipſe Pe.
etiam id, quod eſt expeditum. j. e. ſi ep̄s, lib. vj. [*& ibi, reli
gioſi*] in his procedit, quod dicit glo. ſed de Prædicatori-
bus, & Minoribus dic, vt in conſtit. Bonifa. ſuper cathe-
dram. §. ſtatuimus, innouata per concil. Vien. de ſepul.
dudum, quæ tamen per Cle. V. prorogata fuit ad Here-
mi. ſancti Aug. & per Io. XXII. ad Carmelitas. ¶ In gl.
32 quid † ſi. [*ibi, alium*] propria auctoritate. & hoc tenet Io.
[*& ibi, vadat*] hoc tenet Phi. & Gof. dicebat Hoſt. hāc opi
nionem veram, quādo periculū non eſt in mora, alias
eſt vera opinio Io. dicunt tamen quidam, vt refert In-
no. ꝙ in neceſſitate poteſt alteri ſacerdoti confiteri, ſed
ab illo non poteſt abſolui, quia non ſubeſt ei, tamen, q̄a
cōtritione remiſſum eſt peccatum, poterit communi-
e care. [e] dicit tamen dici poſſe, ꝙ ex quo in caſu neceſſita
tis cōfitetur illi, qui claues habet, ꝙ ab illo poteſt abſol
ui, ſed quid ſi non inuenit alium, cui confiteatur, quā
proprium, quem ex iuſta cauſa recuſat? Dicit Inno. ſi iu
ſtam habet cauſam, quare timet, vt quia ex confeſſio-
ne ſua poſſet periculum, & graue peccatum, & ſcanda-
lum generari, eligat mori ſine confeſſione, & confitea-
tur Deo ſoli: vel confiteatur illi crimen in genere, &
circumſtantias, ex quibus non timetur periculum, pe-
riculoſas omnino taceat, Deus enim ſic ordinat ope-
ra ſua, quod non vult eſſe cauſa mali, vel quod aliquod
malum poſſit ex eis prouenire ſecundum Innocen.
& Hoſti. alias ſecundum Hoſt. confiteatur, cui poterit,
arg. j. c. fi. & quod no. de of. or. paſtoralis, ver. ad q̄d. alias
Deo ſoli. vt prædixi. dicit autem Inno. ꝙ propter ſolam
indiſcretionem ſacerdotis non dimitteret, quin ſibi cō
fiteatur. quod intelligit Hoſti. quando id bene poteſt in
cōſcientia ſua inuenire, vel ad id illam informare, vide
circa hoc quod no. de pę. di. vj. c. vlt. [*& ibi, & ipſe dabit*]
vide quod no. in Cle. de priuil. religioſi, in gl. puto. ¶ In
gl. ſic. ſ. [*ibi, ſicut. in prin.*] & ibi poſui ver. quos hic pone-
bat & exponebat Abb. ¶ In gl. j. miſericordiam, [*ibi, di-*
33 *ſciplina*] vt ibi † dicitur, per vinū mūdantur putrida, per
oleum ſananda fouentur. Gof. vide Hiero. ſuper Oſee.
C. ¶ In glo. pe. [*ibi, imperitia*] qui. ſ. vno collyrio omniū
oculos vult curare. & vide quod poſt Hie. no. in Cle. ſi
dominum, de reliqui. in glo. orationis, in vlt. membro.
34 ¶ [*In glo. ult. in fi.*] innuit † illud per iſtud correctum. dice
f bat Hoſti. ſaluari [f] poſſe, vt omnibus diebus vitæ ſuæ pe
regrinando pergat, quamdiu durat pœnitentia tempo
ralis. puta ſeptennalis, vel alia, quo tempore lapſo de-
trudetur in monaſterium, vt hic. & ſic venit hic ſupple-
tiue, non correctiue. ff. de le. non eſt nouum. ſic patet
hic hunc ſacerdotē ad modum pęnitentis ſymoniaci,
& hæretici puniri. de hære. c. pe. de ſymo. quoniam.

ADDITIONES.

a ¶ Contritionem. Secuto baptiſmo, nam per illam ſolam non poſſet ba
ptiſmus haberi, ut ibi.
b ¶ Qualis. Ibi uide glo. & plenius Ioan. Andr. in c. cum apud, de ſpon.
ɔmto.
c. ¶ Curam. Et tamen etiam priuatæ perſonæ dat conſuetudo iuriſdictio
nem, ut in tex. in c. cum contingat, de fo. compe. ubi uide Io. An.
d ¶ Electionis. Vide glo. in Cle. dudum, de ſepultu. §. ſtatuimus.
e ¶ Communicare. Vide Ioan. And. in c. ex tenore, ſuper glo. ij. de temp.
ordi.
f ¶ Saluari. Facit hæc opinio ad materiam l. j. ff. ui bo. rap. & Cy. in l. qui
ſepulchra, C. de ſepul. uio. & uide glo. de pę. diſt. vj. ſacerdos.

*SUM-*

SVMMARIVM.

1 *Medici corporum ad infirmos uocati officium primum quod, & nume. 3. ad dict. ante.*
*An ordinari poſſit, num. 2. remiſs.*
*Eius pęna quæ, ſi non obediat huic conſtitutioni, nu. 5. ad dict. ſatiſfecerit.*
*Quando dicatur eius tranſgreſſor, ibid. & nu. 1. & 3.*
2 *Infirmitas corporalis unde procedat, ſeu cauſetur, & nume. 4. circa finem.*
3 *Præcipiendi verbum, infert neceſſitatem.*
*Præſcriptione tolli non poteſt conſtitutio inducta pro animarum ſalute.*
4 *Spiritualis ſalus maior corporali, & eam præcedit, & nu. 6.*
*Inferior ibi manum non poteſt apponere, vbi ſuperior appoſuit, ſine licentia, excepto caſu.*
5 *Conſtitutio publicata quandoque habet ante duos menſes efficaciam, vt hic.*
*Ex vitio rei uenditæ teneor.*
6 *Suffragium gloſſarum.*
*Animæ ſalus rebus corporalibus præfertur.*
7 *Additio gloſſarum.*

## CAP. XIII.

1 CVm infirmitas. C. † Medici corporū ad infirmos vocati ante omnia debent illos ad
confeſſionem inducere, nec debent pro ſa-
lute corporum aliquod pernitioſum animæ ſuadere.
ponit etiam duplicem conſtitutionis cauſam, & pœnā
tranſgreſſorum. & primo ponit vnam cauſam conſti-
tutionis, ſecundo conſtitutionem, tertio aliam conſti-
tutionis cauſam. quarto pœnam tranſgreſſoris, quinto
quandā inhibitionem. ij. ibi, præſenti. iij ibi, hoc quidē.
2 iiij. ibi, ſi quis. v. ibi, Cæterū. [*Nonnunquam*] ergo † nō ſem
per. vnde dicit canon, cū percuſſio corporalis īminet,
vtrū ꝑ purgatione, an ꝑ vindicta cōtingat, Dei iudiciū
in hoc ignoratur. vij. q. j. cum percuſſio. Dicente Io. v.
Amplius noli. q. d. omnino deponas animum peccan-
di. Gof. ad idem de iureiur. & ſi Chriſtus, ver. Iacobus.
[*Ne deterius*] i. ne maiorem infirmitatē incurras. & ſic
facit ad propoſitum. [*Tibi contingat*] dicit glo. ſuper illud
Matth. ix. in princ. confide fili, remittūtur tibi &c. quod
infirmitates. v. de cauſis ꝓueniunt. i. vt iuſtis per patien-
tiam augeatur meritum, vt in Iob. ii. ad cuſtodiam vir-
tutum; ne ſuperbia tentet, vt in Paulo. iij. ad corrigenda
peccata, vt hic. iiij. ad gloriā, vt de cæco nato, & de Laza
ro. v. ad initium pęnæ, vt in Herode. dantur verſus. Vt
probet, vt dānet, vt expiet, vt mereatur. Vt pateat Chri-
3 ſti gloria, pœna datur. [*Diſtricte † præcipimus*] & ſic neceſſi
tatem importat. ĩ. ti. ij. in his. de hoc de treu. & pa. c. j. vn-
de & ĩ. imponitur pœna. & dicit Hoſti. ꝙ cū pro ſalute
animarum hæc conſtitutio ſit inducta, conſuetudine,
vel præſcriptione tolli non poteſt. peccant enim in tali
bus tranſgreſſores, de ma. & obe. illud. [*Medicis*] an ordi-
nari poſſint, dic vt. s̃. de æta. & qua. ad aures. [*Ipſos*] infir-
mos. [*Ante omnia*] i. antequam ad curam manum ap-
ponant, vel de ſalario conueniant. quid ſi prius de ſala-
rio conueniant? Vr̄, ꝙ medico obſtet exceptio, & ꝙ ſo
lutū etiam poſſit repeti, cum mercatus ſit ꝯ legē, arg. x.
di. vides. C. de legi. non dubium. s̃. de pac. c. fi. C. de agri.
& cenſi. quemadmodum, li. xij. ff. de vari. & extra. co. l. j.
§. ſi Iulius Maternus, & §. ſi cui cautū eſt, & l. medicus.
dicit Hoſt. quod quia non inuenit hanc pœnam iure
cautam, non audet imponere. dicit tamen, ꝙ pium eſ-
ſet & bonum hoc exprimere, quia forſan medici non
eſſent poſtea circa hoc negligentes [*Inducant*] cum effe-
ctu ſecundum Hoſt. alias non intromittant ſe de cura,
quod probant ſequentia ſecundum eum, ar. de cleri.
4 non reſiden. relatum. [*Spirituali*] quæ † quia maior eſt,
pręcedere debet, de ma. & obe. ſolite. contra. s̃. de temp.
ord. cum in diſtribuendis, de cōſe. di. ij. c. fi. vbi præmiſſa
manu ſuperioris, non debet inferior ſine licentia ma-
num apponere. So. illud prohibetur ob reuerentiam,
iſtud ob eandem cauſam ſtatuitur, & ad prouiſionem
periculi infirmorum. licentiatus eſt, ergo ipſo iure hæc
inferior poſt, quàm ſuperior manum appoſuit, & ſic
non habet neceſſe recurrere ad prætorem. ff. de condi.
inſti. quæ ſub condi. §. fi. ſatis fuit exquiſitum hoc con-
trarium. [*Effectus*] peccatum vocat cauſam, infirmita-
tem vocat effectum. [*Cauſam*] impulſiuam. ff. de poſtu.
l. j. §. ſexum. Vin. [*Incurrunt*] ex quo vero ſciunt in omni
infirmitate mortali & non mortali medicos hoc dice-
re ex præcepto, ceſſabit timor, & periculum. [*Publicata*]
5 ergo † tunc etiam ante duos menſes, & poſt. non, niſi pu
blicetur, ex quo ſic cautum eſt. & facit ad ea, quæ nota-
ui in fi. vj. libri, ſuper data. [*Satisfecerit*] ſ. dando pauperi-
bus quicquid emolumenti exinde percepit. ad hoc. s̃. de
iudi. cum ſit, vel ad arbitrium iudicis, cum certa ſatisfa
ctio non exprimatur, de offi. del. de cauſis. Ho. [*In termi
natione*] ſicut de ſagit. c. vno, vbi de hoc. [*Salute*] de con.
di. v. contraria. Gof. [*Periculum animæ*] ex quo ſine pecca-
to non poteſt ei ſubuenire, nō habet quid faciat. xxij. q.
ij. faciat. & dicit Vin. ꝙ medicus, qui dicit, nō conſulo,
ſed ſi accedas ad aliquam, ſanaberis, hanc conſtitutio-
nem trāſgreditur. ſi. n. aliquid tibi vendo adiiciens, ſi vi-
tioſus eſt. ſi læſum, nolo teneri, cum ſcientia illud tale,
tñ teneor. ff. de ac. em. & ven. l. j. §. venditio. vide quod di
cam, de re. iur. eum, qui certus, li. vj. ſuper. j. glo. cum ſua
6 remiſ. ad Spec. ¶ † In glo. vlt. [*ibi, ſancimus, in fi.*] i. vaſa &
ornamenta eccleſiæ vendi, & pignorari poſſunt pro re-
demptione captiuorum, vt animæ hominum vaſis &
veſtibus præferantur. [*& ibi. l. j. §. ij.*] vide de iuramen.
7 ca. c. ij. ſuper. j. glo. ¶ † *In glo. j. in fi.*] & lxj. di. §. his omni-
bus. ¶ In glo. ii. [*ibi, ſententiam*] idem Inno. & Hoſt. ¶ In
glo. vlt. [*ibi, quam corporum*] pulchre facit in auth. vt cum
de ap. co. §. ſi autem laici, vltra med. ti. col. viij. [*& infi.*]
de elec. vbi periculum, in prin. li. vj.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores eleemoſynarum quando admitti debent, & quæ proponere, & qualiter ſe gerere debeant, & quæ conceſſa, & nu. 2. 3. 4. & 8.*
*Eorum priuilegia quæ, ibid. & quæ reuocata, nu. 4. ex delicto ſubſunt ordinario, ibid.*
*Indulgentiarum meta, vel terminus quis, & nu. 9. ad dictio. i. indiſcre. & nu. 10. 12. 13. & 15. quoties acquirantur, nu. 10.*
*Earum dies vtiles, anni vero vt intelligantur, nu. 11.*
2 *In diſiunctiuis alterum ſufficit adimplere.*
*Per prædicationem non præiudicatur vlli, vtilis prælato, & animabus.*
*Per confeſſionem vero præiudicatur.*
3 *Ad declarationem quæ faciant, rei propoſitæ deducere poſſum, licet niſi in ea contenta deducere mihi liceret.*
*Commiſſa videntur aſſinia mandato quæ ſunt, vel iuxta ipſum.*
*Doctores, ſeu magiſtri, qui alphabetarij appellandi.*
4 *Literæ quęſtorum diligenter examinandæ, & in quibus, & ſupra nu. 1. 2. & 3.*
*Prædicatio eſt contentioſæ iuriſdictionis.*
5 *Apoſtolicæ ſedis actus ſequendi.*
*Capiti membra ſe debent coaptare.*
6 *Remiſſio epiſcopi extranei ad quid ualeat, quoties acquiratur, nume. 10. eius beneficio non utitur remiſſor, nu. 11.*
7 *Iudicij dies quibus appellationibus alijs ſignificetur.*
*Regnum Dei non poteſt emi pecunia.*
9 *Beguinarum hoſpitia damnata.*
10 *Epiſcoporum culpæ 48. remiſſiue.*
*Indulgentiæ in conſecratione eccleſiæ, nu. 15.*
11 *Pœnitentia iniuncta per minorem remitti nequit.*
12 *De cardinalium collegij poteſtate vbi tractetur.*
*Papa quando celebrat, vel prędicat quantum concedat indulgentiarum, ad dict. moderamen.*
*Eius poteſtas in indulgentijs concedendis, & in prælatos, & omnes, nume. 13.*
13 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 15.*

CAP.



## CAP. XIIII.

1 CVm ex eo. C. † Eleemoſynarū quæſtores ſine apoſtolicis,
vel diœceſani literis admitti non debent,
nec tunc proponant vltra id, quod contine
tur in illis. debent eſſe modeſti & diſcreti, & à locis, & ex
penſis incongruis abſtinere. ponit formam remiſſio-
num, dicens in conſecratione baſilicæ vltra annum, ex
alijs cauſis vltra xl. dies indulgeri non poſſe. & ſunt. iiij.
principales partes, ſecunda ibi, formam, tertia ibi, qui au
tem. quarta ibi, ad hæc [*ſe alios.*] quam ſint. geſtāt enim
falſo religionis habitum. ſupra de priuil. tuarum. [*Abu-
ſiones.*] de hoc. de vene. ſan. cap. ſecundo in fi. [*Prædicatio
ne.*] & tamen prædicare ad eos non pertinet, ſed habent
charitatiua ſubſidia petere, & indulgentiam, ſi quam ha
bent proponere. infra de hære. vt officium, libro ſexto.
§. compeſcendi. [*Apoſtolicas*] vel diœceſani. ex quo autē
tales literæ apparent, neceſſe eſt illos admitti per cura-
2 tos, & † ſufficit altera litera, vt innuit hic diſiunctiua, de
regul. iu. in alternatiuis. ſic de hære. excommunicamus.
§. quia vero nonnulli. & hoc verum, ſi apparent literæ
non ſuſpectæ, alias contra. ſupra de fide inſtrum. quod
ſuper. quo caſu ſacerdos prius, quam illum admittat, cō
ſulet epiſcopum, de offic. archipresb. c. fi. in fi. & propter
hoc habent multi diœceſani ſtatutum, quod nulla lite-
ra apoſtolica recipiatur, vel approbetur in ſua diœceſi,
niſi ipſi primitus conſulantur. & dicit Hoſtien. quod ex
hoc eſſent grauiter puniendi, ſi id facerent in fraudem
poteſtatis apoſtolicæ, argumen. de priuil. dilecti, & capit.
quanto, ad fi. vbi vero liquet de indulgentia, & perſona
nota eſt, alia litera non debet requiri, ſicut in Prædicato
ribus, & Minoribus ſecundum Hoſtien. qui remittit, de
exceſſ. præl. nimis praua. nec requiritur alia epiſcopi licē
tia, niſi id eis interdixiſſet ex cauſa, puta quia vſurpant,
vel impediunt iura parochialia, vt patet ex no. de priuil.
in his, & ca. tuarum. contra. s̃. c. proxi. §. ſi quis autem, &
quod ibi no. Sol. aliud in prædicatione, & aliud in pec-
catorum confeſſione, vt ibi. Ratio diuerſitatis, quia per
prædicationem non præiudicatur alicui, ſed potius rele
uatur onus prælati, & prouidetur animarum ſaluti. ad
id. xcv. di. ecce, & ff. de neg. geſt. ſoluendo. cum ſuis con-
cord. in confeſſione verò poſſet ſpirituale & temporale
præiudicium generari, vt dixi in contrario, vel licet iſti
priuilegiati ſint indiſtinctè ſuper prædicatione, ſuper cō
feſſione non indiſtinctè, ſed illorum tantum, qui ad il-
lorum prædicationem contriti ſunt, & ſtatim, non ex
interuallo, vt ex ipſorū priuilegiis legi poteſt, & forſan
non generaliter, ſed de illis tantum peccatis, de quibus
ſunt contriti. de his ergo non poteſt iudicari, niſi videa-
tur priuilegium, de priuile. porrò. in contrario remiſi ſu
per glo executionem. ad dec. Bonifa. in Clemen. de ſe-
pul. dudum. [*Et tunc*] ſcilicet cum literas apoſtolicas, vel
3 diœceſani præſentant. [*Literis.*] vel quod faciat † ad ip-
ſarum declarationem circa factum. nā & illa quæ iux-
ta mandatū ſunt, commiſſa videntur, arg. ff. de his, quæ
ſub tut. vel cur. l. magis puto. §. cuius officio. Caueant er-
go à prædicatione, maxime cum multi ex eis laici ſint
& inhoneſti, niſi aliquibus approbatis eſſet expreſſe per-
miſſa. Item ne aliud proponant, quam litera contineat,
quaſi legeret alphabetum, quem dum legendi refert Ho
ſtien. quòd ſeruant quidam magiſtri canoniſtæ maxi-
me qui nihil addentes, vel minuentes apparatum legūt
ſicut textum. [*Permittantur.*] concil. Vien. hoc repetens
4 addit, quod diœceſani ante, quàm quæſtores † admit-
tantur, literas apoſtolicas examinent diligenter. eodem
titu. abuſionibus. vbi etiam concilium reuocat priuile-
gia quædam quæſtorum, & ſuorum ordinum, ſi quæſto
res delinquunt, in hoc ſubmittit eos ordinarijs exem-
ptionis priuilegio non obſtante. & no. argumen. quòd
prædicatio eſt contentioſæ iuriſdictionis. vj. quæſt. 3. ſcri
ptum. xvj. quæſt. iij. placuit. ij. de hæred. cum ex iniuncto,
5 ſecundum Vinc. [*Secundum eam.*] ſequitur † actus ſedis
apoſtolicæ in hac forma, vt hic. Idem in caſibus, de hæ-
re. ad abolendam, de temp. ord. c. ij. de maio. & obed. di-
lecti, de re iud. in cauſis, de conſtitu. ex literis. & breuiter
membra debent ſe capiti coaptare, de præſcr. cum non
liceat. nam turpis &c. de ſpon. du. ca. fin. ſalua prærogati
ua ſedis apoſtolicæ. de temp. ord. c. j. ſecundum Hoſ. [*A-
poſtolus.*] ad Ro. xiiii. & ij. ad cor. v. & ſuper hoc verbo, de
hac forma dicit Vincen. id, quod ad literam ponitur in
6 ſpec. eodem titu. verſi. Et no. de epiſcopo, cuius † remiſ-
ſio licet non valeat ſine conſenſu proprii epiſcopi ad re
miſſ. pœnitentiæ, valet tamen eo inuito facta ad parti-
cipationem bonorum, quæ in ſuo epiſcopatu fiunt. [*Sta
bimus.*] libera fortuna mors eſt cap. &c. no. xiij. q. ii. vbi-
cunque. [*Geſſimus*] conſiderato mortis tempore. xxv. di.
qualis. [*Malum*] Iuuenalis. li. j. de morib. vltima fiet quæ-
ſtio. Hier. ad Aſellam. E. Ante tribunal Chriſti ſimul ſta
bimus: ibi patebit, qua mente quis vixerit. [*Meſſionis.*]
7 diem † iudicii vocat diem meſſionis: quia tunc mete-
mus, vt ſeminauimus in hac vita, vt ſequitur. Item voca
tur dies ventilationis, qa tunc grana excutient à paleis.
& ſegregationis, quia mali piſces ſegregabūtur a bonis.
ij. q. j. ca. fi. Go. [*Seminat.*] Luc. vj. [*Facultates*] cautius di-
ceret, fidelium ſint ſubſidia opportuna, cum quando-
que facultates ſuperāt, ſecundum Hoſtien. [*Conſulatur*]
& ſuſtentatio vobis non ſubtrahatur, de don. apoſtolicæ
cum concord. de eccle. ædifican. de his. [*Gaudia*] ergo re
gnum dei poteſt emi pecunia, quod non eſt verum, vt
j. quæſt. j. ordinationes, in prima glo. [*Peruenire*] ſequitur
in litera, Nos autem de omnipotentis dei, & beatorum
apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, tot dies
8 &c. [*Qui autem.*] hic traditur, quomodo † quæſtuarii iſti
debent eſſe ordinati prius quò ad ſe. ſecundò quò ad
hoſpitia. tertiò quò ad expenſas. quartò quo ad habi-
tum. [*Modeſti*] vide, quod dixi de voto. capit. j. ſuper vlti.
glo. [*In congruis*] parcit, quòd non dicit proſtibulis, ſed
cauendum eſt à quaſi proſtibulis, ſicut ſunt hoſpitia
9 † quarūdam Biguinarum fictarum, quod pernitioſum
genus eſt mulierum, nec de facili alios, quàm religio-
ſos admittunt, à quibus modis omnibus eſt cauendum
xviij. quæſtio. ij. diffinimus, & cap. pernitioſam. Hoſtien.
hodie iſtarum ſtatus damnatus eſt per concil. Vien. de
religio. domi. cum quibuſdam. [*Geſtent.*] quo caſu pu-
niuntur, & ipſi, & qui eos mittunt, de priuil. tuarum. ſu-
pra. [*Indiſcretas.*] ſcilicet non ponderata qualitate, &
quantitate cauſæ, quæ ſubeſt. nam ſecundum quod eſt
magna, vel parua, maior, vel minor indulgentia debet
dari. & ſic no. cauſam ponderandam. de hoc ſupra. de ac
cu. cum dilecti. [*Superfluas*] ideſt ſine cauſa, vel nimis lar
10 gas. xlviii. culpas epiſcoporum, quatum hæc eſt vltima,
colligit Hoſtien. in ſum. huius titu. §. cui confitendum,
ſub. §. cui epiſcopus. [*Xl. dies.*] ſi eadem perſona eodem
die ſæpius conuenit ad locum, pro quo indulgetur re-
miſſio, vel ſępius dat denarium, nunquid ſæpius habe-
bit. xl. dies. Dicit Vincen. quod ſic, dum durat tempus,
vel dies remiſſionis, quia non eſt conceſſa remiſſio ſo-
lum propter iter, vel denarium, ſed & propter obligatio
nem eccleſiæ, quæ ſic remittendo ſe obligat orare pro il
lo, ſit ergo diſcretus remiſſionem faciens, vt dixi, ſupra
eodem. quod autem. Idem Guil. in ſpe. eo. tit. verſi. quid
ſi eadem. vbi addit rationem, quòd in beneficiis fieri de
bet larga interpretatio & ibi in verſi. ſeq. no. quod hic ēt
11 † notauit Vin. ſcilicet remiſſorē ſua remiſſione vti non
poſſe. Item pœnitentia iniuncta per epiſcopū nō poſſe
ſacerdotē remittere: ſed ſic ecōtra. item papam, vel epm
non poſſe ſibi remittere pœnitentiam ſibi per ſacerdo-
tem iniunctā ſine illius auctoritate. ĩ. c. fi. [*De iniunctis.*]
Hoſt. per hoc no. dies indulgentiarū vtiles, licet ſecus di
cat in annis. itē ꝙ qui. xl. dieb. ieiunare dēt, huius indul-
gentię virtute non cogit̄ ieiunare. de hoc tractauit Inn.
& Ab. s̃. e. qd āt, & Hoſ. ſatis hic. & dicebāt, ꝙ cū q̄rit̄, qd
operent̄ verba hæc, indulgemus annū de iniuncta pnīa
alii dn̄t annū vtilē: alij continuum: alii, ꝙ is eſt ſenſus.

Remitto annum de pœnitentia ideſt tātum minus pu-
nieris in purgatorio, quantum ſi vno anno pœnitentiā
egiſſes in hac vita, nec credunt, quòd per has generales
minus teneatur quis in hac vita pœnitentiam agere,
quorum dictum æquitati conuenit ſecundum Innocē.
Eſt tamen credendum, quòd Deus, qui omnia modera-
tur in numero, pondere ac menſura, ſapientiæ.xj.F. iux-
ta metam à prælato impoſitam dabit potius plus, quā
minus, licet alteri plus, alij minus. nec de hoc poteſt cō-
queri is, qui minus habet, ex quo recipiunt, quòd ſuum
eſt, niſi hoc nequam oculus reprehendat. Matth.xx.ca.
Hoſtien. autem dicit hic terminari, vt dies ſint vtiles, aľs
eſſet abſurdum dicere, facio tibi indulgentiam dierum,
quibus non teneris ieiunare, de annis vero, ſicut & qua-
12 les iniuncti ſunt, ſic remittantur. [*Plenitudinem.*] hic † tra-
ctauit Hoſtiē. de poteſtate collegij cardinalium, de quo
no. de ſciſmaticis, capitu. vno, lib. vj. quod eſt hodie ex-
peditum per cle. eo. tit. ne Romani, in prin. [*Moderamen.*]
in literis. nam quādo celebrat, vel prædicat, ſemper dat
annum, ſecundum Innocen. & xl. dies ſecundum Hoſt.
13 dicit autem Innocen. quod prohibitio † huius capituli
eo modo etiam eſt intelligenda. ſ. quòd inferioribus præ
latis reſtringatur poteſtas in indulgentiis publicis, nō in
foro pœnitentiali, quo poterūt & annum, & plus indul-
gere, dicit etiam, ꝙ hanc reſtitutionem potuit facere pa-
pa, quia omnes minores prælati hanc poteſtatem habēt
ab eo, ipſe autem a Deo ſolo. xxi. diſt. quamquam. xxii.
diſtin. capitu. primo. Item hoc potuit ratione principa-
tus & iuriſdictionis, quam habet ſuper omnes. xxi. diſt.
in nouo. Item fecit hoc ex cauſa, quia abutebantur ſecū
dum Innocen. [*Obſeruare.*] ſic ſupra, de ma. & obe. dilecti
14 s̄. eo. capitu. circa prin. ¶ † Vlti. glo. quærit, arguit negati-
15 uè, ſoluit affirmatiue, ſolutionis ſignat cōtrarium. ¶ † In
glo. j. [*in fine.*] vtrobique de hoc. ¶ In gl. vl. [*ibi, quod teneat.*]
dicebat Hoſtien. ꝙ indulgentia plurium epiſcoporum
conuenientium ad conſecrationem non excedit an-
num, & dato, ꝙ quilibet excedat annum, ſubditus vniꝰ
habebit annum tantum. ſ. ſui epiſcopi, & ſic de reliquis,
& idem ſecundum eum, ſi ex parte omnium ſimul pro
nuncietur. putat tamen, ꝙ ſi archiepiſcopus, & epiſco-
pus ſimul conueniant, & vterque dat annum integrū,
ſubditi ipſius epiſcopi habebunt biennium, prouincia-
les alij annum tantum. remittit ad ſum. de remiſ. § quis
poſſit, dicens hoc ibi iniungendum, hoc tamen nō cre-
do per hanc literam. Item quia ſequeretur, ꝙ ſi omnes
epiſcopi prouincię conuenirent ad illam conſecratio-
nem, & quilibet daret annum, & archiepiſcopus annū,
ꝙ quilibet prouincialis haberet biennium contra men-
tem huius literæ. [*& in fi.*] cui ſtatur. j̃. c. vlti. lib. vj.

*S V M M A R I V M.*

1 *Archiepiſcopi poteſtas uiſitantis prouinciam.*
*Libere particula excludit alterius conſenſum.*
2 *Epilogus, & additio gloſſ.*

## C A P. X V.

NOſtro. Breue. [*Tuam prouinciam.*] ꝑ hoc
patet, quòd archiepiſcopo diri-
1 gitur. [*Prouinciam.*] poteſt etiam, dum † eam
viſitat, confeſſiones ſubditorum ſuffraga-
neorum audire, & eis iniungere pœnitentias ſalutares,
infra de cen. capitu. fi. in fi. li. vj. poteſt etiam in quolibet
loco prouinciæ etiam exempto, ad quem declinauerit,
vel per quem tranſierit, ante ſe facere portari crucem,
benedicere populo, celebrare etiam in pontificalibus,
& ſine pontificalibus ſibi facere celebrari, quouis priui
legio non obſtante, vt in cle. de priuile. archiepiſcopo.
[*Libere.*] non eſt ergo neceſſarius ſuffraganeorum con
ſenſus, quaſi a non iudice data ſit. s̄. eod. quòd autem, ad
2 idem de præb. licet, lib. vj. ¶ † Glo. prima, reſpondet per
ob. de dec. paſtoralis. ¶ In glo. j. [*inſi.*] de hoc. de reli. do.
conſtitutus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confeſſorem ſibi eligere quibus conceſſum, & nu. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſ. nu. 3.*
*Rectores capellarum cui confiteri debeant peccata.*

## C A P. X V I.

1 NE pro dilatione. Breue. [*Epiſco-
pis.*] etiam † nō
exemptis, quòd probat litera, præter ſui ſupe-
a rioris,[a] ſecundum Hoſtien. qui etiam remit
tit ad ſum. huius ti. § cui confitendum, ver. cui patriar-
cha. [*Superioribus.*] archiepiſcopis, primatibus, & patriar
chis. [*Prælatis.*] in non prælatis ergo non habet locum.
[*Exemptis.*] ſecus in aliis nec valet contraria conſuetudo,
infra eod. capitu. pe. in fi. lib. vj [*Poſſint.*] ex hac conceſſio
2 ne. ¶ † Gl. j. dat duo ſimilia de abſolutione, & baptiſmo,
& ſubdit genus vlt. no. ¶ Glo. ij. no. ante hanc permiſſio
3 nem &c. ¶ Vlt. reſpon. per quæſtionem. ¶ † In gl. prima,
[*ibi, vitanda.*] de hoc pro & contra, de elec. capitu. vlti. lib.
vj. ¶ In glo. ſecunda. [*ibi, non poterat.*] multo minus hoc
poſſunt, vel poterunt ſcholares, ſecundum Abb. qui ar
guit hic contra tales, qui ſibi quem volunt, eligunt con
feſſorem. de hoc dixi. s̄. eodem omnis. Pe. vero idem hic
arguit contra rectores capellarum, qui ſibi eligunt con
feſſores, cum epiſcopo, vel eius pœnitentiario, vel archi
presbytero ciuit. debeant confiteri, de of. archipres. capi
tu. primo.

A D D I T I O.

a ¶ Superioris. Vide magnam limitationem, quam ponit Io. An. ad iſtud,
c. in. c. conquerente, de of. ordi. in gl. ſ. ordo, in fine.

## ¶ De ſententia excommunicationis. Rub.

*S V M M A R I V M.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
*Excommunicatio quando ſit pęna contumacis, & quando delicti.*
2 *De ea, vel abſolutione ab ea loca iuris totius canonici profert.*
3 *Ea in quibus caſibus incurratur ipſo iure.*
*Ea plus aufert, quam ſolum peccatum, in fi.*
*Excommunicatus per manus iniectionem quibus caſibus non ua-
dat ad curiam.*

1 ¶ † Quia excommunicatio eſt pœna contumacis, cum
fertur ab homine, ſi vero fertur a iure eſt pęna delicti,
vt per ſe patet, ideo poſt tractatus pęnarum ſubmittit
2 de ſenten. excommu. habetur † materia. xj. quæſt. iij. per
totum. xxiiij. quæſt. ij. & q. iij. facit. ix. quæſt. j. repetitur in
vi. & cle. Multæ ſunt decretales extra titulum, quæ con-
ueniunt titulo. in eis igitur hunc ordinem tenebo, quia
primo ponam iura huius compil. quæ excommunica-
tionem infligunt, ſecundo illa, quæ iubent infligi, tertio
illa, quæ excommunicationem reprobant, quarto illa,
quæ de abſolutione tractant. v. reliqua reſpicientia pro-
poſitum. de primis primus caſus, ſupra de elec. licet ſer-
uus, de offi. ordi. quoniam iij de loca. capitu. j. iiij. de bap.
capitu. vl. v. de immu. ec. non minus, ſextus. eod. titu. ad-
uerſus, ſeptimus, ne cle. vel mo. clericis, octauus. eod. tit.
non magno. nonus. eod. titu. ſuper ſpe. decimus de Iu-
dæis, ita quorundam, & eod. titu. ad liberandam, ſignifi-
cauit, quod olim. vndecimus de hære. ſicut ait, & cap. ad
abolendam, & c. excommunicamus. j. & ij. duodecimus
de ſciſma. cap. j. tertiusdecimus de rap. excōicationi. ii.
reſpō. quartusdecimus de cri. fal. dura. quintusdecimus,
eod. titu. ad falſariorum. ad caſus ſexti libri, & clementi
narum. j̃. remittam. vnum ſpeciale faciamus loquendo
de caſibus huius ti. quos vide. j̃. c. j. cum multis. Item eo.
ti. ſignificauit, & c. conqueſti, & ca. nuper. ij. rñ. cum. c. ſi
concubinæ. item. eo. tit. nouerit, & ca. grauē, declaratiue.
eo. ti. mulieres, in fi. & c. nuper. j. rñ. & c. q̃tæ. De ſcđo mē-
bro patet, de ma. & obe. dilecta, de treu. & pa. c. j. de teſti.
conſtitutis. j. de regulari. c. fi. de iure pa. præterea. j. & cap.
relatum. ij. rñ. de ſpon. veniens. j. in fi. de coniug. lepro.
cap. j. de matrimonio contrac. capitu. fi. de diuor. porrò.
de



de Iudæ. Iudæi. ii. & capitulo poſtulaſti, de hære. ſi quis
epiſcopus, de ſagit. capitu. vno, de rapto. capitu. j. & cap.
excōicationi, in princi. de vſu. præterea, de exceſ. præla.
clerici. De tertio patet, de offi. deleg. cum olim. i. de offi.
ordi. capitulo pe. de arbi. innotuit. pro & contra, de ap.
ſi duobus. Item pro, eod. titu. dilecti. ii. & iii. & capitulo,
ſolicitudinem, & c. dilectus, de ſolu. Odardus, de reli.
do. cum dilectus, de exce. præ. cum ad quorundam, & c.
vlti. de offi. or. quia plerique, lib. vj. De quarto, de reſcrip.
ab excommunicato, de offi. deleg. prudentiam. §. ſexta,
& capitu. conquerenti, & ca. cum contingat, de offic. le.
quòd tranſlationem, & capitu. pe. de offic. or. ex parte, &
capitu. ad reprimendam, & capitu. paſtoralis. ij. reſpon.
de maio. & obedien. cum in eccleſiis, de teſti. veniens. ii.
in fi. de excep. apoſtolicæ. de appel. qua fronte, de vi. &
ho. cle. quoniam, in fi. de ſepul. capitu. vlt. de ſimo. ad au
res, de rapto. in literis, & lib. vj. de maio. & obe. cap. vno,
quod me. cauſa. c. vno, de ap. Romana. §. pe. de pę. felicis
§. cum aūt, de abſo. in articulo mortis, qui conualuit, in
Cle. de pœ. ſi quis ſuadente, in fi. De quinto, de reſcrip.
cum contingat, de ordi. ab epiſcopo, capitu. fi. de offi. or-
di. capitulo ſecundo & iii. de procur. capit. vlti. quod me.
cauſa, ſacris, de Iudæ. intelleximus, de probat. poſt ceſſio-
nem, de excep. cum inter, cum pluribus capitulis, de re
iu. ad probandum, de appel. paſtoral. ij. reſpon. de præbē.
in Lateranenſi, cum decre. cum & plantare, de priui. de
ſepul. ſacris, de conſe. eccle. vel al. conſuluiſti, de exce. prę
la. cap. primo & in vj. de reſcrip. capitu. primo, de offi. vi-
ca. Romana, de offi. deleg. ſi is, cui. Item in Cle. de elec.
ne Romana. §. cœterum, ibi, exceptio excommunica-
tionis, ſuſpenſionis, vel interdicti non obſtat cardina-
libus in electione papæ, de ſepul. eos, vbi excommunica-
tus eſt ſepeliens publice excommunicatum. idem in re
ligioſo abſoluente excommunicatum, quem abſolue-
re non poteſt, de priuil. capi. primo, in princi. De interdi-
cto habetur de conſue. cum inter, de poſtu. c. i. de offi. de
le. ſane. ii. de. ap. ad hęc. V. & c. dilectis, de exce. pręl. c. i. &
vlt. de omnibus his mixtim in prędicto. c. j. & de relig.
do. cum dilectus. Et in. vj. de elec. vbi periculum §. porro,
& §. ciuitas, de priui. licet, de iniur. capi. vno, in fi. de pœ-
3 nis, felicis, in fi. Eſt † ſciendum, ꝙ Innocen. infra capit. j.
numerauit. xvij. caſus, nec tamen omnes approbabat,
in quibus excommunicatur quis ipſo iure. Hoſt. nume-
rabat. xxx. in ſumma eodem titulo, §. quis poſſit excom-
municari, ibi videas, & plenius in repertorio. eod. titu. ca-
ſus autem de hoc iuris noui notaui, infra eodem eos, li.
vj. & caſus iuris nouiſſimi collegi in Cle. eod. titu. capit.
primo in glo. eſt ſciendum. numerabat etiam ibi Inno.
viij. caſus, quibus quis ipſo iure incurrit minorem. de
his plenius per Hoſt. in ſum. eod. tit. §. quis poſſit ab hac,
in prin. Item enumerat caſus, quibus excommunicatus
per manus iniectionem non vadit ad curiam, hos nu-
merabo. infra capitu. cum illorum, & vide. xvij. in ſum.
prædicti. §. quis poſſit excommunicare, ſub. §. ſecunda
regula. Pe. de his notauerat. j̃. eo. nuper. quod excommu
nicatio plus auferat, quam ſolum peccatum, vide quòd
ſcripſi de Iudæ. ita quorundam, ſuper vlti. glo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clerici percuſſor quis abſolui debet a papa, & nu. 2. 4. quibus caſi-
bus non ſit excommunicatus, nu. 3.*
*Impuberis priuilegio vtitur pubes factus in facto impubertatis, dd
dict. mittendi.*
2 *Canonis, ſi quis ſuadente, regulæ quando locum habeant, & quot
requirant, nu. 4.*
*Aetas plena xxv. ann.*
3 *Ludere clericis vt liceat.*
*Vim vi repellens excuſatur & quis ab excommunicatione.*
*Legatus ſedis apoſtolicæ fungitur officio, in fi*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſ. nu. 6. 7.*
*Minores qui excuſentur ab excommunicatione canonis, uel alias.*

## C A P. P R I M V M.

1 SVper eo. Caſus. † Impubes,
qui clericum per-
cuſſit, ab epiſcopo poteſt abſolui,
qui ioco, vel cauſa diſciplinæ percu-
tit clericum, excommunicatus nō
eſt, qui vero odio percutit clericum
excommunicatus eſt, & per pa-
pam abſoluitur. & ij. ibi, nec clerici. iij. ibi, cœterum.
[*Puberes.*] de his, ſupra de deſpon. impu. capitulo iij.
[*Ad inuicem.*] quia vterque percutit, Innocen. & ſecun-
dus ad vindictam, non defenſionem, Hoſtien. & infra
dicam. [*vnus.*] tantum, quod eſt dicere, ꝙ percuſſus non
repercuſſit, Innocen. [*Mittendi.*] etiam poſt pubertatem,
2 infra capit. vlt. [*Excuſat.*] hic † ergo locum habet ſola pri-
ma regula canonis, ſi quis ſuadente. in caſu ſequēti neu-
tra locum habet. in vltima vero vtraque. [*Plenę ętatis.*]
xxv. annorum. facit quod dixi. s̄. titu. j. omnis. quaſi di-
cat nedum impuberes doli capaces, vel non capaces.
[*Leuitate iocoſa.*] vbi leuitas iocoſa non eſſet, ſed violen-
ta, excommunicati eſſent, ſed citra papam abſoluendi,
a de hoc, infra eod. peruenit.[a] & no. quòd † licet clericis lu
3 dere etiam manualiter, ſed quia facile de tali ludo per-
uenitur ad iram & rixam, tutius eſt abſtinere ſecundū
Hoſtien. ſecundum quem habes hic duos caſus, qui-
bus percutiens clericum excommunicatus non eſt, &
aliquos tales numerat Innocen. infra eodem, non du-
bium, & capitulo veniens. xxj. diſt. ipſe Hoſtien. no. in
ſumma eodem titulo. §. quis poſſit, ſub. §. ſuper illo au-
tem. [*Diſciplinæ.*] ſecus ergo, ſi ex indignatione. de hoc di
cam, infra eodem vniuerſitatis. [*Correctionis.*] tempore
ne ſit contra, de homici. presbyterum, & capitulo, ad au-
dientiam. [*Quia.*] ratio, quare non ſunt excommuni-
cati. [*Odio.*] prius orto, vel incidente in ludo. Innocen.
4 [*Scholares.*] niſi † cum in ſtudio hoc alicui eſt cōceſſum,
Hoſtien. de hoc. de of fi. ordi. capitulo fi. [*Seſe.*] ſed non-
ne ſecundo percutiens, & vim repellens excuſatur, in-
fra eodem capitu. ſecundo. Sol. dubium erat, quis pri-
mo percuſſerit, & in dubiis &c. de ſpon. iuuenis, vel non
incontinenti vim repulit, vel non propulſando, vel ex-
cedendo modum, vt ibi. & ſcias, quòd canon, ſi quis
ſuadente, requirit tria. primo factum, dum dicit, Inie-
cerit, vnde ſi ſolum iubet, vel ſequatur, & non percu-
tiat, non incidit in canonem, licet ſit argumen. contra
b de pœ. d. i. ſi quis pulſatus,[b] & infra eodem nuper. ſecun
do requiritur iniuria, & hoc no. dum dicit, ſi quis ſua-
dente diabolo. iij. violentia, dum dicit, violentas. Gof. no
tat ipſe Goff. infra eodem nuper, quod licet hoc ſit regu
lare, tamen fallit, quandoque enim punit violentiam
ſine manuum iniectione, vt ibi. quandoque iniuriam
ſine violentia, infra eodem, contingit, ideſt quandoque
ſolam iniectionem ſine iniuria & violentia, infra eodē,
vniuerſitatis. & vide, quod ibi dicam in glo. no. quod
[*ap. ſedem.*] vel eius legatum, infra eodem, ea noſcitur.
5 ¶ † Glo. ii. exponit, arguit, alle. tria iura, & duo alle. in cō-
6 trarium. ¶ In † glo. ij. [*ibi. l. j. in fi.*] vide, de delic. pue. capitu.
primo, in glo. pe. [*& ibi, non excuſat.*] & ideo non reſtituū
7 tur, vt in. l. ſequē. ¶ In † gl. ij. [*ibi, ab excommunicatione.*] hoc
intelligas, ſi ſunt doli capaces, alias ab excommunicatio
ne excuſarentur ſecundum Hoſt. [*& in fi.*] illud de infir-
c mitate[c] animi minorum. xxv. ſecus de infantibus, vide,
s̄. titu. j. omnes, in. j. glo.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Peruenit. Ibi quando leuiter percuſsit, vel leuiſsime, ibi vide poſt gl.
b ¶ Pulſatus. Ibi de iniuria loquitur. & vide in cap. nuper. hoc alle. in gl.
& ſine manu, & an ex ſolo mandato quis teneatur, vide tex. in l. j. ff. de
extraor. cri. & Bar. in l. non ſolum, §. ſi quis mandato, ff. de iniuriis, ad
materiam vide glo. ii. in c. cum quis, eo. ti. li. vj.
c ¶ Infirmitate. Vide in l. auxilium, alle. in gl. & de materia plenius in c. j.
de delic. pue.

S V M M A R I V M.

1 *Monachos ſe inuicē percutientes abſoluit abbas excipiuntur duo caſus.*
*In probatione etiam qui ſunt.*
*Percuſsio quæ damnata & pęnalis.*
*Religioſi in duob.caſib.recurrunt ad diœceſanum.*
2 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 MOnachi. Caſus.†Monachos ſe inuicem percutientes abſoluit abbas.[*Regulares.*] etiam ſi ſint in probatione ſm Inno.& Hoſt.& vide ꝙ dicam.ĵ.eod. cum illorum,ver.nos tamē.[*Percuſſerint.*] irato animo, non iocoſè.ſ̃.c.proxi.[*Diſciplinæ.*]canonicæ,vel regulari, Ab.[*Non ſufficit.*] ſup.vel deficit, quia non ſupereſt.& ſic no.duo ſm Hoſt.primū,ꝙ in grauioribus.ſcdm,ꝙ deficiente prælato religioſorum recurrendum eſt ad diœceſanum.ad primum,de offi.archipreſ.c.fi. ad ſecundum, qđ leg.& no.de offi.or.quanto,de of.archi.c.fi.¶In†gl.j. [*ibi ſecularem.*]ꝙ dic,vt.ĵ.eo.religioſo,lib.vj.

S V M M A R I V M.

1 *Clericum qui percuſſit uel detinuit, quando non ſic excommunicatus, a quo poſſit abſolui, & nu.2.& 4.*
2 *Laici in clericum nulla poteſtas etiam peccantem ſed id non eſt perpetuum.*
*Defenſio perſonæ ſuæ,uel alienæ.& unius,uel rerum ſuarum,excuſat ab excommunicatione canonis, an etiam alienarum, & nu. 4.7.& 8.*
*Deliberatio præcedere quando dicatur, in fi.*
3 *Probatio incumbit actori,excipitur.*
*Bonus quilibet præſumitur.*
*Auctent.ſiquis ei.C.de adulte.quatenus habeat locum etiam ſecundum canones,cir.fi.*
5 *Epilogus,& ſuffragium gloſſ.nu.6.*
*Caſus fortuitus excuſat.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Vxor quæ putatur,æquiparatur uxori.*
8 *Matris appellatione qui comprendantur,iuncta glo.*

CAP. III.

1 SI vero. C.†Oſtiarius, qui clericum per
cuſſit non grauiter, ab ep̄o po-
teſt abſolui. officialis deliberate percutiens
clericum, per papam debet abſolui,qui re-
pellendo vim clericum percutit, excommunicatus nō
eſt.Qui percutit clericum turpiter inuentum cum per-
ſona propinqua,excōicatus non eſt.Secus,ſi cum remo
ta,& partes patent.[*Poteſtatis.*]eccleſiaſticæ, vel ſecularis,
vt gn̄aliter loquitur,de ma.& obe.ſolitæ,ad fi.[*Officij.*]er-
go ſi non prætextu officij,ep̄s nō abſoluet. [*Malignatus.*]
q.maligno animo,vel excedendo modum .[*Iniectione.*]
2 vel detentione.ĵ.eod. nuper. [*Tanta.*] vt clericum†poſſit
capere,percutere, vel punire,quia nec in perſona illius
aliquam iuriſdictionem hr̄e poteſt, q̃tumcunque delin
quat.Quid ſi clericus venit loricatus in bello,vel facit in
ſultum.is,contra quem venit,illum capit,vel lædit, nū-
quid eſt excōicatus.Innocen. dicit ꝙ ſic, ſi ſcienter hoc
facit,tamen non mitteretur ad papam. Hoſt.dicit, ꝙ ſi
id fecit ad defenſionem ſuam,excōicatus non eſt,dum
modo defenſionis cā ceſſante ipſum libere permittat
abire,ipſa enim ceſſante detentio non cēſetur defenſio,
ſed vindicta,ad hoc.ĵ.§.proxi. Quid ſi officialis talem ca
piat & liget propria auctoritate, cum inſtet periculum,
nec aliter poſſit ab alterius iniuria compeſci? Dic ſm In
nocen.& Hoſtien. ꝙ non eſt excommunicatus, immo
meretur.xxiij.quæſtio.iiii.fortitudo.ii.q. vii. negligere.v.
q.v.c.j.ii.& iii.& ĵ.eod.quantæ.ꝙ putat Hoſtien. ſi q̃cito
poteſt,ipſum prælato reſtituat,alias contra.ĵ.e. vt famæ.
§.laici,de ma.& obe.ſolitæ.§.j.ver.fi.vbi de hoc plus dicit
Innocen.ꝙ ſi illum occideret, ne alium occidat, nō eſt
excommunicatus,licet ſit irregularis. ad hoc Clemen.ſi
furioſus,de homi.pro rebus autem ſi occideret,ſecus,q̃a
illud eſſet modum excedere, de homi. ſuſcepimus. di-
cunt tamen quidam,quod etiam res nedum ſuas, ſed ꝙ
plus eſt,alienas defendendo, vel incontinenti recuperā-
do non incidit in canonem,argu.de reſti. ſpo.olim.j.vbi
a non incidit, niſi modum excedat.[a] & vide qđ dicam.ĵ.
ſuper ver.repellat.[*Turbam.*]in qua eſt clericus .[*Delibera*
3 *tione.*]ideſt ſcienter,& malignè.& clericus †conquerens
haberet hoc probare,tum quia actor,tum quia quilibet
præſumitur bonus.vj.q.vlt.actor,de præſumpt. capitu.fi.
niſi iudex ex veriſimilibus coniecturis animum aliter
informet,per quod onus probandi indicat illi ſm Inn.
Hoſtien.remittit infra eodem cum deſideres. §. ſecun-
4 dæ. [*Quis.*]clericus,vel laicus . [*Repellat.*]eſt † hoc intelli-
gendum ſic. ſi clericus percuſſit laicum non intendens
plus percutere, & hoc conſtat laico, non debet percute
re clericum . Si vero clericus venit ad percutiendum,
vel parat ſe ad repercutiendum,vel de hoc laicus proba
biliter dubitet, tunc licet laico percutere clericum ad
imminentem violentiam repellendam,ar.ff.ad l.Aqui.
ſcientiam.§.qui cum aliter,& l. ſed & ſi quæcunque, &
C.quando lice.vni.ſine iudi.ſe vindi.l.j.C.ad l.Cor.de ſic.
l.ii.ſecundum Innocen.quid ſi nō ad ſui tuitionem, ſed
patris,matris, filij, vel vxoris hoc facia,t non eſt excom-
municatus ſecundum Innocen.argumen. ff. quod me.
cā,iſti quidem.§.fi.ff.ad Sil.l. prima.§.ſi vir. nam & ſo-
cij iniuria propulſanda eſt.xxiij.quæſtione iii.fortitudo,
& capitu.non inferenda,de reſti.ſpo.olim,ad fi.nam,vt
dicit innocen.ibi, ſolus epiſcopus non ſpoliauit hoſpi-
tale, immo alios comites habuit, & tamen non ſunt
excommunicati,niſi modum exceſſerint. per quę vide-
tur idem in defenſione extranei . Alij dicunt,vt ipſe re-
fert,hoc verum in defenſione illarum perſonarum tan
tum,per quas dicitur fieri nobis iniuria, ſicut ſunt vxor,
filij,& ſerui,Inſtit.de iniur.§.parcitur. Hoſtien.remittit,
infra eod.li.vj.ſ̃.de ho.ſuſcepimus.vide quòd no. in Cle.
de homi. ſi furioſus, in glo. penul. [*Filia propria.*]putat
Hoſtien.hoc locum habere in matre,ſorore,& filia,quę
naturales ſunt,non legitimæ, in adoptiuis vero non.ar.
ff.de in ius voc.l.iiii.§.parentes, & l.ſequen. [*Turpiter.*]ſe-
cur ergo,ſi inueniat etiam in loco ſuſpecto ſolum cum
ſola ſedentem, ſecundum Pe. niſi forſan illum ſecun-
dum Hoſtien. monuiſſet ſecundum formam autem,
ſi quis ei.C.de adul.cuius verba poſui,de cohi.cle.& mu
li.ſi quiſquàm.licet ergo ſecundum leges turpiter inuen
tum,vel in caſu illius auct. liceat perimere, ſecundum
canones habet capere,non occidere,ſi aliud poteſt, de
pœnis capitulo ſecundo ſ̃.titu.primo capi.ii.ſecundum
Hoſtien.[*Immunis.*]ergo in caſibus proximis erit immu
nis,argumento a contrario ſecundum Hoſtien. & Ab.
de quo ſatis dixi, de elec. publica,ſuper glo. & concor.
quòd no. infra eodem cum voluntate, in glo. penul.
5 ¶†Antepenul.gl.quærit,arguit pro, ſoluit contrarium.
6 ¶Penul.glo.reddit rationem.¶In†glo.tunc enim.[*ibi,ſi*
*eo tempore.*]Si tempore nominationis idoneus, fortuito
facultatibus lapſus, damnum reipublicæ dederit, pro-
curator reipublicæ nō tenetur, quia caſus fortuitos &c.
[*& ibi,non eſt.*] & l.milites, vbi caſu fortuito reus aufu-
git, vel periit, non imputatur cuſtodi, ſi per negligen-
tiam caſtigatur.¶In glo.ff. de,[*ibi,vt vim.*] hanc & ſe.vi-
de de reſti.ſpo.olim.infra ſuper glo.penul. ¶In glo.pen.
[*ibi,quod ait.*]vltimus.§.eſt.& vide de teſti.co. præterea,ſu-
7 per vlt.glo.¶In†glo.etiam ſi.[*in fi.*] & capitu. ſi clericos,
libro vj.¶In glo.tunc enim [*in fi.*]de homic.capit. vlt.li.
vj.¶In glo.ff.de inſti.[*in fi.*]& xxiii.quæſtione prima,§.j.
¶In glo.idem eſt,[*in fi.*]quid ſi in veritate non ſit vxor,
putatur tamen vxor, & loco vxoris habetur? Idem cre-
do,vt ibi dicitur.Vin.& Goff.facit,quod no. de dona.in-
ter vi.& vxorem plerunque, in vlti. glo. ¶In glo. nun-
8 quid†[*ibi,appellatione.*]& infra de verborum ſignificatio.
c.ij.[*& ibi,uidetur quod ſic.*]& hoc tenet Inno.dicēs,in col
lateralibus, vel affinibus non extendendum. [*& in fi.*]
vide quod no.in Cle.de baptiſmo.c.vno,in glo. compre
hendit.Hoſtien.dicit hoc tutius, dicit tamen, ꝙ lex ad-
dit excipiendo neptem, & ſponſam,in auc. vt li. ma. &
auię.§.quia vero iſta comperiuntur. col. ix. diſtinguerē
inter neptem ex filio, & neptem ex filia. facit. ff. de ſe-
na.liberos,in fi.¶In glo.vlt.[*in fi.*]& ĵ.de reg.iur.non eſt
ſine culpa,lib.vj.

ADDITIO.

a ¶Excedat.Vide Io.An.de homic.ſignificaſti,& Bar. in l. ut uim, ff. de iuſt.& iure.& Bal.in l.j.C. vnde vi.

S V M M A R I V M.

1 *Clericum qui percutit probabiliter ignorās,excōmunicatus nō eſt.*
*Dubium hoc purgat iuramento,aliter habetur pro excommunicato,& nume.6.*
*Ignorans nō contemnere dicitur.an percutiens alium pro alio iniuriarum teneatur,nu.5.& 6.*
2 *Per negationem fit dubium.*
3 *Excommunicatus quis habetur hic,etiam ſi uere non ſit excommunicatus,& ratio.*
4 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloß.nu.5.& 6.*
*In canonem ſiquis ſuadente,ut quis incidat,quid requiratur.*
*Error qualitatis,& perſonæ an quando excuſet.*

CAP. IIII.

1 SI vero aliquis. Caſus Qui†percu
tit clericum pro-
babiliter hoc ignorans, excommunicatus
non eſt.huius rei dubium purgat per iura-
mentum.& ſi iurare non vult,habetur pro excommu-
nicato.ſecunda ibi,quod ſi.iij.ibi,Ab illo.[*Comam.*]licet
in hoc fuerit in culpa,non tamen tanta,ꝙ per hoc per-
dat priuilegium.quod dic,vt in vlt.glo. [*Ignoraret.* ]non
enim diſciplinam contempſit,qui militē ignorauit. ff.
2 loca.ſi ignorans.[*Dubium*]per†negationem nec percuſ-
ſor poteſt conuinci de ſententia.de hoc de reſt.ſpo. c.fi.
ver.& ſuper ea,ſecundum Hoſtien.[*Duntaxat.*]q. d.non
eget compurgatoribus in hoc dubio,ſecus, ſi eſſet infa-
matus.ĵ.e.cum deſideres.§.ſecundæ, ſecundum Hoſtiē.
3 [*Sicut ab*†*excommunicato.* ]etiam ſi in veritate non ſit ex-
communicatus, fit hoc in pęnam cōtumacię.concor.
ĵ.eo.l.iij.li.vj.[*Abſtineri.*]contra de apoſta.c.j. So. ibi Inn.
4 ¶†Pri.glo.exponit literam,all duo iura,quærit,& ſoluit.
ſecundo quærit,& ſoluit.iii.quærit,ponit op. Ala.quam
dicit tutiorem,& contrariam Tan.quā approbat.¶Vlt.
5 glo.ſignat ꝯtrium, & ſoluit.¶†In j.glo.[*ibi ſi iniuria.* ]po-
nit caſum in eo,qui offendit ignotum,vel Titium, quē
putat Caium.[*& ibi illud.*]canoni.xv.q.j.& l.ſe.dicit,ꝙ ſi
ſeruum pugno percutere volens aſtantem inuitus per-
cuſſi,non teneor iniuriarū.¶In glo.pe.[*ibi,a barbaris.* ]vi
6 de de pur.ca.c.j. ſuper gl.pe.¶†In glo.j. [*ibi, in ſententia.* ]
niſi habuerint probabilem cauſam non credendi.Tan.
Gof.vt tempore caloris eſt laicis Italicis inuenire[*& ibi,*
*teneris.*]de hoc.ĵ.eo.in audientia.[*& ibi Tan.dixit.* ]& In-
no.[*& ibi,non eſt excommunicatus.* ]& puto hanc rationē,
quia ad hoc vt incidatur in canonem, requiritur, ꝙ ſua
ſio diabolica præceſſerit circa clericum percutiendū,li-
cet ſit ar.contra,quia ſi intendens furari aurum,furetur
ęs,tenetur furti nomine æris, licet circa ęs ſua intentio
non verſetur.ff.de fur.vulgaris. §.ſi quis ęs.ſic in ſacco.ff.
de furt.ſi quis ſaccum.Go.& l.di.q ſaccum.[*& ibi, illud.*]
& xv.q.j.illud, in fi. & facit quod ibi no.[*& in fi.* ]& pla-
cet Hoſtien.inducit tamen in contrarium. ff. de iniur.
eum qui.§.fi.quia ſi credo percutere patrem fa.qui filius
eſt,patri non competit actio.dic ꝙ opinio.T.verior eſt,
q̃a ſi error ſolius qualitatis excuſat a pęna., vt ĩ hac dec.
fortius debet excuſare error qualitatis,& perſonę, vt in
quęſtione prædicta,ad hoc.xxix.q.j.§.j.

S V M M A R I V M.

1 *Canonici includunt hic clericos.*
*De iniuriæ clerici,uel monachi remiſſione.*
*Concilium cuius hic meminit, quibus alijs nuncupetur appellationibus.*
2 *In excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente, quibus caſibus quis non incurrat.*
3 *Epilogus,& additio gloſſ.nu.4.*
*Conuerſi an debeant continere,& propria relinquere, & qui conuerſi dicantur,& gaudeant immunitate eccleſiæ.*

CAP. V.

1 NOn dubium. Breue eſt. [*Canoni-*
*cos.*]hi†ſatis inclu
dunt clericos, de inſti.c. ij. [*Conuerſos.*]de re-
miſſione iniurię clerici, vel monachi, quid
dicunt hic In.& Hoſti.dicam.ĵ.e.parochianos, ſuper.j.
glo.[*Concilii.*]vocatur concilium, vel canon Inno. ſcili-
licet ſecundi,de cle.coniu.c.vno, li.vj. alibi generale de-
cretum.ĵ.eo.parochianos,vbi de hoc.[*Incurrunt.*] Inno.
2 hic†excipit vij.caſus,quorum duo habentur.ſ̃.c.j.iij.ſ̃.c.
ſi vero.ĵ.§.vlt.iiij.ſ̃.eo.c.§.pe.v.ſ̃.e.ſi vero.ij.vj. in apoſta-
ta tertio per epiſcopum monito . ĵ. eo.in audientia. &
c.contingit.dicit tamen idem in non monito , qui fa-
ciens guerram & ſeditionem tyrannidi cum armis ſe
immiſcet.ĵ.eo.cum non ab homine,& c.perpendimus.
dicit tamen, ꝙ aliqui dicunt ſemper neceſſariam mo-
nitionem.vij.cum ſe prorſus transfert ad actum clerica
tui contrarium,vt quia fit miles,vel bigamus.lxxxiij. di.
quiſquis.dedi remiſ.ad.ſ̃.c.i.in glo.vbi leuitas. [*Ro.Pon.*]
3 vel ipſius legato.¶†Glo.j.reſpon.per q. an conuerſi ſecu
larium eccleſiarum &c.arguit, ꝙ non. a cōtrario huius
literæ tenet contrarium, dicens, ꝙ quidam tenent pri-
4 mum.¶†In glo.j.[*ibi,continentiæ.*]& ibi ſatis. no. an con-
*Cum excommunicato contrahere an liceat non excommunicato, nume. 3.*
*Excommunicatus quę agere, alia facere poſsit, & an obliget, & obligetur, num. 3. de eius damno non curatur, nu. 5. ei dare non excommu.*

2 *Abſolui nolle qui dicantur,*
*Factum pro oſtenſione facti, ad dictio. permittimus.*
*Permittere, indulgere.*
*Fortiora quæ ſint, ver. fortius.*
*Contrahentium contra ius, vel mandatum principis pœna, quæ naturalis.*
*Ioannes Andreæ meminit adoptiuī ſui, circa fi. ver. nouiſſime.*

4 *Coarctari qui non poſsint.*
*Peccatori, qui non corrigitur, an ſit amplius quid præcipiendum.*
*In excommunicationem qui incidit, debet refundere pretium, cū non poſsit perficere, quod promiſit.*

6 *Dei, eccleſiæ, & hominum diuerſa quandoque iudicia, quandoque ſecus.*

7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 8.*
*Poſſe illud dicimur, quod iure poſſumus.*

9 *Additio gloſſarum.*
*Communio mihi cum excommunicato quibus poſſit eſſe de cauſis, & ſupra, nu. 1. & 2.*

CAP. XXXIIII.

1 SI vere. C. Sit † locanti operam perſonalem ſoluiſti precium, vel eius partem, licet poſtea excommunicetur, ſi ad ſatisfaciendum non poteſt induci, in opera locata ſibi poteris communicare. Primo
ponit permiſſionem, quam ſecundo probat tribus ratio
nibus. prima ibi, cum enim. ſecunda ibi, eſt autem. ter-
2 tia ibi, Præterea. [*Nec abſolui*] hoc ipſo † nolunt abſolui,
quod nolunt ſatisfacere, ſi offenſa, propter quam fuerāt
excommunicati, erat manifeſta. j. ti. j. ex parte. Ho. [*Per
mittimus*] hæc permiſſio iuris eſt. Inno. i. permiſſum oſtē
dimus ſecundum Hoſti. hoc verum ſecundum eum, ſi
cum eis conueniſtis ante excommunicationis ſenten-
tiam in eos latam: ſi vero poſt & ſcienter, ponitur pro-
prie. [*Permittimus*] i. indulgemus. [*Honeſte*] eis. ſ. abſolutis,
vel [*honeſte*] quia ſeparatim hoſpitabūtur, & eis præſen-
tibus non audient diuina, prædicationem vero ſic. j. eo.
3 reſpon. Vincen. [*Conuenerit*] hic patet, quod † catholicis
non excommunicatis licet ad vtilitatem ſuam cum ex
communicato contrahere. Quidam tamen intelligūt,
quod hic iā conductæ erant naues, & arrhæ datæ, quini
mo & maior pars nauli iam data erat, ſed nondum ter-
minatum erat, ad quem portum deberent applicare.
De excommunicato tamen videtur, quod nullus con-
tractus cum eo initus valeat, & quia fit contra apoſto-
lum dicentem. Non commiſceamini fornicariis. i. no-
minatim propter fornicationem excommunicatis. ij.
q. j. multi. nec in domo recipiendi ſunt, nec eis, aue, dicē
dum eſt. xxiiij. q. j. omnis, nec verbo, nec facto aliquo
alio modo communicandum. xj. q. iij. cum excommu
nicato, & c. placuit, & legitur & nota. ſ. e. cū deſideres. §.
j. ver. fi. Sed ſi communio prohibita eſt, per conſequens
& contractus, ſine qua expediri non poſſunt, ar. ſ. e. in-
ter alia. §. j. in fi. Ergo quod contra legem apoſtoli, ſiue
Dei fit, vel irritum eſt, vel irritari debet, quia quod mi-
nus, idem eſt, ſi contra l. humanam aliquid fiat. x. di. vi
des. C. de leg. non dubium, & expreſſius. ff. de contrahē.
em. ſed Celſus. reſpō. j. & efficatius. C. de agri. & cen. quē
admodum, li. x. fortius eſt enim mādatum Dei, quam
hominis. j. eod. relatum. §. j. & xj. q. iij. qui reſiſtit. & lex
naturalis, quam poſitiua, vt patet in eo quod le. & no. ſ.
de conſue. c. fi. Sed contra. ſ. de excep. cum inter. c. dile-
cti, & c. dilectæ, c. exceptionem, & c. fi. ſ. de iudi. intellexi
mus, ſ. de re iudi. ad probandum, xj. q. iii. Iul. & c. quoniā
multos. So. omnia, quæ agunt excommunicati in iudi
cio, & extra circa temporalia valent. tenent etiam ſpiri
tualia quantum ad ius, licet quo ad fructus eis ſubtra-
hantur. Spiritualia tamen de nouo acquirere non poſ-
ſunt. ſ. de excep. c. fi. ſ. de appel. paſtoralis, in fi. xj. q. iij. Iul.
& c. quoniam multos. ſ. de æta, & qua. cum bonæ, ſ. de
reſcrip. cum dilectus. Nec ob. præceptum apoſtoli, quia
licet prohibeat contrahere, non tamē contractum ſer-
uare, maxime tempore, quo potuit ſeruari ſine pecca-
to, ſ. ſi fuerit abſolutus, nec eſt naturalis pœna contra-
hentium contra ius, vel contra mandatum principis,
ꝙ irritetur contractus, imo eſſet hæc pœna, ſi infligere-
tur contra ius dicens, pacta ſeruabo. ff. de pac. iure gen.
§. ait prætor. Naturalis autem pœna eſt pecuniaria, ſiue
corporalis, quæ ipſis inobedientibus debet infligi, prout
in l. certa inuenitur, vel prout iudici videbitur, vbi non
eſt certa pęna ſtatuta. ſ. de officio delega. de cauſis. §. il-
lis etiam. ſecundum Innoc. cuius eſt mens totius iſtius
glo. & facit pro hac opi. quia temporalia non ſunt iu-
dicanda iure poli, ſed iure fori. viij. di. quo iure. Dicit Ho
ſti. quomodo aliquis iuris peritus hanc opinio. ample-
cti potuit, quæ nullo iure comprobatur. Nam & iura,
quæ pro hac via. ſ. inducta ſunt, ſi bene conſiderentur,
potius contradicunt, fateor ergo, ꝙ vbi contraho cum
excommunicato, ſcienter, pecco regulariter, ſed & ob-
ligor ei naturaliter tantum, vel, ſi dicas, ꝙ naturaliter
& ciuiliter, ad minus ciuilis adeo læditur, ſiue inficitur,
ꝙ ex ea agere cum effectu non poteſt. hoc enim debet
cadere in mente cuiuſlibet Chriſtiani, ꝙ adeo effectuo
ſa dēt eſſe prohibitio ex cauſa excōicationis facta, ſicut
pactū de non petēdo, vel acceptilatio, vel aliud quod-
cunque adminiculum, per hoc ſecundum. l. actio in
totum tollatur, & lædatur, ad hoc. ff. de ſolutio. ſtichū. §.
naturalis. ff. de iure do. ſi pater. §. j. ff. de iureiur. l. fi. ff. de
dona. l. j. inſti. qui. mo. tol. ob. §. itē per acceptilationē. &
§. nouatio. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. etenim excommu
nicato contrahendo grauiter peccat, ſi ingerit ſe com-
munioni hominum contra iura, vt patet in eo, quod
le. & no. ſ. de cleri. ex. §. illud. Ergo ex hoc non debet cō
modum reportare, vt patet in eo, quod no. j. e. reſpon.
ver. cum enim, in fi. Sed dices, vtique nec damnum, ar.
ff. de dolo. l. j. ff. de condi. inde. nam hoc natura. Reſpon
deo hoc verum eſt de iure naturali, vt dicit proxi. lex,
& ego ei naturalem obligationem reſeruo, vt patet ex
præmiſſis. Porro de iure ciui. ſecus eſt. Sed & commodū
ſentiret excommunicatus, ſi precium rei venditæ recu-
perare poſſit, ideo enim rem ſuam vendidit, quia ma-
gis expediebat ei habere precium, quam rem, vt patet
ff. de contrahen. em. l. j. Dicas igitur, ꝙ & ſi excommu-
nicatus non excommunicato poſſit efficaciter obliga-
ri, vt j. legitur & nota. ſuper quo etiam poteſt conue-
niri, & admittitur quælibet eius legitima defenſio, vt. ſ.
de iudi. intelleximus, & de excep. cum inter, cum ſuis
concor. e contrario tamen non ita ſentimus, ſcilicet ꝙ
non excommunicatus excōmunicato efficaciter obli-
getur, immo ei agendi obſtabit excepto, ar. optimum
in

in decre.cũ inter,ver.fi.& in aliis concor.ſignatis.ſ.e.gl.
in prin.Nec ob.ꝙ ex ſola naturali obligat. actionem dã
mus,vt patet in eo, quod leg. & no. de pac.c.j.& iij. re-
ſpon.enim, vt no.ſ. de do.& contu.veritatis,ad fi. ſuper
ver.excommunicationem,ver.hoc nõ admitto. quod
eſt intelligẽdum de excommunicato notorio , ſiue pu
lice nunciato,ſecus de occulto,ar.ff.de of.prætoris,Bar
barius.ſ.de re iudi.ad probandum. Executionem ordi-
num,vel beneficia conferre,vel acquirere non poſſunt
ſecundum Hoſt. excommunicati etiam occulti, quia
nõ ſunt ad hoc habiles,ſeu capaces,vt patet in eo,quod
le.& no.ſ.de or.ab epiſcopo.c.j.§.fi.& c.ij.ſ.de cle.ex.mi
ni.ſi celebrat,& c.poſtulaſtis. & vide quod ibi dixi ſuper
iij. glo. & quod ſtatim ſubdam,allegat etiã ſ. de æta.&
qua.cum bonæ,licet de facto teneat, quouſque eccleſiæ
exinde fuerit facta fides, quia non iudicat de occultis.
ſ.de ſymo.ſicut nobis,in fi.de hoc no.plenius de excep.
pia,reſpon.j.lib.vj.& ſ.c.inter alia.§.fi.& ſ.de do.& con-
tu.veritatis,in fi.Nec ob ſecundum Hoſt.quod hic dici-
tur,quia iſtud fit aũctoritate iuris,& ex cauſa,vt patet in
in eo,quod no.& le.ĵ.ver.j.& illud.xj.q.iii. quoniã mul-
tos , & ſ.c. inter alia . hi . n. ſunt ſpeciales caſus contra
regulam ſupradictam,quæ ſemper niſi in caſu expreſ-
ſo a iure ſtricte & diligenter ſeruanda eſt: nec eſt reperi
re caſum ſpecialem in iure contra hanc regulam,quin
etiam ex tex.poſſit elici ratio ſpecialitatis ipſius.Nouiſſi
me adoptiuus meus tenuit diſputãdo, ꝙ collatio bene
ficij facta per occultum excommunicatum,qui com-
muni probabili opinione habetur pro ſoluto,potiſſi-
me ſi ſit ignoranti , valeat ratione publici officij , cuius
virtute confert,ſicut ea ratione teneret confirmatio,de
re iudi.ad probandum. pro eo facit, quod hic dixit In-
no. ſatis videri, ꝙ occulti non nominatim excommu-
nicati,quamdiu tolerantur in dignitate,poſſint excom
municare,beneficia conferre,& literas impetrare , quia
non perſona , ſed dignitas illud facere videtur. v. q. iiij.
nonne.facta enim illorum tuetur prætor, vt no.de ele.
nihil, & capitula xxiiij. q.j.c. ij.& iij. loquantur de non
tolerato nominatim excommunicato . facit ad hoc,
quod poſt eum dixi de cleri.ex.c.fi.in glo. imo irrita,in
fi.[*Eiſdem*] nec ob. ꝙ cũ excommunicatis participatis.
cum enim &c.[*Induci*]monitis,vel precib⁹, & quod ſe-
4 quitur[*coarctari*]dicit,†quia non timent cẽſuram,& de
ficit brachium ſeculare [*Coarctari*] ar. ꝙ cum peccator
non corrigitur , non eſt amplius ei aliquid præcipien-
dum, quod in multitudine poſſet habere locum, ſem-
per tamen captandum eſt tempus correctionis . xxiij.
q.iiij.nõ poteſt. & eſt ar.quod nauta,qui incidit in excõ
municationem , debet refundere precium , quia non
poteſt perficere, quod promiſit.ſ.de reſcript.ſciſcitatus.
Vinc.[*aliter fieret*]ſ.quod ipſos vitaretis,& quod dediſtis
perderetis. & ponit hic vnam rationem, quare cõcedit
cum illis participium. ſecunda,quia forte commode,
vel nullo modo poterant cruce ſignati aliunde habere
5 nauigium. Et† eſt no.ſecundum Hoſti. quod de dam-
no excommunicatorum hic papa nõ curat,nec eis in-
tendit prouidere, ſed ſolum his , qui cum eis contraxe-
rant.[*Vobis*]q.non vos ipſis . Dicit tamẽ hic Inn. quod
ſi non excommunicatus petit aliquid ex aliquo contra
ctu ab excommunicato, quod non excommunicatus
tenetur & cogetur dare excõmunicato omne id,quod
tenetur ex eo contractu, alleg.de excep.cum inter.quid
autem hic dixit de percutiente clericum hæreticum,
vel excommunicatum , dicam ĵ,e.contingit.j.ſuper.ij.
glo.[*Eſt autem*] ſecunda argumentatio. [*Præterea*]tertia
ratio.[*Illius*] ſ.patrisfamil. excommunicati. [*Nauibus*]
6 ar. † quod inquilinus domino , vel hoſpiti excommu-
nicato communicare poteſt ſine poena . Abb. [*Apud
Deum*] vtique & apud eccleſiam, & homines,quamuis
7 quæ; iſtorum iudicia ſint diuerſa.ſ.e.a nobis,ij.¶†Glo.
j.ſignat contrarium, & ſoluit.¶Pen.glo.arguit,& illud
8 determinat, & contra id ſignat contrarium.¶†In glo.
ij.[*ibi,ſed nemo*] hanc & ſe.vide plenius de collu. c.iij.ſu-
per vlti.glo.¶In glo.vlt.[*ibi,filius qui,in fi.*]non valet con
ditio inſtitutioni adiecta,quæ contra bonos mores eſt,
9 quaſi nec id fieri poſſit. ¶† In glo.ij. [*ibi, Seruius*] & ĵ.de
præben.eum qui,lib.vj. ¶In glo.pe.[*ibi,ſocius meus*]non
ſolum in domo,ſed etiam in camera, dummodo non
ſimul cum illo iaceam, vel comedam , ſecundum Inn.
& Hoſt.ſ.e. nuper. nec ſecundum eos dicitur commu-
nio,vbi in domo aliqua eſt excommunicatus pro ſuis
factis,& ego pro meis. [*Et ibi,non poſsint*] Idẽ Vinc.Gof.
& Phy.[*& in fi.*] illud ex ſuperabundanti iuſtitia. vel ali
ud eſt dimittere delitias propter poenitentiam excõ-
municati , quod commendabile eſt , vt ibi . Aliud ius
ſuum dimittere, ad quod nemo tenetur , vt in iſto caſu
ſecundum Inn.& Hoſti.qui ſic ſoluunt.ſ.e.nuper.vel di
ſtingue ſecundũm Hoſti.an quis incidat in cõmunio-
nem,vel ſocietatem excõmunicati ante excommuni-
cationem,& talis nõ ligatur,vt hic.an poſt.& tunc ſub-
diſtingue,an ex facto alieno,vt ſi ſucceſſit illi,qui com-
munionem habebat cum illo, nec tunc excommuni-
catus eſt,quia nil ſibi poteſt imputari, & iure ſibi acqui
ſito licite poteſt vti.an ex ꝓprio ſponte & gratis in com
munionem incidat,& tunc ſecus,nec ob.ſi dicas,quod
in illius voluntate fuit hæreditatem repudiare, vel adi-
re,& ſic ſponte communionem inducit,ſicut cũ ſpon
te cum illo communiter rem emit. Nam illa commu
nio oritur ab alio.bene facit.ff.fami.erc.hæredes.§.non
tantum.ff.de reg.iu. qui cum alio, ſed iſta a ſeipſo. Nec
debet ponderare vtilitatem, quam habere poſſit emen
do communiter cum excommunicato , quia non ſo-
lum pro ipſo vitando debet lucrum contemnere , ſed
etiam malum tolerare. ſ. quod me. cau. ſacris, ſecun-
dum Hoſti.

*SVMMARIVM.*

1 *In carcerem mittere debet incorrigibilem clericum prælatus , & quem.*
*Clericos poſſunt laici capere , & ad iudicium ducere de licentia prælatorum,& quorum,nu.2.de eo, qui ſe dicit clericum poſt capturam iudicis ſecularis,nu.2.& 6.§.ij.*
*Eos,qui capi,mandare poſſint,vel qui capere,& detinere,cod. & nume.2.& 6.§.pen.*
*Sceleſtum quid.*
3 *Caſus,qui per ſolas leges,vel gloſſas magiſtrales non decidantur.*
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.5.*
*Maleficium non debet impunitum remanere.*
*Filius ſine patris aſſenſu in criminalibus longe abſens agit , & ratio.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Clauſtrum quibus ſit,vt aqua piſcibus.*

## CAP. XXXV.

1 VT famæ. C.† Prælatus clericũ ſuũ
incorrigibilem incarce-
rare debet , & poteſt. ij. quia layci de præla-
torum licentia capere poſſunt clericos , &
ad iudicium ducere. ij.ibi , Layci. [*Deputari* ] qñ quali-
tas cõmiſſi criminis hoc requirit,vt ſ.de poen.tuæ.[*Fu-
giunt*]hoc ipſo puniendi,quamuis alias nõ deliquiſſent
ff.de cuſto.reo.in eos,& de effracto.l.j.Dicit Hoſti.id in
telligi de carcere publico, ſecus de priuato. ff.ex qui.ca.
ma.l.ſucurritur.[*Sceleſtius*] i.ſceleratius.ver.cum ſis ce-
leſtis, non aſſimilare ſceleſtis. & in auth. de leno. poſt
medium primæ colum. ibi , Alios autem ſic ſceleſtos
exiſtere,vt puellas &c.ad idẽ.xxiij. q.v.c.j. [*Et per*] alias,
vt.& eſt conſecutiuum eius,quod contingeret,ſi rema-
neret crimina impunita,vel repetas,ne[*Capere*]no. hic
2 Inno.& Hoſti.de† capto per iudicem ſecularem,qui di-
cit ſe clericum, quod eſt expeditum.ĵ. e.ſi iudex, lib.vj.
& vide quod ibi dicam poſt Inno. ſuper ver.repetat [*Et
quorum*]no.iſta duo coniunctim requiri,ꝙ clericus ſub
ſit illius iuriſdictioni,qui mandat illũ capi,& ꝙ iuriſdi-
ctio



ctio talis ſit, qua ille mandans habeat illum corrigere.
Rector ergo vniuerſitatis,vel delegatus ad cauſam cle-
rici hoc mandare non poſſet.vnde dixit hic Inno. dici
prælatos epiſcopos,qui quaſi merum imperium habẽt,
& alios,qui habent ſuper illos ordinariam poteſtatem,
& poſſunt illos corrigere,ſicut ſunt abbates quo ad mo
nachos,nam alij prælati non habent poteſtatem per ſe
capiendi,nec aliis demandandi. Aliqui dicunt ſecundũ
eum,ꝙ quilibet iudex eccleſiaſticus ordinarius,vel dele
gatus clericum ex iuſta cauſa poſſit capere, & retinere,
ar.C.de ſportul.a iudicibus. in Auth. vt liti.iu. §. & hoc
quoque iubemus, colla.ix. poſſet dici ſecundum Hoſti.
ꝙ illi ſoli prælati,qui poteſtatem habent abſoluendi ab
iſto canone , habeant hanc poteſtatem , & non alij. &
qui ſunt ij,patet ſecundum eum ex no.ſ. e. cum illorũ.
videtur etiam ſecundum Inno.& Abb.ꝙ iudex minor,
imo & laycus. Item ſocius, vel vicinus poſſit clericum
delinquentem capere, ne fugiat , & vt ipſum epiſcopo
p̃ſentet,ſicut de defenſore dicitur in Auth. de defen.§.
nos igitur, & §. & interim. col.iij.in Auth.vt iudi. ſine
quo.ſuffra.§.neceſſitatem,col.ij.C.de decurio.generali,
li.x.ff.de his, quæ in frau. cre.ait prætor.§. ſi debitorem.
xxiij.q.ij. principes, & c.regum.Item videtur, ꝙ cuique
clerico liceat ſeruientem ſuum clericum , ſi ipſum de
furto habet ſuſpectum,modico tempore detinere,ar.ff.
de poenis,recipiendum.§.furta.vide quod dixi. ſ.e.ex te
nore,in glo. argumentum, & de iudi.cum non ab ho-
mine,ſuper.j.glo.alias non licet cuiquam, maxime lay-
co iniicere manus in clericũ,etiam ſi renunciaret cleri
cali priuilegio. ĵ. c.j. etiam ſi layci delegati ſint a præla-
tis eccleſiaſticis.ſ.e.vniuerſitatis.ſed Hoſt.dicit,ꝙ nemo
debet in clericum manus violẽtas,vel temerarias iniice
re,vel ipſum inuitum detinere per c.ſi quis ſuadente, &
per c.nuper.ſ.e. & cum iura in hoc regulariter & gene-
raliter prohibitoria emanauerint , qui dicit hoc ſibi li-
cere,oſtendat hoc, vt probet, alias ei non crederet,ar.ff.
de proba.ab ea parte,& patet ex not. de tranſla.c.ii.ver.
3 ſed neque.Dicit etiam,ꝙ† caſus tales,vel cõſimiles, qui
omnino ſunt canonici per ſolas leges,vel gloſſas magi
ſtrales cum ſecuritate animæ non deciduntur, vt patet
ex no. de ſolu c.fi. [*vel rebellio*] no.contra ſatellites,qui,
quando ducunt clericos ad iudicium , trudunt, vel per-
cutiunt illos , cum tamen quiete ad iudicium veniant.
4 ¶†*Glo.ar.contra*]ſignat contrarium,& ſoluit. ¶Antepe.
5 glo.obiicit,& ſoluit.¶† In iiij. glo.[*ibi,ſi non longius*. §.j.]
agit filius lõge abſens ſine patris aſſenſu , nedum expe-
ctatur pater,remaneat maleficiũ impunitum.[ *Et ibi id
quod*]vide de teſti.cũ clamor.in fi.vlt.glo.[*Et ibi famoſos*]
vide de calũ.c.ij.ſuper glo. fi.¶ In glo pen.[*ibi §.geſſiſſe*]
vide in præ.c.mulieres.ſuper vlt.glo.¶In vlt. gl [ *ibi,ta-
6 bernarius*]vide in præ.c.olim,ſuper vlt.gl.¶†*In glo.j.in fi.*]
ſi ibi manent inuiti,ſed aliis eſt quaſi aqua piſcibus.xvj.
q.j.c.placuit.T.Vinc.¶*in glo ar.contra,in fi.*]aliud verbera
re,vt ibi,aliud capere,vt hic, quod dic vt no.ĵ.e. ſi cleri-
cos,in v.glo.li.vj.¶In glo.& nonne,[*ibi,ſeculari*]& ſic eſt
intelligendũ, quod no.Io. in præd.c.principes,ſecundũ
Hoſt.qui etiã hic dicit,quod caſus ibi notati potius ſunt
caſus,quibus inuocat eccleſia brachiũ ſeculare,quã qui
bus iudex ſecularis poteſtatem habeat in clericum.¶*In
glo.vlt.in fi.*]quod dic vt.ĵ.de poenis.c.ij.in fi.li.vj.

*SVMMARIVM.*

1 *In clericum etiam volentem qui manus iniecerit in ſatisfactionem præcedentis iniuriæ excommunicatus eſt.*
*Spontaneus non dicitur ſi quo modo quis arctetur.*
*Fuſtium ictus pena grauior omni pecuniaria condemnatione.*
*Non tam,particularum ſignificatio.*
2 *Toleranda mediocriter quæ ſunt acta.*
*Clericus,qui ſubmittit ſe verberibus laici,an cum eo ſit excommunicatus,an percutiens ſe ipſum.*
*Participium in crimine quod dicatur inducere excõmunicationẽ.*
3 *Satisfactio quibus modis,& qualiter laico fiat a clerico.*
*Clericus in dignitate poſito laico genuflectit, & reuerẽtiam facit.*
*Rationabile dicitur ad arbitrium boni viri.*
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.5.*
*Iniuria licet non fiat volenti,fit tamen reipublicæ, & petenti , & cui alij.nu.6.& cui competat etiam pro clerico eius actio,ibid.*
*In eius actione quid proſequamur , nu. 7.*
*Dignitatis priſtinæ memoria tortura remittitur.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Innocentius arguitur ſubtilitatis.*
8 *Hæreticum percutiens non eſt excommunicatus.*
*Excommunicatum clericum ſi percutiat quis , an ſit excommunicatus.*
*Excõmunicatus clericus an & quis amittat priuilegiũ clericale.*

## CAP. XXXVI.

1 COntingit. C.† Excommunicatus
eſt,qui in ſatisfactionẽ
præcedentis iniuriæ in clericum etiam vo-
lentẽ manus iniecerit. Cõis diuiſio. ij.ibi,
Nos autẽ.[*Sponte*] non erat mere ſpontanea ſubmiſſio,
Ad quam arctabat conſuetudo ad hoc de teſti. veniẽs.
ij.Sed quia conſuetudo non arctabat ad cõponendũ,&
ſic ſponte cõponebant,ſponte videbantur ſe ſubmitte-
re.[*Fuſtium*]quæ poena grauior eſt omni pecuniaria ↄ-
dẽnatione.ff.de poenis, in ſeruorũ, in fi. Ho. [*Non tam*]
i.non ſolum.ĵ.e.contingit. vel.i.non tantum,de ſo.cõ-
pe.ſi diligenti. & ſ.e.cum deſideres.§.fi.Si,Tam.ſ.de po-
ſtula.præ.c.bonæ,ĵ.c.fi. & hoc vltimũ plus placet Hoſt.
2 [*Decætero*]ac†ſi dicat,quod actum eſt hactenus,medio-
criter toleramus. ſic de conſe.ec.vel al.aqua,ſecundum
Hoſt.concor.ſecundũ eum quod dixi, de poenis,calum
niã. [*Excommunicetur*] in an. dicebatur,vterque. & dice-
a bant glo. ponitur proprie[a] & improprie, & fuit ſerioſe
remotũ, ſecundũ Hoſtien. qui reprehendit gloſſatorẽ,
quẽ dicit illã glo. poſuiſſe,non aduertens , ꝙ litera erat
ſublata,non habes illã glo. hic. vnde iniuſte reprehen-
ditur.& ſimile quod dicã.ĵ.e.quãuis, ſuper glo.fi.ſed ad-
uerte in layco,concor. oẽs ꝙ eſt excõmunicatus.Sed vi
detur idẽ in ipſo clerico ſubmittente. participat enim
crimini dãnato,& propter quod ille dãnatur. ergo ean
dẽ.ſ.maiorẽ incurrit.ſ.e.nuper,& ĵ.e.ſi concubinæ.qua
re videtur ẽt clericũ excõicatũ,niſi dicas,ꝙ propter con
ſuetudinẽ, quæ tẽpore cõpoſitionis & ſatisfactionis co-
gebat eum ſe ſubmittere,excuſetur.& ſi dicas,vt dixi in
prin.ca.ꝙ non cogebatur cõponere,fateor,tamẽ coge-
batur ſatisfacere.vel niſi dicas, ꝙ participium in crimi-
ne tũc inducit excõmunicationẽ in participãte,quan-
do participat iã excõicato nõ in illo actu tantũ,pro quo
excõicationẽ incurrit,ad hoc.ĵ.e.ſi ↄcubinæ,ibi,poſt la
tã ſententiã,& dec.nuper,ponit etiã illũ excõicatũ tem
pore cõmunionis.nec ob. ſi dicas, quod mandans, vel
cooperans percutienti ſit excõicatus, quia illud nõ eſt
ex vi participij, ſed ex proprio facto, quo etiã quando-
que excõicatus eſt non prohibens. ĵ.e.quantæ.vel niſi
dicas,quod ſubmittere nõ ſit participare crimini,quia
probabiliter credere non ſit participare crimini , quia
probabiliter credere poterat illũ remiſſurũ, iuxta ver.
Parcere proſtratis.& c.vt no.ſ.de poſtula.c.j.Secunda ſo
lutio non videtur ſufficiens, vbi ictus iterant, cũ ex pri-
mo ſit excõiatus , & ſecundũ cõem lecturã poteſt hic
argui, quod clericus percutiens ſe ipſum non ſit excõi-
catus,cũ tamen contrariũ dici cõſueuerit , ex quo hoc
fecit irato animo.xxiij.q.v. ſi nõ licet.lv.di.qui partem.
ff.de re mili.omne delictũ. §.qui ſe vulnerauerit.ff.ad l.
Aquil.liber homo. facit de vi.& ho.cle.ca.vno,li.vj.vi-
de, quod ſcripſi in Spe.de poenis,etiam,in prin.in quæ-
ſtione.ij. [ *Prouiſo*] ſatis neceſſaria eſt prouiſio hæc per
ea,quæ habentur.ſ.de iudi. qualiter.Hoſtien.[*Competen-
3 ter*]data† ſ.pecunia,vel petendo miſericordiã,non tñ de
cet,quod genu flectat,vel illi reuerentiã faciat.lxxxvj.d.
quando,cum illud non fieret ſine iniuria clericali, niſi
laycus eſſet in dignitate,de ma.& obe. ſolitæ, ver.quod
autem.

autem. vel dic, quod cõpetens eſt ſatisfactio, dũmodo
nec manus iniiciatur, nec in captiuitate layci ponatur
ſecundũ Hoſtien. [*Rationabiliter*] quaſi ad boni viri arbi
trium. ſ. de trãſac. c. fi. ff. de pig actio. ſi ſeruo, ad fi. Ho-
4 ſti. ¶ † Prima gl. alle. duas cõcor. obiicit, & ſoluit. ij. quę
rit, alle. pro & contra, iij. quærit, & ſoluit. ¶ Glo. ii. primo
b trac. de pſalmiſta, de bigamo, [b] de coniugato, & de de-
poſito. ſecundo quærit de excõicato, arguit negatiue, po
5 nit op. ¶ Vlt. gl. obiicit, & ſoluit. ¶ In † j. gl [*ibi, vſque adeo*]
Licet pater ſuo nomine agat pro iniuria illata filio vo-
lenti nomine filij, nõ. quia nulla iniuria fit volenti. [*Et
ibi, cum donationis*] dolus non fit volenti. [*Et ibi, nemo vide-
tur*] ſequitur, fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.
[*Et ibi, ſi paciſcar*] valet pactum, ne proſequatur nuncia-
tionem noui operis, inquantum rem familiarem re-
ſpicit, ſed non in eo, quod ſpectat ad publicam lęſionẽ.
¶ In gl. ij. [*ibi, l. vl.*] decurio dãnatus nõ torquetur in me
6 moriam præſtinæ dignitatis. ¶ † In glo. j. [*ibi, nemo uide-
tur*] & j. de regu. iur. ſcienti, lib. vj. [*Et ibi, uſque adeo*] & ff.
de pac. in perſonam, in princi. [*Et ibi, factum eccleſiæ*] ſi di-
cas in perſonã clerici, facit ad propoſitum. Aliquibus
videtur, & placet Inno. quod pro iniuria facta clerico
non competit eccleſiæ actio iniuriarum, cum ſit libera
perſona, niſi forte fieret in iniuriã eccleſiæ, ſicut etiam
dicitur in mercenario, aut libero homine, ſiue ſeruo
bona fide ſeruiente. ff. de iniur, itẽ apud Labeonem, &
§. interdum iniuria, vſque ad §. vlti. vel niſi abducatur
ab officio diuino, vel niſi irrogetur in conſiſtorio epi-
ſcopi. dicit Hoſti. ſed Inn. dicebat ſic, ſi partes abſtrahan-
tur de conſiſtorio alicuius iudicis, tunc enim cõpetit
actio iniuriarũ, quia per id videtur diminui dignitas ec
cleſiæ, & iudicis. ad hoc. ff. de iniur. l. j. §. j. & l. itẽ apud
Labeonem. § ſi quis virgines, & §. committere, & §. ſe.
ſ. de pę. dilectus. Licet autẽ non cõpetat actio iniuria-
rũ eccleſiæ, poterit tamen agi ad ſatisfactionẽ vel publi
cis actionibus, vel canonũ auctoritate, qui hoc volunt.
ij. q. j. in primis, in princip. xvij. q. iiij. ſi quis contumax.
& c. ſequen. ſ. de pœnis. c. ij. Dicit Inno. illud certũ, quod
epiſcopus accuſare poteſt illũ, qui ſuum clericũ lædit,
vel detinet, vel aliàs facit iniuriã loco ſacro. C. de epiſc.
& cleri. ſi quis in hoc. ſ. de app. dilectis. item poſt eum
dixi ſ. de poe. c. ij. Dicit Hoſti. poſt Inno. ſe non curare de
his ſubtilitatibus, cũ non verbis, ſed reb. ſit lex imponen
da. de elec. cõmiſſa. §. porro, li. vj, quocunque enim iure
fiat, ſufficit nobis, ex quo ſequi debet condẽnatio, non
curamus de nomine actionis. ſ. de iudi. dilecti. probatur
hoc de fo. cõp. c. ij. ſ. e. cum deſideres, & c, parochianus.
7 No, etiã † hic Inn, ꝙ licet actio iniuriarũ ſolũ proſequa-
tur vindictam. ff. de iniur, iniuriarũ, Inſti. de perpe. ac. §.
non oẽs, & §. pœnales, tamen ex officio ſuo præcipiet
iudex iniuriã remoueri, ſi adhuc durat, vt ſi agatur iniu
riarũ de iniuſta excõicatione, iudex nõ ſolum vindica-
bit, ſed etiã faciet abſolui, ar. ff. de iniur. Itẽ. §. ait prætor.
ne quid. Plus dicunt aliqui, ꝙ iudex in actione iniuria-
c rũ debet habere rationẽ damni, [c] ar. C. de iniur. l. domi-
nũ. Alij dicunt id verum non per actionẽ iniuriarũ, ſed
per actionẽ. l. Aqui. ff. ad l. Aqui. ſed & ſi quæcũq;. §. iniu
riã. Ipſe Innoc. no. de iniur. c. j. ꝙ actio iniuriarũ non pro-
ſequitur ẽt intereſſe, niſi in hoc, ꝙ propter maius dam-
nũ magis æſtimatur iniuria per præ. l. Dicit etiã Hoſti.
ſe de his verbis non curare. comprehendit enim ſimul
vtrunque ſine expreſſione actionis. ſ. e. conqueſti, de in-
iur. olim. [*& ibi, vt ibi dicitur.*] Idẽ no, xxiij. q. iiij. ſi is qui
hac. tenet hic Inn. & Hoſt, hic, & ſ, e. cum deſideres, in fi.
d & adde quod dixi de iniur. olim, in gl. fi. [d] ¶ In glo. ij. [*ibi,
quiſquis*] & de biga. c, vno. li. vj. [*& ibi, vbi de hoc*] quod dic,
vt j. de cleri, cõiu. c. vno, lib. vj. [*& ibi, dictum*] vbi de hoc,
& l. di. accedens, & ſ, de hære. ad abolendã. [*& ibi, multi*]
de diuor. gaudemus. [*& ibi, & c. ſeq.*] de hoc. ſ. de offi. or,
ꝙ ſedẽ, de præſcrip. veniens, in auth. col. viij. de priuil. do
8 tis, circa mediũ. per quã. l. dixit † Inno. ſ. e. ſi vere, ſe crede
re, ꝙ percutiens hæreticũ excõicatus non ſit. De excõi-
cato vero credit, ꝙ illum percutiens ſit excõicatus, quia
illud priuilegiũ immunitatis fauore ordinis datur, &
non fauore perſonæ, vt hic. Excõicatus vero certũ eſt,
ꝙ ordinẽ retinet [*& in fi.*] no. xvij. q. iiij. ſi quis deinceps,
& xxiij. q. v, excõicatorũ. Vinc. & Gof. de immu. ec. c. pe.
ꝙ percutiens clericũ excõicatum excõicatus eſt. Item
Guil. in Spe, e. ri. ver. Sed quæritur, vtrum verberans. vel
ſm Hoſti. cum excõicatio ſequitur depoſitionem, ve-
rum eſt, quod dicit Vin. & recitat glo ſi præcedit, verius
eſt, ꝙ non retinet priuilegium. Tamẽ contrariũ ſecun
dũ cũ eſt cõius & ſecurius. vel diſtingue ſecundũ eũ, an
perſeuerauerit in excõicatione per annũ, vel nõ, vt pri-
mo caſu perdat, ſecundo non, credo, quod teneat priui
legium ratione, qua. ſ. dixi ſecundũ Inno. Nam & pla-
num eſt, ꝙ ſub epõ conueniendus eſt ratione ordinis
ipſius, quem retinet, cuius ratione vſque ad degradatio
nem eſt de foro eccleſiæ, de iudi. cum non ab homine.
nã & tunc ordinẽ ſuſcipit. ſ. e, cum illorũ, fortius reti-
net. hoc patet, quia poſt abſolutionem non oritur. be-
ne faciunt dec. j. & ij. ſ. e. & c, de monialibus, ibi, ſe ſe, &
ibi, ſe inuicem. per quæ probatur hoc aperte, ꝙ ſi cleri-
cus percuſſus repercutit clericum percutientem, & fa-
cit hoc ad vindictã, excõicatus eſt, & tamen ille primo
percutiens excõicatus erat. non ob. ſ, e. in audientia. j. e.
contingit, ver. ex trina monitione perditur priuilegiũ.
hec, fortius ergo per excõicationẽ, maxime cum nec
illa feratur ſine monitione hoĩs. j. e. ſacro. So. ibi moni
tio fit ad eũ finẽ, & eam pœnã. & ideo, ſi non paret, me
rito illã incurrit. Satis eſt autem, ꝙ excõicatio operetur
ſuos effectus priuationis cõionis fidelium, & ſacrorum.
& monitio, quæ præcedit, fit ad aliud. Et vide hoc ple-
nius in quæſtione Gualterij ſuper regula, delictum, de
re. iu. li. vj. in primo membro.

ADDITIONES.

a ¶ Ponitur proprie. Proprie quo ad clericum, improprie quo ad lay-
cum, cum ipſo facto ſit excommunicatus.
b ¶ Arbitrium. Id ergo dicitur rationabiliter fieri, quod fit ad arbitrium
boni viri. quod facit ad compromiſſum, vt arbiter rationabiliter ſen-
tentiam ferat. i. ad arbitrium boni viri.
c ¶ Damni. Hoc tenet Barto. in l. item ap. §. ſi quis ſeruo, ff. de iniur. vbi
vide per ipſum, & in l. qui ſeruum, ff. de ac. & obli.
d ¶ In glo. fi. Et vide glo. j ſ. e. parochianos, & ſuper illa Io. An. & Bal. in
l. pactum curatoris, C. de pac. & in l. præſes. C. de tranſac.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruus excommunicatus per manuum iniectionem, mittitur ad pa
pam abſoluendus, exceptis caſibus duobus, & quibus conſidera
tis, num. 2.*
*Occaſio ſonat hic in vitium.*
*Modica ferenda damna.*
2 *Arbitrio relinquuntur quæ per verbum, poteris, demandantur. &
quæ veniant in eo hic.*
*Ius commune quandoque factum ex indulgentia, vt hic.*
3 *Satisfactio quibus fiat modis.*
*Papa ſe appellat ſeruum ſeruorum Dei.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*
*Fraus dat alicui priuilegium.*
*Ob damnum vnius euitandum priuilegiatus eſt alter.*

CAP. XXXVII.

1 RElatum. C. † Seruus excõicatus per
manuũ iniectionẽ mitti-
tur ad papam abſoluendus. ſed ſi dominus,
qui non fuit in culpa, ex hoc graue damnũ
incurrit, vel ſeruus hoc fecit in eius fraudem, abſolue-
tur ab epiſcopo, ſi læſio non fuit enormis. Cõis diuiſ. ij.
ibi, Quo circa [*Non curant*] ſerui [*Occaſionem*] ſonat in ui
tiũ, ſicut de maio. & obe. ſolitæ. [*Dominorum*] bona ra-
tio. ne ſic ſit in ptãte ſeruorũ clericum verberando do-
minum fraudare. ff. de publi. & vec. l. fi. §. ſerui, qui in fu
ga ſunt. Hoſt. [*Graue*] modicũ ergo debent ferre, ar. de
re iudi. c. j. ſ. e. inter alia, ad fi. ſecũdũ Hoſti. [*Poteris*] hæc
2 ergo † arbitrio relinquuntur. ſ. c. peruenit. [*Indulgentia*]
ex hoc verbo & eo, quod ſequitur, ſtatim ibi, remoti, di-
cit Ho. colligi, quod a principio fuit indulgentia, hodie
ius



ius cõe. ſi. ſecũdũ eũ, de hæreti. ad abolendam, in fi. de
of. or. irrefragabili. §. exceſſus. [*Remoti*] bonus iudex hoc
arbitrabitur, de of. dele. de cauſis, de tranſac. c. fi. in quo
ſecundum Ho. conſiderabitur conditio domini. Pone
enim, quod propter paupertatem, vel infirmitatem nõ
poteſt ſeruo vno die carere, tali prouidendum eſt. ff. ad
Sil. ſi quis in graui. j. reſpon. & facit, quod no. de tem. or.
3 cũ nullus. §. pe. li. vj. [*Satisfactio*] in † orationibus, ieiuniis,
pœnitentia, & diſciplina, non in eleemoſinis, vel pe-
cunia, cum proprio careant, inſti. per quas perſo. no. ac
qui. §. item nobis. [*Seruorum Dei*] i. papam. de hoc ſ. in
4 procemio. ¶ † Gl. iij. reſpon. per quæſtionẽ, an idem in
viro, & in liberto. arguit quod ſic. ſoluit contrariũ. ¶ In
5 glo. iij. ibi, † cõmiſit. ex his no. Ab. quod fraus dat alicui
priuilegiũ. Itẽ quod propter damnũ vnius euitandũ pri
uilegiatus eſt alter. [*Et ibi, perlatum*] ſecundũ Vinc. & Io.
[*& in fi.*] poſſet dici ſecundũ Hoſt. id ſatis expreſſum. ſ.
e. mulieres, ibi cum tales perſonæ ſui iuris non ſint. ſed
nimis detraheretur cenſuræ eccleſiaſticæ, & canoni, ſi
quis ſuadẽte, ſi illa verba ſic late ſumerentur. quare opi
nio glo. præualet, & ſeruatur. & vide quod ibi dixi ſuper
j. glo. & ſi dicas coniugem priuari ſine culpa, ſubeſt ta-
men cauſa, de reg. iu. ſine culpa, li. vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus propter participationem excommunicati, licet
eum expugnet, abſolutus non eſt.*
*Excommunicatus in bello iuſto pugnare poteſt, num. 2.*
*Sed abſolutio petenda, ibid.*
*Contraria contrariis purgari mandat eccleſia.*
*Occumbere, mori.*
3 *Penitentiæ euidentia ſigna quæ.*
4 *Abſolutionis abſoluti quo ad Deum effectus qui.*

CAP. XXXVIII.

1 SAcris. C. † Excõmunicatus propter
participationem excommuni
cati, licet eum expugnet, abſolutus nõ eſt.
& pars huius. ſ. quod metus cauſa, & ſ. de
ſepul. ſacris. [*Participibus*] de hoc dic, vt no. ſ. e. quod in
dubiis. [*De mandato eccleſiæ*] mãdat enim eccleſia contra
ria contrariis purgari, de pur. ca. inter ſolici. ad fi. ſecun-
dũ Hoſt. Vinc. intelligit hoc de mandato generali, di-
cens, quod ſpeciale mandatũ non facit eccleſia ante ab
ſolutionẽ [*Occumbat*] i. moriatur. [*Bello*] quod eſt iuſtũ. &
2 ſic † no. excõicatum pugnare poſſe in bello iuſto, fuiſſet
tamen abſoluendus, ſi hoc potuiſſet, antequam bellũ
intraret, propter inſtans mortis periculum. de hoc ſu-
pra eodem. quod de his. [*Viuentis*] etiam morientis.
3 [*Euidentia † ſigna*] ſatis ſunt euidentia ſigna, quod ad
mandatum eccleſiæ expugnabat, quos foueret. ſic vide
tur. Tamen hic innuit, quod & alia requirantur, quod
dic vt. ſ. e. a nobis. poſſet illos expugnare ex noua inimi-
4 citia, vel offenſa. ¶ † *In glo. vlt. in fi.*] & per hoc patet, quis
eſt effectus abſolutionis, ſ. quam facit eccleſia de iam
abſoluto quo ad Deum.

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutus ab excommunicatione quis non creditur, niſi probet,
& per quas literas, vel aliàs, nu. 2. & 3.*
*Literis pœnitentiarij creditur.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*

CAP. XXXIX.

1 SIcut. C. † Excõmunicato, qui dicit ſe
abſolutum, nõ creditur, niſi hoc
probet. In j. deciſa conſultatio. In ij. reſpõ-
ſio ibi, Fraternitati [*A te*] vel ad te. & tunc
eſt alia punctatio. [*Abſolutione*] quam dicit ſe aſſecutũ
in curia Roma. [*Literas*] de quarum fide non dubitetur
ſ. de fi. inſtru. quod ſuper his [*Omiſimus*] ſ. pœnitentiarij,
vel legati. ſ. e. ad eminẽtiam. & no. Ab. quod creditur li-
2 teris pęnitentiarij. ¶ † Glo. j. obiicit, & ſoluit. ¶ Glo. ij. re-
ſpon. per quæſtionẽ, an vnius teſtis indicia, vel honeſtas
perſonæ ſufficiat? & tenet quod non, alle. contrarium,
3 & ſoluit. ¶ † In glo. j. [*ibi, non eſt verum*] in foro conten-
tioſo. & contraria locum habeant in foro pœnitentia
li, de homi. ſignificaſti. ij. ver. cum de cęteris. Hoſt. [*& 
in fi.*] & ſ. e. cum illorũ, in fi. ¶ In glo. ij. [*ibi, teſte*] ſed plu-
ribus bene. Item poſſet conſtare per modum, de quo. ſ.
de priuile. cum olim. j. Hoſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Si excommunicatus ab epiſcopo ad metropolitanum appellat, &
quibus caſibus remitti debeat ad ſuffraganeum, & num. 3. 7.
8. & 9.*
*Excommunicatum ſe iniuſte peobare volens non auditur ante ab
ſolutionem.*
2 *Ab eccleſia ſeparatus ipſius implorare non poteſt auxilium.*
*Ad metropolitanum an ſubditus ſuffraganei tsansferat cauſam
præter appellationem.*
*Excommunicatip non fertur niſi pro contumacia, eam quis con-
temnere dicatur, num. 7.*
3 *Finitimi qui.*
*Simplex pro compoſito ſumitur.*
4 *Iudicium plurium firmius.*
*Emendari, reuocari.*
*Conſuetudo quæ hic debeat vtendi.*
*Abſolui an quis debeat ante, quam ſatisfaciat, & num. 9.*
*Abſolutionem petentis proteſtatio quæ proſit, & admitteuda,
& num. 5.*
5 *Eam an repellatur petens ad effectum agendi, non tenetur confi
teri ſententiam tenere.*
6 *Abſolutio ad cautelam an impartienda, & cui & quibus ſerua-
tis, poſt abſolutionem cur auditur cauſa, num. 8.*
7 *Contemnendi modi qui.*
*Appellatio excommunicati duplex, an in ea exprimenda cauſa.*
8 *Per querimoniam adire ſuperiorem diſcrepat ab aditione per ap-
pellationem.*
10 *Epilogus gloſſarum.*
*Appellans quibus caſibus remittatur.*
*Error intolerabilis, & quis, & num. 11. & 13.*
11 *Suffragium gloſſarum.*
*Sententia quæ nulla propter errorem iuncta glo. & nu. 13.*
12 *Additio gloſſarum.*
*Opinioni curiæ non credendum.*
13 *Excommunicationis ſententia quæ nulla.*
*Delicti iudicis quo caſu ſententia non teneat in contumaciam
citati.*

CAP. XL.

1 PEr tuas. C. † Si excõicatus ab epiſco-
po ad metropolitanum ap-
pellat, ab illo poteſt abſolui, ille tamen ſuf-
fraganeo deferens, poteſt illum remittere
abſoluendum, tenetur etiam remittere, ſi eius exceſſus
fuerit manifeſtus. ante abſolutionem vero non audie
tur volens probare ſe excõicatum iniuſte, ſecus, ſi vellet
probare ſententiã eſſe nullã. & primo ſuper caſu ponit
falſam opinionẽ. ſecundo alle. pro archiepiſcopo. ter-
tio contra ipſum. quarto ſoluit diſtinguendo, ij. ibi, ve-
rũ. iij. ibi, in Sardicẽ. iiij. ibi, vos igitur. [*Separatus*] & ideo
2 † ipſius auxiliũ implorare non poteſt. Ab. [*Non debet*] in
ſurgebat ſic hæc argumentatio. nulla cauſa ſubditorũ
ſuffraganei defertur ad archiepiſcopum niſi per appel
lationẽ. Sed omni excommunicato interdicta eſt ap-
pellatio, ergo nullus ſubditus ſuffraganei excõicatus
transfert cauſam ad metropolitanum. Cui ſyllogiſmo
reſpondetur, quod prima propoſitio non eſt vera ſim-
pliciter, vt patet ex no. de oſt. ordi. paſtoralis. Si vero eſt
ſimpliciter falſa, vt patet de excep. dilecte, & c. dilecti, &
c. ſignificauerunt, vt ſaltem quo ad caſum, de quo hic
quæritur, eſt propoſitio duplex iuxta id, quod habes
in glo. ſecunda. & ideo non ſequitur concluſio ex prædi
ctis ſecundum Hoſtienſem. Melius poterãt probare ſe-
cundum Abb. quia cum nullus excõicetur niſi pro cõ
tumacia. xj. q. iij. nemo, & contumax non auditur ap-
pellans. ij. q. vj. ſunt quorum, ergo appellare non poteſt.
Dicit Abb. abſoluendũ, vt no. de offi. ord. ad reprimen-
dam.

dam.[ *Proponunt*] per hoc patet nec primas, nec ſecun-
das decre. eſſe auctenticas. Io.[ *ante appellationem*] innuit
appellatum eſſe.[ *Metropolitanus*] ad quem fuerat appel-
latum.[ *Litis*] i. illius cauſæ, pro qua eſt excõicatus, an. ſ.
ſit vera vel falſa, iuſta vel iniuſta. Ab.[ *Recepto*] inducit
Hoſt. hoc pro ſe ad ea, quæ dixi. ſ. e. cum deſideres. [ *Vo-*
3 *luerit*] quod debet † velle. de hoc de of. or. ad reprimẽdã.
Alij, ꝙ licet citandus ſit ſuffraganeus ante, quam fiat
abſolutio, non tamen de neceſſitate facienda eſt re-
miſſio. Dicit hic Ho. ꝙ prima opinio curialior eſt & ex
a pedientior.[a] [*Audiendi*] ſub principali cauſa[ *Remittendi*]
etiam ſuper principali. Inno. nam ſuper abſolutione re
mitti poſſunt, vt eſt dictum. Ab. [*Abiectus*] a cõione. &
hoc intellige poſt ap. vel expreſſo intolerabili errore, vt
ſequitur ſecundum Inno. & Hoſt.[*Finitimos*] i. vicinos,
& qui in confinibus ſunt ſecundum Goſ. alle. lxv. di. c.
fi. de hæreti. ad abolendã, in prin.[ *Audiatur*] etiã prius,
quam abſoluatur, & ſic contradicit decre. Alex.[ *Acci-*
*piat*] ſuſtineat. Ab.[ *Diſcutiatur*] i. de cauſa cognoſcatur,
[*Probetur*] i. approbetur, & confirmetur, ſi fuerit iuſta.
4 [*A* † *pluribus*] quo caſu firmius eſt iudicium. xx. di. de qui
bus, de offi. dele. prudẽtiã.[*Emendetur*] i. reuocetur, ſi fue-
rit iniuſta. Abb. [ *Conſueuerit*] quæ conſuetudo attendi
debet. de hoc. ſ. ad hæc. Quid ſi is, pro quo lata eſt ſenten
tia, dicit ꝙ non debet abſolui prius, quã ſatisfaciat, quia
notoria eſt offenſa. dic ꝙ eſt audiendus. ĩ. de ver. ſi. ex par
te. j. quod verum eſt, ſi conſtet iudici, vel conſtare poſſit
intra viij. dies. ĩ. e. ſolet, li. vj. alias, ſi is, qui debet probare,
petat longius interuallum, præſtita ab excõicato ſuffi-
cienti cautione de ſatisfaciendo, prout canonicum fue
rit, abſoluetur, vt ibi, ar. ſ. e. ſacro. §. j. & eſt ſi. ſ. de no. op.
nũ. c. fi. & no. quod ſecũdũ quoſdã ſemper in dubio de-
bet excõicatus poſt appellationem petere abſolutionẽ,
vt ſic in tutiorem partem declinet. ſ. de hom. ad audiẽ-
tiam. §. i. ver. j. cum ſuis concor. hæc autẽ conſuetudo,
de qua hic loquitur, extenditur ad omnes, ad quos eſt
appellatum, ar. xij. di. per totũ, de cõ. di. j. baſilicas, & eſt
b expreſſum in di. c. ſolet. reſpon. j. & §. in prima.[b] Alij
contra, dicentes, ꝙ ſi petat abſolui, iam confitetur ſe iu-
ſte fuiſſe ligatũ. ſ. de elec. venerabilem. §. eos igitur, ver.
fuit quoque, & vide quod ibi dixi ſuper gloſſ. no. hic,
niſi forſan præmiſſa proteſtatione, vt per hanc abſolu-
tionem non fiat ſibi præiudicium in aliquo. Sic enim,
ſi interim celebret, non fit irregularis. Sed nec confite-
tur excõicationem tenere. vnde ſiue ſuperior eũ abſol-
uat, ſiue ad excõicatorẽ eum remittat, non fit ei præiu-
dicium. & prodeſt hæc proteſtatio & admittenda eſt,
cum ex probabili cauſa fiat. ſ. de cõſtit. cũ M. ſ. de elec.
Cumana. & ſecundũ hoc optime intelligi poteſt, quod
hic dicitur, ſ. ꝙ abſoluitur ad cautelam. ſic enim bene
cauetur vtrique. Nã illi, pro quo lata eſt ſententia, nul-
lum fit præiudicium in iure ſuo, ſi proximus ſuus cõ-
munioni eccleſiæ reſtituatur. Eſt enim excõicatio me
dicina excõicati, non ius alicuius, ij. q. j. multi. ĩ. e. ti. cũ
medicinalis. Hinc eſt, ꝙ nõ auditur appellans, ne excõi
catus abſoluatur. ĩ. e. ſacro. §. fi. ver. j. quinimo & excõi-
catio iam incipit operari, quia, ex quo petit abſolutio-
nem, obedientiæ ſignum eſt non contemptus, vt patet
in eo, quod legitur & no. ſ. de pœnis, c. fi. Item per hoc
cauetur excõicato, ne in dubio periculoſe ſine abſolu-
5 tione maneat, vel ẽt moriatur. ¶ Quid † ſi alicui agen-
ti opponitur excõmunicatio, vt repellatur ab agendo,
& idem petat ſe abſolui cum proteſtatione præmiſſa?
Reſpon. non video, quare ſibi denegari debeat, ar. ſ. e. cũ
deſideres, §. ſecundæ. dummodo ab ipſo, a quo petitur
abſolutio, vel eius auctoritate, vel eius ſubdito iuriſdi-
ctione habente dicatur excõicatio lata, ar. ſ. de cle. ex-
comi. apoſtolicæ. ſ. de excep. apoſtolicæ. ĩ. e. c. venerabi-
li. & idem videtur, ſi petatur a delegato papæ, ar. in eo,
quod leg. & no. ſ. de offi. dele. prudẽtiam. §. vlti. & fi. per
hoc tamen non releuatur, quin ſit irregularis, ſi ſciens
ſe excõicatum, celebrauit. & eſt hoc de prouiſione plus,
quam de iuris rigore. Nam & ſine proteſtatione abſo-
luto nullum fit præiudiciũ, ſi apparuerit ſententiã nõ
tenere. Sed nec prodeſt ei proteſtatio, ſi apparuerit ſentẽ
tiam tenere, etiam ſi ſit iniuſta. xj. q. iij. c. j. Si autem iu-
dex, vel aduerſarius petant, ꝙ confiteatur ſententiam te
nere ante, quam abſoluatur, non ſunt audiendi. ex con
feſſione enim ſua hoc modo nec debet aduerſario ac-
creſcere, nec ſibi deperire, ar. ff. ſi ſer. ven. ſicuti. §. quæri-
tur. & ideo idem dicendũ eſt, etiam ſi non proteſtetur.
Sed tñ his, qui dicunt ſe iniuſte excõicatos, ſecurius eſt
proteſtari ſecundum Inno. cuius eſt mens totius iſtius
6 glo.[*Ad* † *cautelam*] ſic. ĩ. c. venerabili. ſ. e. cum deſideres.
§. ſecundæ. ſ. de appel. ad pœnitentiam. Sed nũquid in
hoc caſu, ex quo excõicatus aſſerit ſe poſt ap. fuiſſe liga
tum, debet ſtatim abſolui ad cautelam ſine alia proba
tione, vel tenetur ſe probare appellaſſe ante, quam ab-
ſoluatur? Diſſenſio eſt. videtur enim, ꝙ ĩ hoc caſu aſſer
tioni excõicati credi debet. ĩ. e. ti. ſolet, reſpon. j. quod In
no. ſcripſit. Tu vero dicas citandum eſſe illum, pro quo
excõicationis ſententia lata fuit, vel qui ex officio ipſã
tulit. ſ. de ap. cum ſpeciali. §. j. & penul. ſuper quo dic, vt
ĩ. e. venerabilib. §. j. ij. & iij. Qui ſi confiteatur ipſum ap-
pellaſſe ante ſñiam, ſed fruſtratorie, locus eſt abſolutio
ni, niſi dicat ſententiã latam pro manifeſta offenſa, de
quo dic, vt legitur & no. ĩ. c. ſolet. §. in prima. Si vero di-
cat nullo modo fuiſſe appellatũ, vel excõicationis ſen
tentiam ante ap. latam fuiſſe, nõ debet ſtatim ſuperior
excõicatũ abſoluere etiam ad cautelã, ſed potius hoc
ſummarie examinare. & ſi reperiat appellatum fuiſſe
quoquo modo ante ſententiã, locus eſt abſolutioni ad
cautelã, vbi nihil opponitur de manifeſta offenſa. nec
requiro in hoc caſu plenã probationẽ quæ requiritur
in principali, quia ſi tanta probatio requireretur. nulla
eſſet differentia inter hunc caſum, & illum, quando qs
dicit ſe excõicatum poſt ap. nec petit ſe ad cautelã ab-
ſolui. & quia ſi hoc plene probaretur, non eſſet neceſſa
ria abſolutio ad cautelã. imo appareret ſententiam nul
lã fuiſſe. vnde dicas, ꝙ in hoc caſu. ſ. vbi ad cautelã peti-
tur abſolutio, non requiratur plena probatio, ſed ſuffi-
cit ſemiplena, dummodo talis ſit, quæ iudicẽ mouere
debeat. & etiam per eoſdẽ teſtes poterit excõicatus ple-
ne probare in principali, cum alius articulus ſit, vt patet
in eo, quod le. & no. ſ. de fo. comp. c. v. & de teſti. veniẽs.
ij. & de re iud. decætero, & c. quod ad conſultationẽ. §.
fi. & li. vj. de ap. Romana, reſpon. j. & §. j. & ij. & idẽ dicẽ-
dum eſt in aliis caſibus, in quibus peti poteſt abſolutio
ad cautelã. Alioquin, ſi diceremus, quod nudo verbo
excõicati deberet ſtari, ſemper eſſet forſan locus abſo-
lutioni ad cautelã, quia ſemper poſſet dicere ſe appel-
laſſe, vel aliquẽ alium ex cæteris ſimilibus caſibus alle-
gare, quod erit abſurdũ, & aduerſario præiudiciale. ſu-
per quo vide, quod no. ſ. de offi. dele. cum contingat, &
in dicto capitulo ſolet. Hoc etiam puto eſſe de mente,
vt in tali caſu nunquam abſoluatur excõmunicatus, ni-
ſi citato illo, pro quo lata eſt ſententia, vel qui ipſam tu
lit, vt patet in eo, quod no. ſ. c. glo. & de offi. ordi. ad repri
mendã. §. j. Quid ſi citatus non venit, aut periculum ſit
in mora? Examinet iudex ſummarie articulũ, & proce
dat in abſolutione, ſicut ſ. præmiſi. ĩ. e. ſacro. §. j. Eſt autẽ
conſilium, quod in tali caſu fiat abſolutio, idonea cau-
tione recepta. ſic enim non habet aduerſarius de graui
præiudicio materiam querelãdi, ar. ĩ. de verb. ſig. ex par-
te. & c. cum olim, & in dicto extra. ſolet. §. in prima, cũ
& ſi excõicatus ſe tanquam iniuſte ligatum abſolui pe
teret, abſoluendus eſſet etiam aduerſario præſente &
contradicẽte, ex quo nihil oponeret de manifeſta of-
fenſa, vt patet in eo, quod le. & no. ſ. de offi. dele. cũ con-
tingat. §. fi. & de ap. qua frõte. §. j. alias tamen, vbi aduer
ſarius per ſe, vel per procuratorem præſens eſſet, nec de
offenſa ſaltem dubia aliquid obiiceret, vel cõfiteretur,
ſententiam latam poſt appel. licet temerariam, ſuffice-
ret iuratoria cautio. & ſic poteſt intelligi. ĩ. c. venerabi-
li. &



li. & adde, quod no. de hac materia. ſ. de ap. c. j. rñ. j. ſm
7 Hoſt.[*Contemnere*] no. † quod cõtẽnit excõicationis ſen-
tentiam, qui abſolutionem non petit ſecundum Hoſt.
de pœ. c. ſi. v. modos contẽnendi ſcripſi poſt eum. ĩ. e. ti.
dilecto, li. vj. in glo. contẽnitur.[*Beneficium*] in illo caſu,
quando dicit ſe appellaſſe, vel etiam dicit ſe iniuſte ex-
cõicatum. Hoſti.[*Abſoluere*] præmiſſa tamen cognitio
ne, quod ex vera & iuſta cauſa ſit appellatum, alias non
transfertur iuriſdictio ad archiepiſcopũ, nec illũ poſſet
abſoluere, de ap. Romana, li. vj. hanc ergo opinionẽ ab-
ſoluendi, vel remittẽdi habebit, ex quo apparebit legiti-
me appellatũ, alias neceſſe haber remittere, vt ibi, & ĩ.
e. ſacris. Ho. Omnino, vide quod dicam e. ti. ex. venera-
bilibus, li. vj. ſuper glo. pe. vbi inuenies, quod hic dicit
Inno. contra hoc, quod de optione dixi, ibi etiam dicã,
quomodo excõicati appellatio duplex eſt, ſ. interpoſita
ante excõicationẽ. & hæc eſt illa, quæ ſi legitima eſt, red
dit ſententiã nullã. alia, quæ interponit ab ipſa excõica-
tione. Et de hac, vt dicit hic Inno. dicũt quidam, quod
valet ſine expreſſione cauſę, ſicut a diffinitiua, quod quo
modo ipſe improbat, ibi vide, quod hic omiſit Hoſtiẽ.
[*Deferendum*] quod habet de neceſſitate facere, cum per
querelã aditur, de hoc de of. or. ad reprimendã.[ *Ac de-*
*num*] al. deinde. ſ. cum fuerit excõicatus abſolutus, ſe-
8 cus, ſi † per querimoniam detuliſſet cauſam ad ſuperio
rem. de hoc ſ. de reſcrip. ab excõicato. Inno. [ *Audiat*]
ad quid, ex quo eſt abſolutus, audiatur cauſa, no. ſ. de of.
9 dele. cum contingat. in vlt. glo [*Exceſſum*] quãuis † etiã
in hoc caſu ad metropolitanum fuerit appellatũ, ſecũ
dũ Inn. & Hoſt. cũ talis non audiatur appellans, de ap.
peruenit. Abb.[*Denegaret*] ergo, ſi denegaret, metropoli-
tanus debet illũ abſoluere. & hoc qñ principaliter fuit
excõicatus pp exceſſum cõmiſſum in Deum. Si enim
in hominẽ, prius ſatisfieri oportet. ſ. de ap. qua fronte,
vbi ſatis de hoc, & ĩ. de ver. ſi. ex parte. j. ſecundũ Hoſti.
Dicit Ab. ꝙ hoc caſu cautũ eſſet appellare ab epiſcopo
denegante abſolutionem, & facit quod ſecundũ eum
10 dixi, de of. or. ad reprimendã. ¶ † Glo. v. ponit tres caſus,
quibus remittitur appellans. ¶ Gl. vj. ponit ius antiquũ
& modernũ, & diſtinguit. ¶ [*Glo. error*] reſpõ. per quæſtio.
quis ſit error intolerabilis. & dicit, ꝙ cum ligatur, quia
facit, quod eſt bonum, vel quia non facit malũ, turpe,
vel impoſſibile. alle. contrariũ. ponit opi. Vin. ſubdit qd
ſi erratur in facto, quia cauſa, propter quã excõicatur,
11 non eſt vera? ¶ Vlti. glo. incipit caſum. ¶ † In glo. error.
[*ibi*, §. *j*.] ĩ. dicã.[*Et ibi, nullum*] vt cum falſo procuratore,
& hoc vult. l. ſe.[*Et ibi, cum prolatis*] ſi productis ꝯſtitutio-
nibus iudex non credens per illas cauſã iuuari, contra-
riũ pronunciat, ſi non appelletur, tranſit in rẽ iudi.[ *Et*
*ibi, l. j*. §. *j*.] Si dicit iudex, cũ ꝯſtet te debitorẽ in 50. itẽ in
xxv. te condẽno in 100. nõ eſt appellare neceſſe.[*Et ibi*,
§. *vlti*.] & l. ſe. cum. ſ. errauit pater circa cauſã exhæreda-
tionis dicens ex ſe non natũ, qui natus erat, vel per erro
rẽ alterũ, vel adulterũ patrẽ nominat[*Et ibi, l. tutor*] ſi detẽ
